Bodleian Libraries
UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks

This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.

Mus. Bibl.
II.
56.

8°. D. 23. Jur.

BIBLIOTHECA · BODLEIANA
DOMI NUS ILLU MINA TIO MEA




*ELIZABETHA DEI GRATIA ANGLIÆ.*
*FRANCIÆ ET HIBERNIÆ REGINA.*

*Fra. Hilyard pinxit. Ex Originali Geo: Vertue Sculpſit 1717.*

# GUILIELMI CAMDENI

# ANNALES

RERUM

*ANGLICARUM*

ET

*HIBERNICARUM*

REGNANTE

ELIZABETHA.

Tribus Voluminibus comprehenſi.

E Codice præclaro SMITHIANO, propria Auctoris manu correcto, Multiſque magni momenti Additionibus locupletato,

Eruit ediditque THO. HEARNIUS, Qui & alium Codicem è Bibliotheca RAWLINSONIANA adhibuit.

*A. D.*

M.DCC.XVII.

## Ad calcem Codicis RAWLINSONIANI.

Pope Sixtus Quintus profeſſed that among all the Princes of Chriſtendom, he found but two which were worthy to bear Command (had they not been ſtain'd with Hereſy) viz. Hen. 4. of France and Queen Elizabeth. [Ex Hiſt. Thuani lib. 82. Fuller Ho. State, pag. 317.

BIBLIOTHECA·BODLEIANA·
DOMINUS ILLUMINATIO MEA

# TESTIMONIA PAUCULA
## DE
## GUILIELMO CAMDENO,
### Omiſſis aliis pene innumeris quæ proferri poſſent.

### *Ad initium Codicis* RAWLINSONIANI.

Mr. Selden ſaith, that Cambden's Annals of Q. Eliz. and my Ld. Bacon's Hiſtory of Henry 7[th]. are the only two Lives of the Kings or Queens of England which come up to the Dignity of the Subject, either in fullneſſe of matter, or Beauty of Compoſition. [Seldeni Epiſt. præfixa libro Auguſtini Vincentii.

### Ad initium ejuſd. Codicis.

Moſt of the Writers of our Engliſh Affairs, have had ſome Hope or Fear at their Elbows, to jog them towards the Intereſt of the preſent or future Governors: confeſs'd by learned Cambden himſelf, whoſe Lines were directed by K. James; and he led rather to vindicate the Honour and Integrity of the King's Mother, (the Qu. of Scots,) than to do right [1] for a Miſtreſſe, who had from a Schoolmaſter made him the firſt K. at Arms. [Hiſtor. Memoirs of Qu. Eliz. n. 16. p. 60.

1. This is very unjuſtly alledged againſt Mr. Camden. H.

Edm. Spenſer's Ruines of Time, Lond. 1617.

CAMBDEN the Nourice of antiquitie,
And Lanterne unto late ſucceeding age,
To ſee the light of ſimple veritie,
Buried in Ruines, through the great Outrage
Of her owne People, led with warlike rage:
CAMBDEN, though time all Moniments obſcure,
Yet thy juſt labours ever ſhall endure.

Out of the Dedication to the Hiſtory of France, the 4. firſt books, Folio, London pr. by J. Windet 1595.

——— If I do not receive foyle by that Illuſtrious Camden, yet honour enough to be an Imitator and Carrier of thy bookes (precious and curious Camden:) thy own Country prints not ſufficient to extend thy name, worthy to find Kings thy nurſing fathers, and Queenes thy Nurſes. rare Jewel of Britain land, enemie to inglorious Oblivion, Treſurer of memorie, trumpet of Albion's fame, regiſter of Antiquity, and Pourſivant of eternitie.

In Milles's Catal. of Honour, Fol. Lond. 1610. in the Dedication to Cecil Ld. Saliſb.

Learned William Camden, whom Vertue hir ſelf for Pietie and Probity, and honouring Great Brittaine, hath crown'd a King of Arms.

Hæc duo ultima Teſtimonia è litteris excerpſi ad me in ſeceſſu litterario ſcriptis à Prænobili ac pererudito Domino Domino Philippo Sydenhamo, de Brimpton D' Evercy in agro Somerſettenſi, Baronetto, Viro omni virtutum genere decorato.

AR-

# ARGUMENTUM EDITORIS PRÆFATIONIS.

*Camdeni Elizabetha ſumma fide ac judicio contexta.* §. I. *Ejuſdem Tomus primus ab ipſo auctore correctus & locupletatus, à nobis tandem recuſus.* §. II. *Tomus ſecundus jam mortuo auctore prodiit.* §. III. *Totum opus ſemel atque iterum edunt Belgæ.* §. IV. *Sed minus accurate. Tomus itidem ſecundus à nobis emendatius quam antehac emiſſus.* §. V. *Nihil fere de Maria, Scotorum Regina, in Additionibus quas nunc primum in lucem publicam edimus.* § VI. *Quis & qualis Edmundus Bohunus?* §. VII. *Camdeni notatio anni quo nata eſt Anna Bolena recte ſe habet.* §. VIII. *Sylloge noſtra Epiſtolarum à variis Angliæ principibus ſcriptarum, ad calcem T. Livii Foro-Julienſis, digna quæ una cum Camdeno legatur. Edwardus VI. ex utero matris non exciſus fuiſſe videtur.* §. IX. *Operæ pretium notare quibus rationibus populi amorem ſibi conciliaverit Elizabetha.* §. X. *In levio-*

*levioribus etiam populo placere ſtudebat.* §. XI. *Reformationi conſulit. Monitiones lingua vernacula à nobis denuo editæ ad ſacra pertinentes.* §. XII. *Elizabetha in Pontificios alioſque conſcientiæ ergô diſſentientes nimis dura.* §. XIII. *Cavet ne quid faciant Collegiorum Præfecti quod in Academiarum dedecus cederet.* §. XIV. *Ea de cauſſa inviſit Academias, Collegiaque aliaque ædificia publica perluſtrat.* §. XV. *Inter alios, qui coram ipſa Oxoniæ diſputabant Orationeſque habebant, fuit Edmundus Campianus; poſtea ob læſæ Majeſtatis crimen morte Londini affectus.* §. XVI. *Collegium Jeſu Oxoniæ perficit Elizabetha, Academiamque Dubliniæ inſtituit.* §. XVII. *Henrici Sidneii, Hiberniæ Proregis, mors; quem è ſuggeſtu laudavit Thomas Whitus, Lecturæ Philoſophiæ Moralis Oxoniæ fundator.* §. XVIII. *Conciones aliique minoris notæ libelli non abſurde à nobis commemorantur.* §. XIX. *Gregorius Martinus neque homo partiarius neque promercali fide. Camdenum inſulſe (more ſuo) perſtringit Athenarum Oxonienſium conſarcinator.* §. XX. *Camdenus & conſarcinator diſſimillimi inter ſe. Illi præcipue libelli conſervandi qui ad politiam noſtram Eccleſiaſticam ſpectant.* §. XXI. *Uti etiam illi qui ad Monarchiam. Regimen noſtrum eccleſiaſticum à civili, & vice-verſa civile ab eccleſiaſtico pendet.* §. XXII. *Neque Wyato, neque aliis rebellibus, ut nobis videtur, opem tulit Elizabetha.* §. XXIII. *Obſervationes noſtræ de regimine eccleſiaſtico de particularibus eccleſiis, non de eccleſia catholica*

*tholica ſive univerſali intelligendæ. Poſſunt tamen & ipſæ eccleſiæ particulares catholicæ appellari.* §. XXIV. *Elizabetha virgo illibata & incorrupta, nec quid in contrarium unquam aſſeruit Hollingſhedus.* §. XXV. *Gualterus D'Evereux comes Eſſexienſis virtutibus illuſtris. Commentariolus de ipſius morte.* §. XXVI. *Maria Scotorum regina à convitiis breviter vindicata. Buchananum pœnitet calumniarum quibus famam ipſius læſerat. Cl. Sagii hanc in rem epiſtola.* §. XXVII. *De Sacrilegiis Henrici* VIII. *Nec quidem ipſa Elizabetha Eccleſiæ prædia reſtituit. E contra ipſa etiam regnante reditibus eccleſia ſpoliata.* §. XXVIII. *Maculæ hominum virtutibus inſignium non reticendæ. Anteceſſorum noſtrorum ſimplicitas.* §. XXIX. *Incommoda è ſtrage domuum religioſarum tandem dolet Elizabetha.* §. XXX. *Ad dolores levandos libros de Conſolatione evolvit & perlegit, Boëtiumque in linguam vernaculam vertit.* §. XXXI. *Cum ob alia, tum ob Mendozæ Hiſpanorumque aſtutias animo angebatur Elizabetha. Fragmentum de Mendoza è Joanne Hotmanno Juriſconſulto.* §. XXXII. *Libros itidem ludicros perlegebat Elizabetha.* §. XXXIII. *Animam cœlo reddit ætate devexiore; qua tamen pro pulchra haberi voluit.* §. XXXIV. *Alexandri Nowelli in Ænei Naſi Collegium munificentia.* §. XXXV. *Tractatus de Succeſſione à nobis de induſtria omiſſi. Mantiſſæ tamen loco de Reginæ Scotorum morte libellum edidimus.* §. XXXVI. *Amicis gratiæ immortales agendæ. Meadorum encomium.* §. XXXVII.

*Uti*

*Uti etiam Joannis Bridges Armigeri, cui Elizabethæ iconem debemus.* §. XXXVIII. *Monitum de lapide antiquo, Academiæ Oxonienſi donato à V. cl. Thoma Spratto Archidiacono Roffenſi; & de Hollingshedi Teſtamento ultimo.* Pag. CXLVIII.

THO.

# THO. HEARNIUS
# LECTORI.

§. I. NEMINEM latet, Guilielmi Camdeni Elizabetham tanta fide tantoque judicio eſſe conſcriptam, ut ſimul atque lucem adſpexerit ab omnibus eruditis vehementiſſime fuerit expetita, avidiſſimeque perlecta: ab iis præcipue, qui rerum hiſtoricarum perquam ſtudioſi exploratiſſimum habebant, auctorem operi contexendo præ ceteris omnibus fuiſſe parem; quippe qui ob Britanniam ſuam, partim è Lelando, partim è propriis per inſulam noſtram obſervationibus concinnatam, ſummam laudem jam antea conſecutus fuerat. Fuit is omnino vir egregius, idemque ſimplicitate ac induſtria conſpicuus, eruditiſſimuſque & Græcis litteris & Latinis, hiſtoriæque ac antiquitatis noſtræ & in inventis rebus, & in actis, ſcriptorumque veterum litterate peritus. Nec

Camdeni Elizabetha ſumma fide ac judicio contexta.

cuiquam dubitare licuit, eum à ſummo quaſi numine fuiſſe conſtitutum, qui Elizabethæ, reginæ optimæ & toto orbe terrarum inſigniſſimæ, res geſtas litteris conſignaret. Et tamen non inficiandum eſt, opus fuiſſe arduum & difficile, quodque proinde homines ab aggrediendo etiam ſcientiſſimos perterreret, Camdenum præſertim, modeſtia & verecundia inſignem. Sed cunctas difficultates vicit amor patriæ, pariter atque fides in Principem, produitque tandem ejuſdem Tomus primus, ex ipſo mandato [1] Jacobi regis, priuſquam fatis conceſſerit auctor celeberrimus.

Ejuſdem Tomus primus ab ipſo auctore correctus & locupletatus, à nobis tandem recuſus.

§. II. Primus ille Tomus excuſus eſt Londini [2] A. D. M.DC.XV. forma, quam vocant, majori.

---

1. Hiſce verbis (namque Reſcriptum Regium ſubnectam) concepto:

James R.

Oure pleaſure is, that you cauſe forthwith, according to our direction to you, ſo much of the Hiſtory of England in Latin as we have peruſed, to be printed and publiſhed, that is from the year of our Lord, 1558. untill the end of the year a thouſand five hundred eighty-eight. And this our Command ſhall be your Warrant. Given under our Signet, the 25th. of February, at our Pallace of White-Hall, in the 12th. year of our Reign of England, France, and Ireland, and of Scotland the 48th.

To our well beloved Servants Sir Robert Cotton Kt. and Baronett, and William Camden Clarenceux, one of our Kings of Armes.

E litteris Amici doctiſſimi, Thomæ Bakeri, S. T. B. Cantabrigienſis, ad me ſcriptis Oct. 16. M. DCC. XVI. & è Cod. MS. penes me Smithiano CXXXVIII. p. 137. 2. Typis Guilielmi Stansbii, impenſis Simonis Waterſoni, ad inſigne Coronæ in Cœmiterio Paulino.

Vix

Vix jam lucem adſpexerat, quum auctor, quo nemo in ſcriptis ſuis recognoſcendis diligentior, totum volumen legit relegitque, multaque hinc inde male ſe habere, alia nimirum extra ordinem collocari, alia minus recte exprimi, alia denique penitus omitti, deprehendens, novam illico prelo paravit editionem. Quem in finem exemplar quoddam propria manu correxit & ſupplevit; ſed priuſquam typis mandare licuit, omniaque ſphalmata tollere, animam piam ac eruditam exhalavit, exemplari tamen amico fideli concredito, qui ne interiret curaret. Quod exemplar quum ante annos aliquammultos in manus deveniſſet viri clariſſimi, amicique noſtri integerrimi, Thomæ Smithi, S. T. P. collegiique Magdalenenſis in Academia Oxonienſi Socii, nihil antiquius habuit decus illud bonarum litterarum immortalitate dignum, quam ut ejuſdem beneficio frueretur poſteritas. Hoc enim in votis habuit qui ipſi Smitho dono dedit, vir præſtantiſſimus Robertus Cottonus, armiger, patris ſui eruditiſſimi D. Joannis Cottoni Baronetti, ultimi teſtamenti vindex & curator. Moriens igitur mihi (licet ipſi nomine tenus tantummodo quaſi noto) legavit, meæque fidei atque auctoritati commendavit Smithus, una cum ſupellectile quadam alia libraria atque antiquaria, quam quotidie tero. Codicem authenticum, plurimique æſtimandum eſſe, manifeſte liquet ex hacce

nota ad initium, ab amico, ni fallor, cui concredidit Camdenus ſcripta: **The firſt Part of Mr. Camden's Elizabetha inlarged for the next Impreſſion.** Tantum theſaurum in poſſeſſione noſtra eſſe poſtquam intellexerant eruditi, quibuſcum commercium inſtitui epiſtolare, mecum pluribus egerunt, ut diutius latere non permitterem. "Quantivis pretii," inquiunt, "κειμήλιον poſſides, quod proferendo ac in lucem "emittendo, non tantum de Academia Oxonienſi, verum etiam de Camdeni Manibus, & "de toto orbe litterario præclare mereberis. "Quiſquamne," pergunt, "tam furioſa, tam "illiberali, tam hoſtili mente in rempublicam "litterariam & Camdeni memoriam præditus "eſt, qui librum hunc eximium ab auctore ipſo "elimatum, & ab erroribus purgatum, multiſ"que in locis auctum, non libentiſſime am"plectatur, omnibuſque pervolutandum com"mendet?" His rationibus incenſus, poſtquam non unam ob cauſſam in menſes paucos diſtuleram, operi manum admoveo, neque prius deſtiti, quam penſum ſuum abſolviſſent typothetæ.

Tomus ſecundus jam mortuo auctore prodiit.

§. III. Jam alter Tomus deſiderabatur, qui opus compleret. Sed & hunc etiam ad finem perduxit auctor. At varias ob cauſſas ſummam adhibuit diligentiam ut ineditus jaceret quamdiu viveret, apographo interim ad virum eruditiſſimum amiciſſimumque Petrum Puteanum tranſmiſſo, qui tanquam ſacrum depoſitum

tum conſervaret, & poſt mortem (ſi modo ſuperſtes eſſet) juris publici fieri non dedignaretur. Quod voluit Camdenus, id religioſe præſtitit Puteanus. Quum enim ipſi, ſtudiis aſſidue incumbenti, de Camdeni morte eſſet adlatum, quamvis ex illo nuncio opinione omnium majorem animo ceperit dolorem, hoc tamen in primis ſollicitudines allevavit, delectationemque ſimul & ſalutem attulit, quod opera immortalia poſt ſe reliquiſſet vir clariſſimus & beatiſſimus, inter quæ & Tomum iſtum ſecundum Elizabethæ, in ſcriniis ſuis adſervatum, jure merito cenſendum eſſe cognovit. Poſt quadriennium igitur ab auctoris obitu impreſſus eſt Tomus hicce Londini [1], forma typiſque iiſdem [2] quibus & primus. Hunc autem titulum præ ſe ferebat: "Tomus alter Annalium re-"rum Anglicarum, & Hibernicarum, regnante "Elizabetha, qui nunc demum prodit: ſive "Pars quarta. Autore Guil. Camdeno." Toto opere proinde divulgato, verbis non eſt concipiendum quanta cum celeritate divenderentur exemplaria. Namque omnes, quotquot ſcilicet Proteſtantium Religioni devoti atque nominis Camdeniani & Hiſtoriæ noſtræ cultores fuerint, Principiſque optimæ memoriam & res geſtas æternitati conſecrari cupierint, pretio quovis emenda in uſum ſuum petierunt. Adeo

1. A. D. M.DC.XXVII. 2. Guilielmi ſc. Stansby, impenſis Simonis Waterſon.

ut

ut quum in aliis bibliopolarum officinis amplius non invenirentur, in cunctis angulis Londini quærenda eſſent. eaque de cauſſa hominibus in libris ad hiſtoriam Anglicanam pertinentibus verſatiſſimis, qui forſitan urbis Londinenſis res curioſas ſpectatum iverint, bibliopolarum ædes diligentiſſime perluſtrare, & operis hujus exemplaria pecuniis numeratis comparare, imo quovis ære conquirere, in mandatis datum erat.

Totum opus ſemel atque iterum edunt Belgæ.

§. IV. Quum Belgæ, quæſtui dediti, & lucro ſuo potius inhiantes, quam publico bono conſulentes, Camdeni hunc foetum tam feliciſſimis auſpiciis edi atque excipi cernerent, è re ſua fore duxerunt denuo in lucem proferre, ſed forma minori. Nempe, in bibliopolas cum ſuos tum & exteros, ad emporia libros coëmendi gratia venientes, intuentibus, cogitantibuſque ſæpenumero & memoria repetentibus, ecquodnam opus ab Anglis publico datum potiſſimum eruditis eſſet placiturum, poſt multos ſermones ultro citroque habitos tandem omnes conceſſerunt Camdenum noſtrum omni laude cumulatum eſſe hiſtoricum, Commentarioſque ſive Annales rerum Anglicarum & Hibernicarum regnante Elizabetha exquiſita doctrina & ſingulari induſtria eſſe ſcriptos, dignoſque cum ob raritatem tum etiam ob præſtantiam (nam in hac parte Hiſtoriæ profecto excelluit Camdenus) qui è prelo Elzeviriano

viriano prodirent. Hiſce igitur rationibus impulſi atque incenſi Elzevirii, ſemel atque iterum excudebant (nam nihil moror editionem, quæ in partibus ultra-marinis fertur prodiiſſe A.D. M.DC.XXV.) ſequenti ad Lectorem Monito præfixo, ut doctis (ſi fieri poſſet) perſuaderetur, editionem ſuam omnibus numeris eſſe perfectam, eamque ipſam quam, dum in vivis eſſet, modo pateretur invidia, videre exoptaverat Camdenus.

"TYPOGRAPHVS
"LECTORI S.

"Quum Guilielmus Camdenus, benevole "Lector, in ſcribenda Divæ Elizabethæ, An-"gliæ, &c. Reginæ, Hiſtoria, hoc potiſſimum "curaverit (ut ipſius verbis utar,) ut, ad præ-"ſcriptum Polybii, VERITATI litaret; quod "ſine ΠΑΡΡΗΣΙΑ, ingenua illa cum modeſtia "loquendi Hiſtorico digna libertate, non da-"tur: verum quum utraque, Judicia, Præjudicia, "Odium, Obtrectationeſque eorum, qui fidem "in Patriam & Principem exuerunt, effugere "ſe non poſſe animadvertit: præponderarunt "tamen apud ipſum, tum, quod dixi, Veri ſtu-"dium, tum Patriæ charitas, & Principis illius "memoria, quæ apud Anglos grata & ſancta "eſſe debet. Hiſtoriam itaque Heroïnæ con-"ſtanti quidem filo uſque ad ejus exceſſum "pertexuit: ſed priorem tantum Partem, quæ "ad Annum Salutis M.D.LXXXIX. exeuntem "pertin-

"pertingit, evulgare auſus; alteram, ne forte "ſibi à nonnullorum livore periculum procrea- "ret, quorum adeo potentia partum ſuum in "cunis præfocatura eſſet, illuſtris in Francia "viri fidei tanquam depoſitum commiſit. Is, "Camdeno morte jam extra periculum & ſu- "pra invidiam poſito, doctiſſimo amiciſſimoque "viro fidem præſtitit, & pro ſummo ſuo erga "Rempublicam ſtudio, atque inſigni erga nos "benevolentia, ſecundum illum Tomum, ſive "prioris Continuationem, prelo ſubjiciendam "tranſmiſit. Nos itaque, Lector, quanta po- "tuimus accuratione, utramque Hiſtoriæ par- "tem, nova hac editione emendatius recuſam, "publici juris facimus: quo & Hiſtorici omni- "bus numeris abſolutiſſimi Manibus ſatisfiat; "& glorioſiſſimæ, omniumque quæ unquam "ſceptrum geſtarunt feliciſſimæ feminæ (qui- "bus illam elogiis, teſte Auguſto Thuano V. "C. decoravit generoſa Guiſianorum & Ne- "moroſiorum parens Anna Ateſtina) memoria "ſcriptore tanta Majeſtate digno felicius in "animis poſterorum perennet. Vale."

Sed minus accurate. Tomus itidem ſecundus à nobis emendatius quam antehac emiſſus.

§. V. Hæc Belgæ. Perinde quaſi ipſi hoc opus Camdeni purum putum primùm edidiſſent. Quam recte tute ipſe, lector, noſtra editione inſpecta facillime intelliges. Nam non tantum primum Tomum longe emendatiorem auctioremque, ope egregii noſtri Codicis, exhibuimus, ſed & locos plurimos in ſecundo etiam

Tomo

Tomo nitori ſuo reſtituimus, auxilio Codicis præclari, quem mutuo ſumpſi ab amico doctiſſimo Thoma Rawlinſono, armigero, viro nunquam ſatis laudato. Id quod primo intuitu clarum erit, quoniam diſcrepantias priorum editionum ad imum paginæ paſſim deſignavimus, ne quid dicam de Notis aliquot ad finem operis collocatis, è quibus itidem editionis noſtræ præſtantia, Belgarumque ſocordia (vel potius aſtutia & in auctoris verbis mutandis audacia) liquebit. Neque hæc ſcribo ut memet ipſum laudibus efferam. Id quidem cum vanum tum & gloriæ avidum eſſe argueret. Interim tamen non poſſum non monere, hoc quicquid eſt opellæ (ſi modo tanti viri operis editioni labor impenſus *opellæ* nomine recte cenſeri debeat) quotieſcunque in mentem venit valde placere, meque ideo gaudio exſultare quod Camdeni lucubrationum partem haud exiguam ab interitu vindicaverim.

§. VI. Atque hæc de editione noſtra prælibanda duxi, uti etiam de Codicibus quos in ſubſidium vocavimus. Tam correctiones quam & additiones Camdeni ſunt plane magni momenti. Et profecto quicquid à Camdeno ipſo litteris mandatum fuit plurimi eſſe faciendum exiſtimo, viro ſcilicet partibus minime addicto, &, ut jam antea innui, divino ingenio, & eruditiſſimo acerrimoque judicio. Quandoquidem vero Athenarum Oxonienſium conſarcinator

Nihil fere de Maria, Scotorum Regina, in Additionibus quas nunc primum in lucem publicam edimus.

(diligentiſſimus, licet non ſatis ſolers inveſtigator antiquitatis,) neſcio quanam auctoritate nixus (nam certe nulla fides Ludovico Molinæo [1] aliiſque ejuſdem farinæ ſcriptoribus) publice aſſeruit, [2] opus fœde commaculatum eſſe, multaque in Tomo primo à cenſoribus ejecta & expuncta ſive deleta fuiſſe ad Mariam, Scotorum Reginam, pertinentia, Principem infeliciſſimam, ſed pietate in Deum patriamque, corporis proceritate & venuſtate, formæ dignitate, facieique pulchritudine præſtantem, id mihi dicendum eſſe videtur, conſarcinatorem latrare tantum, non hominem ingenuum, nedum hiſtoricum (nam hiſtorici decus eſt veritas) agere. Quis enim eorum qui hæc non minora quidem, ſed etiam majora animadverterint, & Camdeni verborum in Additionibus pondera diligenter examinaverint & expenderint, non intelliget in hoc erratum eſſe, & conſarcinatoris aſſertionem rigidiorem eſſe quam ut imitetur veritatem? Pauciſſima enim in iiſdem de Maria. Et tamen in promptu erat permulta adjicere, ſi modo ipſius virtutes, formæque elegantiam, aut Heroïnæ noſtræ crimen, ex ipſa capite ſuo juſſu, ad pericula (ut obtendebatur) prævertenda, plexa exortum, fuſiſſime explicare ac enarrare voluiſſet. Sed optime intelligebat crimen hoc, cujus Elizabetham (nec quidem pro *ſputatilico*,

1. Pag. 25. laudationis clariſſimi viri Guil. Camdeni. Oxon. M. DC. LII. 4to. 2. Athen. Oxon. Vol. I. col. 412.

ut

ut volunt Enthuſiaſtæ, eſt habendum) juſtis de cauſſis tam Scoti quam & alii inſimulabant, non poſſe elui vel excuſari; ideoque quam breviſſime de eo ſcribendum, omniaque huc facientia paucis perſtringenda eſſe ſentiebat, præcipue quum ipſa Elizabetha lacrimis effuſis ſæpiſſime indoleret, ſe ad tam crudele facinus perpetrandum inductam fuiſſe, Dudlejo comite Leiceſtriæ (qui eò potentiæ ac auctoritatis proceſſerat, ut neminem vereretur, nec tam Regina, quam ipſe totius regni vires complecti ſua poteſtate videretur) potiſſimum poſtulante atque agente, ut Princeps abſoluta in jus contra jus vocata & capitis damnata morte mulctaretur. Non me fugit nonnullos maculas haſce abſtergere pro virili tentaſſe. Sed incaſſum plane. Nam & ipſe Edmundus Bohunus, qui alioqui laudibus (ut laudibus proculdubio æternis perquam digna erat) celebravit, Elizabetham in hac re temere atque male feciſſe fatetur.

§. VII. Sed rogabis, Quis & qualis Edmundus iſte Bohunus? Paucis declarabo. Armiger erat, & unus è regiis magiſtratibus pro agro Suffolciano ad illa curanda quæ ad pacem publicam ſpectant. Vulgo audiunt, **the Commiſſioners of the Peace.** Multorum librorum, lingua vernacula ſcriptorum, auctor erat; quorum aliquot non alium in finem edidit, quam in eorum gratiam qui omnia voluptate metiuntur,

*Quis & qualis Edmundus Bohunus?*

& probatum eunt Oligarchiam, vel potius Democratiam optimam Regiminis formam eſſe. In uno agitur de Elizabetha noſtra, aitque Bohunus ſe otio affluentem argumentoque delectatum ipſius ingenium corporiſque pariter atque animi dotes accuratiſſime deſcripſiſſe. Perinde quaſi Elizabethæ pictura vera eſſet Deſcriptio quam divulgavit, in qua tamen neque formas neque lineamenta laudaturi ſunt viri periti, ut mihi quidem videtur. Nam in ea nihil eſt perfectum. quippe nihil eſſe ſimul & inventum & perfectum, jam olim animadverterunt veteres, ſapientia clariſſimi. *Inventum* addidi, quod multa, à ſe in lucem edita, veritati minime conſona, ipſe invenerit Bohunus, in Regni Archiis, aliiſque locis, ubi reconduntur chartæ & monumenta, (an ex ignavia, vel deſiderio librum quam citiſſime emittendi, vel ſtudio magiſtris in quorum verba juraverat placendi, vel alia quadam cauſſa non facile dixerim) neutiquam verſatus. In prooemio de Camdeni his Annalibus perhonorifice loquitur Bohunus. Et tamen de brevitate nimia male & abſurde conqueritur. Viri judicio ſubacto breves eſſe ſtudent. Nempe, ſi hoc fieri poſſit ſine obſcuritate. Nihil enim eſt in hiſtoria, pura & illuſtri brevitate dulcius [1]. Itaque utinam ipſe Bohunus longe brevior fuiſſet, illaque

1. Vide Ciceronis de claris Oratoribus librum, qui dicitur BRUTUS, c. LXXV.

præter-

prætermiſiſſet quæ nihil ad rem. Ceterum Bohunum dimitto. Quod ſi hæc minus apta videntur Præfationi, ingenio aſſigna, quod me inflammavit ſtudio illuſtrium hominum virtutes & eruditionem conſummatiſſimam perſequendi, malevolorumque ac invidorum leviterque eruditorum vitia atque lapſus detegendi.

§. VIII. Annaligraphus noſter operi ſuo Apparatum præmiſit, in quo, inter alia, nobis ſignificavit, haud dubie è chartis Regni authenticis, Annam Bolenam (id quod notatu digniſſimum arbitror, quippe cujus rationem habitum iri jam olim docuerunt litterati) Elizabethæ noſtræ matrem, feminam oris venuſtate, corporis elegantia, ingenii acumine (ut memoriæ prodiderunt noſtrates, & juris, & litterarum, & antiquitatis hiſtoriæque bene periti) ornatiſſimam, eximioque quodam lepore dicendi præditam, natam fuiſſe A.D. M.D.VII. Atqui non deſunt veteratores qui aſſerant, Annam Bolenam deformem & minus pulchram fuiſſe. Credant, quotquot Paradoxorum amantes, vel Æſopum μυθοποιὸν, ſive Fabularum ſcriptorem, (alium ab illo qui de Helena commentatus eſt, viro, ut videtur, eximia pulchritudine) vel etiam Richardum noſtrum III. Angliæ regem, dignitate corporis, & apta concinnaque compoſitione membrorum excelluiſſe, virginumque tenerarum & mollicularum oculos moviſſe, & delectaſſe vel hoc ipſo, quod omnes partes cum quodam

**Camdeni notatio anni quo nata eſt Anna Bolena recte ſe habet.**

quodam lepore inter ſe conſenſerint, eaque de cauſſa omnibus fere admirationi fuiſſe contendant. Itane vero, adeon' amore inſaniebat Princeps delicatiſſimus, ut qui luxu abundans, otioque nimio & ingenio uberrimo affluens, omnia ad voluptates ſpectantia ſagaciſſime expiſcari ſolebat, mulieres demum deperiret ſqualidas ac horridulas, quales etiam fæx civitatis plane faſtidiret? Aliter ſe rem habuiſſe vel inde, me judice, liquet, quod Anna Bolena obtruncata, non quod forma minus eſſet conſpicua, vel etiam omnibus pene feminis pulchritudine non præſtiterit, ſed ex ſuſpicione levi eam fuiſſe impudicam, imo ab aliis non invitam fuiſſe compreſſam, Janam Seimoram in uxorem duxerit Henricus, virginem probatiſſimam formaque æque ut moribus ornatiſſimam. Ceterum neque in hoc minus abſurde veteratores, qui fingunt, Annam Bolenam Henrici octavi filiam fuiſſe. Verum hanc calumniam jam olim contuderunt viri quibus ingenii, litterarum, eloquentiæ, ſapientiæ, probitatis denique primas deferunt noſtrates. Quo facto, adverſarii nihil niſi multa effutire, ſcriptores malevolos ac minorum gentium advocare, ſermones leviculos allegare, eo demum confugere quo confugere ſolent Sophiſtæ. Argumenta utrobique adlata non eſt noſtrûm ventilare. Illud autem ad rem vehementiſſime pertinere puto, quod critici

tici [1] aliquot acutiſſimi, viri ſcilicet & ingenio & litteris clari, qui veteratoribus favent, ſuſpicentur mendum in Camdeno eſſe, & M. D. IX. reponendum pro M. D. VII. Nimirum ut Anna duobus annis junior fuerit quam voluit Camdenus. Facillimum, inquiunt, erat anni notationem mutare, præcipue quum litteris numeralibus fuerit concepta. Pro illorum igitur ſententia mutatio iſta vel typothetis vel potius preli curatoribus tribuenda, qui opera dedita, & ut ingenio indulgerent, IX. in VII. converterunt. At ſuſpicionem hanc vanam eſſe vel inde conſtat, quod in ipſo, quem ſecutus ſum, Camdeni Codice nulla, ne levicula quidem, hîc loci conſpiciatur correctio. Quin & Camdenus ipſe refutat in narratione de Nicholai Sanderi morte. Itaque evaneſcant, & in nihilum recidant cacodoxorum cavillationes, Zoilorumque morſus, nec quiſquam poſthac dubitet M. D. VII. à Camdeni manu fuiſſe, ipſamque proinde eſſe veram ac genuinam lectionem.

---

1. In his eſt auctor doctiſſimus (in quo mira accuratio in inveniendis componendiſque rebus) Codicis MSSti. quem mihi utendum dedit Amicus pereruditus ac juxta probus, multiſque nominibus mihi charus, hoc titulo inſigniti: The Character and Life of the Lady Anne Boulen, wherein the Legitimacy of her Birth, the validity of her Marryage, and the Modeſty of her Behaviour, are briefely, but yett nicely diſcuſſed. Done by an unknowne hand.

Sylloge noſtra Epiſtolarum à variis Angliæ Principibus ſcriptarum, ad calcem T. Livii Foro-Julienſis, digna quæ una cum Camdeno legatur. Edwardus VI. ex utero matris non exciſus fuiſſe videtur.

§. IX. T. Livii Foro-Julienſis vitæ Henrici V. regis Angliæ, non ita pridem à me in lucem publicam editæ, Syllogen ſubjeci Epiſtolarum à variis Angliæ Principibus ſcriptarum, quam dignam eſſe quæ una cum Camdeni hoc opere legatur arbitror. quippe quarum aliquot ob oculos habebat in opere condendo ipſe Camdenus. Fuit Elizabetha diligentia Patris à puerula docta, & Græcis Latiniſque litteris erudita. Nam ſemper habuit exquiſitos ex Academiis præceptores: in eis Rogerum Aſchamum virum diſertiſſimum. Hinc & ſcribere & dicere non inculte ſolebat. Eruditionis Specimina exſtant in Bibliotheca Bodlejana. Alia vidi in manibus viri excellentiſſimæ virtutis & eruditionis, Amicorumque longe optimi (qui quatuor [1] abhinc annis in cœleſtem patriam commigravit) Franciſci Cherrii de Shottesbrooke in Comitatu Bercherienſi, armigeri, aliorumque, qui ſummos honores homines per ſe cogniti, ſine ulla commendatione vel adulatorum vel nebulonum ſive ardelionum (nam & nunc dierum iſti commendare pro quavis occaſione ſolent) ſunt adepti. Quin & in Sylloge noſtra ſunt Epiſtolæ, ſane & bonæ & nobiles. Quinetiam alibi ejuſdem Orationes habemus, extemporaneas quidem, ſed elegantes, acutas, prudentiæque pleniſſimas. In his omnibus, tam

1. Vide §. 26. Præfationis noſtræ ad Lelandi Coll.

nimirum

nimirum Epiſtolis quam & Orationibus, unus eſt ſonus, & idem ſtilus; neque re vera ſunt ejuſmodi, ut à pluribus, quod opinantur nonnulli, confuſæ videantur. Verum illam præcipue ob cauſſam Sylloges mentionem feci, quod inde mihi manifeſtum eſſe videatur, Edwardum VI. è matris utero non fuiſſe exciſum; aliter atque vulgo fertur. Et tamen opinionem vulgarem amplexus eſt Camdenus noſter in Apparatu, licet nota marginalis Janam Seimoram in partu obiiſſe duntaxat commemoret. Neque diffiteor in partu mortuam eſſe; at tantum abeſt, mea ſententia, ut infans ex utero fuerit exciſus, ut Jana ipſa de partu ſuo litteras ad concilii ſecretioris proceres dederit, quas una cum Teſtimonio de ipſius jam enixæ valetudine in Sylloge juris publici fecimus. Ne verbum in his de Edwardo ex utero parentis Reginæ exciſo. Equidem non inficias ibo, monumenta hæcce (tam nimirum litteras quam & Teſtimonium) aſtrictiora, aliquantoque contractiora eſſe, quam aures nonnullorum qui quæ ſcribimus ſunt perlecturi requirunt. Plena tamen ſunt, & ea omnia continent quæ ad rem ſpectant. Neque dubito quin ſi venter jam viventis apertus fuiſſet aliquid de re tam memorabili memoriæ mandaretur in monumentis, de quibus agimus. Idem etiam ſenſiſſe mihi videtur Polydorus Vergilius, Hiſtoricus ille tum divinis tum humanis litteris adprime inſtructus,

licet in multis graviter lapſum fuiſſe non negem. Uti etiam Chronici [1] Cantuarienſis auctor, qui de regibus noſtris à Bruto uſque ad Annum Chriſti M. D. LII. ſummatim breviterque ſcripſit. Non aliter quoque vir ille præter eruditionem conſummatiſſimam candidiſſimo pectore, planeque ad amicitiam natus, ſicque de ſtudiis ac ſtudioſis pariter atque de patria meritus, ut indignus fuerit qui aut ſenuerit unquam aut mortuus fuerit, D. Thomas Smithus eques auratus in Dialogo lingua Anglica conſcripto (etſi Latine in primis eſt eleganter locutus) de matrimonio ab Elizabetha contrahendo, nondum excuſo, mihi vero mutuo dato à feciali undiquaque doctiſſimo, diligentiſſimoque inveſtigatore antiquitatis, Joanne Anſtis armigero, rege Armorum primario, cognomento **Garter.**

Operæ pretium notare quibus rationibus populi amorem ſibi conciliaverit Elizabetha.

§. X. Operæ pretium eſt inter legendum conſiderare & diligenter notare quibus rationibus Elizabetha, ad regni faſtigium evecta, amorem ſubditorum, etiam infimorum, ſibi conciliaverit. Virgo (ut plerique omnes Hiſto-

1. Cui titulus, **A breuiat Cronicle contaynynge all the Kinges from Brute to this daye, and manye notable actes gathered oute of diuers Cronicles from Willyam Conquerour unto the yere of Chriſt a. M. d. c. lii. ¶ Prynted at Canterbury in Saynt Paules paryſh by John Mychell. ¶ Cum priuilegio ad imprimendum ſolum.** 8vo. Libellum rariſſimum poſſidet Amicus integerrimus Thomas Rawlinſonus, Armiger.

rici

rici noſtri referunt) antequam ætate affecta, pulchra erat (utpote inſigni cutis candore, totius oris egregia ſpecie, niſi quod crinium color non parum deformaret, juſtâ corporis ſtaturâ, digitis teretibus, prædita, & in cujus oculis miræ inerant illecebræ) caſta, ſapiens, pia, comis, & in pauperes benefica ac benigna. Mariæ ſororis jam diademate potitæ, quia Pontificis Romani ſupremam auctoritatem pernegaverat, & eccleſiæ Reformatæ documentorum tenaciſſima erat, in ſe concitaverat furorem, quæ ira percita, crudelitate ſane impia (ſi fides Hiſtoricis errores Pontificiorum odio habentibus) & ſæva tyrannide ac barbarie pluſquam Scythica in eam ſæviit, è zelo nimio in religionem illam quam à tenera ætate amplexa fuerat, alias femina excultiſſima & quavis laude digniſſima. Hinc comprehenſa incarceratur Princeps præſtantiſſima, plureſque injurias perpeſſa, populi miſericordiam concitavit, qui tacite Deo preces fundebant pro ipſius ſalute, ut tandem à carceris ſitu & pædore ſqualoribuſque liberata, ipſa Angliæ regina bonis omnibus lætantibus ac plaudentibus (quotquot nimirum Reformationi conſulebant) conſalutaretur. Itaque poſtquam vitam cum morte commutaverat Maria, incredibile eſt quanta cum lætitia exceptus fuerit nuncius de Elizabethæ inauguratione. Carcerum foribus apertis, cuſtodia emiſſi ſunt homines vel flammis

vel patibulis deſtinati, virique docti atque ſacris ordinibus initiati nunc è latibulis evolabant, ubi ſeſe abdiderant ex timore mortis ſibi intentatæ; maximam laudem illo nomine promeriti, quod monitis, concionibus, ſcriptiſque pro tuenda religione atque fide ſtrenue decertaſſent, pravaſque opiniones averruncare errorumque novitates refellere ſtuduiſſent. Nova rerum facies nunc per totum regnum cernebatur, omneſque à partibus Proteſtantium vultus hilares præ ſe ferebant. Clamant, "O! terque "quaterque beati illi, quibus diem hunc exoptatiſſimum, albo (quod ajunt) lapillo notandum, videre conceſſum eſt! Habemus reginam ſcientiſſimam linguarum, veritatis propugnatricem, furoris Papiſtici debellatricem, filiorum eccleſiæ Anglicanæ matrem amantiſſimam, in omnium gentium hiſtoriis verſatiſſimam, rerum politicarum peritiſſimam, imo ſexus ſui delicias atque decus, digniſſimamque proinde quæ inſulas haſce gubernet!" Neque ſane abſurde hæc populus. Quamprimum enim inſignibus regiis ornata fuit feminarum princeps, omnibus nervis contendebat ut publicam pacem ſtabiliret, hoſtes ſubigeret, fideleſque amicos, quantumvis loco obſcuro tenuique fortuna ortos, beneficiis cumularet. At in primis ſollicita erat de Religione, (memor oraculi, quod Politicus effatur, Πρῶτον, ἡ περὶ θεῖον ἐπιμέλεια·) quem in finem eos tandem in conſilium

lium ſanctius adſcivit, qui ob experientiam, prudentiam, judicium, acumen, probitatem & fidem gloriam nunquam intermorituram conſecuti fuerant. Deinde leges optimas tulit, quæque adeo gratæ fuerunt, ut jam vicatim Reginam collaudaret vulgus, & præ gaudio palam referret Principem à Deo ipſo miſſam fuiſſe ad tyrannidem (quam vocabant) Papiſticam amovendam. Quid quod & hanc exſultationem publice teſtati ſunt ſubditi pyris pro more accenſis, variis ludorum generibus (quorum aliquot prius inaudita) celebratis, campaniſque pulſatis? Ceterum ne forte multi exiſtimarent, tanta beneficia non Deo Optimo Maximo, cujus ſolius auxilio innixa eſt Elizabetha, verum conſiliis & artibus prorſus humanis eſſe adſcribenda, preces immortales tandem ſummo numini quotannis publice actæ ſunt, die illo nimirum quo regnum auſpicabatur Elizabetha, idque juſſu regio; eademque auctoritate formula typis impreſſa, cujus exemplar nuperrime vidi, mihi mutuo dante viro adprime docto Thoma Rawlinſono, armigero.

§. XI. Quæ diximus ſatis probant, Elizabetham populi ſalutis ſtudioſiſſimam fuiſſe. Sed quorſum attinet majora curare, niſi ad leviora etiam deſcendas? Ad quem finem in majoribus placere ſtudetur, ſi in minoribus offendamus? Hoc perquam optime videbat Princeps ſagaciſſima. Itaque quotieſcunque animi relaxandi, &

In levioribus etiam populo placere ſtudebat.

& magnates vel in urbibus vel in rure agentes inviſendi cauſſa (illud enim ſolenne eſt, vel ſaltem olim erat ſolenne, Regibus ac Principibus Angliæ, procerum aliorumque comitum ingenti multitudine ſtipatis, ad voluptatem ſingulis annis unam aliquam regni partem obire ac peragrare) expeditiones adornabat (qualis certe iter illud Nordovicum anno regni viceſimo [1]) ejuſmodi luſibus ſe delectari palam profeſſa eſt, quibus & ipſa plebes fuerit affecta, à qua etiam conſpici vehementer cupiebat, quippe quæ vultu, manibus, ſtatu, inceſſu, omnique corporis motu, cum verbis ſententiiſque conſentiente, ad plebis captum ſe accommodabat. Huc accedit, quod Princeps ad benevolentiam hominum alliciendam quaſi nata, ea nonnun-

---

1. Videſis libellum rariſſimum, inſcriptum, The joyfull receyuing of the Queenes moſt excellent Majeſtie into hir Highneſſe Citie of Norwich [anno 1578:] the things done in the time of hir abode there: and the dolor of the Citie at hir departure. Wherein are ſet downe divers Orations in Latine, pronounced to hir Highneſſe by Sir Robert Wood, Knight, now Maior of the ſame Citie, and others: and certaine alſo delivered to hir Majeſtie in writing: every of them turned into Engliſh. To which are adjoined certaine Gratulations given in wryting, to hir Highneſſe and ſundry of the Nobilitie, at Audeley Ende in Eſſex. [Collectore B. G.] ¶ Imprinted at London, by Henry Bynneman. 4to. Libelli hujus copiam mihi fecit Thomas Rawlinſonus, armiger, vir Græcis & Latinis litteris ſatis doctus, rerumque veterum ſtudioſus. Ad calcem ejuſdem eſt icon perrara (ligno inciſa) civitatis Nordovicenſis, à Joanne Daye excuſa, digniſſima quidem quæ denuo prodeat.

quam

quam conceſſerit (modo vel ſalva conſcientia, vel ſalvo honore, vel denique ſalva ſibi debita reverentia concedi poſſent) quæ à Pontificiorum religione non aliena viderentur. Certe non alio conſilio, quam ut Religio Reformata eo facilius propagaretur, Pontificiique ipſi ad eam amplectendam incenderentur. Inde & ludos & nundinas haberi ac celebrari diebus dominicis nonunquam permiſit; eo modo quo & permittebant Pontificii (præcipue ſi vel Feſta Sanctorum in quorum honorem eccleſiæ dedicarentur, vel ſi ipſi dies dedicationum eccleſiarum, nam tam dedicationes quam & Sanctorum Feſta celebrari ſolebant [1], in dies dominicos inciderent:) partim nimirum ut egenorum facultatibus ſubveniretur, (quippe quæ ea facilitate ſuavitateque morum fuit, ut eos, ſive viros ſive mulieres, in colloquium familiare frequenter exciperet, & perinde quaſi ejuſdem fuiſſet ſortis comiter affaretur;) partim ut minus oneroſam eſſe Religionem Reformatam quam perhibebant nonnulli pateret. Ejuſmodi

1. Vide ſub initium Miſſalis ſecundum uſum Eccleſiæ Helfordenſis, vel potius Herfordenſis ſive Herefordenſis (nam *l* pro *r*, & vice verſa *r* pro *l*, ſæpe in Codd. antiquis, eo pacto quo & in iiſdem *n* pro *r*, & *r* pro *n*; unde tam *Argyrium* quam *Angyrium*, urbs Siciliæ è qua ortus Diodorus Siculus, apud quem Α'γγύριον, rectius Αγύριον, effertur) Rothomagi (in folio) excuſi A. D. M. D. II. in muſéo meo adſervati, ex dono Amici præſtantiſſimi Caroli Eyſton, de Eaſt Hendred in agro Bercherienſi, Armigeri, viri ſancti, pii, reique antiquariæ ſtudioſi. Nec quidem aliud præter iſtud (quod in membranis eſt) exemplar impreſſum hujus Miſſalis hactenus vidi.

exem-

exemplum jam penes me in Collectaneis MSS[1]. ob oculos habeo è ſchedula deſcriptum mecum communicata à viro natalibus & ingenio illuſtri D. Joanne Evelynio, Baronetto. Apographum vero noſtrum (nam è republica litteraria fore cenſeo divulgare) in hanc ſententiam ſe habet:

**To all Maiors, Shereffes, Conſtables and other Hed Officers within the Countie of Middleſex.**

After our hartie commendations, Whereas we are enformed That one John Seconton Powlter, dwellinge within the Pariſhe of St. Clementes Daines, beinge a poore man, havinge foure ſmall children, and fallen into decaye, ys lycenſed to have and uſe ſome playes and games at or uppon nyne ſeverall ſondaies for his better releif, comforte and ſuſtentacion within the Countie of Middleſex, to comenſe and begynne at and from the xxiith. daie of Maye next comynge after the date hereof, and not to remayne in one place not above thre ſeverall ſondaies: And, we conſideringe that great reſorte of people is lyke to come thereunto, we will and require you aſwell for good order, as alſo for the preſervation of the Quene's Majeſtie's peace, that you take with you foure or fyve of the diſcrete and ſubſtanciall men with in your office or liberties where the games ſhal be put in practiſe, then and there to forſee and doo your endevor to your beſt in that behalf duringe the contynuance of the games or playes, which games are hereafter ſeverallie mencyoned, that is to ſaye, The ſhotinge with the Standerd, the ſhatinge with the brode arrowe, the ſhotinge

1. Vol. LXI. p. 78.

at

at the twelve ſkore prick, the ſhotinge at the Turke, the leppinge for men, the runninge for men, the wraſtlinge, the throwinge of the ſledge, and the pytchinge of the barre, with all ſuche other games as have at anye tyme heretofore or now be lycenſed, uſed, or playſed. Yeoven, the xxvith. daie of Aprill in the eleventh yere of the Quene's Majeſtie's raigne.

[In dorſo,] A Licence for ſeverall Recreations on Sonday. Tollerated by Q. Eliz.

Neque mirum Pontificiis gratificari ſtuduiſſe Elizabetham, quum & ipſius pater (cui in multis perſimilis erat) non alio animo in eoſdem fuiſſe videatur anno ultimo regni, quamvis ſexennio antea odio implacato proſecutum fuiſſe teſtentur Chronica. Verum hoc inde factum ſuſpicor, quod manifeſtum eſſet pleroſque indignatione permotos eſſe propter damna templis domibuſque ſacris illata; quorum igitur in gratiam Teſtamenti Novi lectionem prohibendam cenſuit, quod tamen antehac una cum Veteri in eccleſiis ut publice legeretur collocari mandaverat. Quæ tamen prohibitio nonnullis etiam diſplicuit, ut ex hac nota ad initium Epitomes [1] Anglicanæ, penes amicum incompara-

1. Cui tit. An Abridgement of the notable worke of Polidore Vergile conteignyng the deuiſers and firſte finders out aſwell of Artes, Miniſteries, Feactes and ciuill ordinaunces, as of Rites, and Ceremonies, commonly uſed in the churche: and the originall beginnyng of the ſame. Compendiouſly gathered by Thomas Langley. ¶ Imprinted at London within the precincte of the late diſſolued houſe of the Grey Friers, by Richard Grafton Printer to

 the

bilem Thomam Rawlinſonum, Polydori Vergilii de inventione rerum libri ſcripta intelligo: At Oxforde the yere 1546. browt down to Seyn bury by John Darbye pryce 14*d.* When I kepe Mr. Letymers ſhype I bout thys boke when the teſtament was obberagatyd that ſhepe herdys myght not red hit I prey god amende that blyndnes wryt by Robert Wyllyams keppynge ſhepe uppon Seynbury hill. 1546.

Reformationi conſulit. Monitiones lingua vernacula à nobis denuo editæ ad ſacra pertinentes.

§. XII. At dum virtutes, quibus excelluit Elizabetha, commemoramus, in memoriam debemus revocare quantopere laboraverit, ut Liturgia publica ab erroribus purgaretur, omniaque ad politiam eccleſiaſticam pertinentia antiquitati eſſent conſona. Hunc in finem viros aliquot ſelegit, qui bibliothecarum forulos excuterent, libroſque ſacros inter ſe invicem conferrent, ſanctitate, judicio, atque eruditione claros; nec quidem facile quos dixerim plus ſtudii, quam illos, & ad concionandum, & ad omnes bonarum rerum diſciplinas (è quibus profecto non eſt excludenda Theologia) adhibuiſſe. Vix dici poteſt quam feliciter ac diligenter hoc opus (quo majus utiliuſve ſuſcipi non poteſt) proceſſerit, tandemque (Deo juvante) conſummatum fuerit. Viri ſcilicet eximii ſciebant, ſi cultus divini forma primæva reſtitueretur, uniformitatem in Religione ſecuturam eſſe; è

---

the Princes grace, the. xvi. date of Aprill, the yere of our lorde M. D. XLVI. Cum priuilegio ad imprimendum ſolum. 8°.

contra

contra opiniones admodum diverſas repullulaturas eſſe è vetuſtate neglecta & dogmatibus receptis recentiorum Theologorum (modo hoc nomine recte ſint cenſendi) qui Patrum antiquiſſimorum ſcripta nihili facienda eſſe docebant. Et tamen non diffitendum eſt, plures infeſtiſſimos hoſtes exortos fuiſſe qui nihil non ſubdole fecerunt, quod Reformationi (quantum conjectura augurabantur) obſtaculo eſſet futurum. Quod ſi ſcire cupias qui & quales fuerint libri excuſi ad Reformationem ſpectantes illo ſeculo, adeas, quæſo, bibliothecas in Anglia libris paullo rarioribus refertas, ubi etiamnum exſtant; ac præcipue bibliothecam longe inſtructiſſimam Thomæ Rawlinſoni, armigeri, viri multiplici eruditione, & ſingulari erga me benevolentia. è qua quidem Rawlinſoni bibliotheca haud gravabor hîc loci recudere Monitiones quaſdam, (longe majoris auctoritatis, quam voluit auctor libri cujuſdam ipſa Regina vivente excuſi [1]) lingua noſtra vernacula conſcriptas, tam ad preces publicas Sacramentaque, quam ad Cleri veſtimenta pertinentes. Eoque promptius hoc in gratiam reipublicæ litterariæ fa-

1. Cui tit. An Abſtract of certain Acts of Parliament: of certaine her Maieſties Injunctions: of certaine Canons, Conſtitutions, and Synodalles prouinciall: eſtabliſhed and in force, for the peaceable gouernment of the Church, within her Maieſties Dominions and Countries, for the moſt part heretofore unknowen and unpractized. —— 4°. Ad rem noſtram ea ſpectant quæ obſervavit pag. 47.

 ciam,

ciam, quod mihi veniam denuo edendi conceſſerit ea qua pollet humanitate poſſeſſor doctiſſimus, & mihimet pluſquam ſatis ſit manifeſtum Monitiones iſtas ſeorſim editas (nam Editionem in Collectione Sparroviana nihil moror) non ſine ſumma difficultate apud bibliopolas comparari poſſe. En igitur:

## Aduertiſments

partly for due order in the publique adminiſtration of common prayers and vſinge the holy Sacramentes, and partly for the apparrell of all perſons eccleſiaſticall, by vertue of the Queenes maieſties letters commaunding the ſame, the xxv. day of January, in the ſeuenth yeare of the raigne of our Soueraigne Lady ELYZABETH, by the grace of God, of Englande, Fraunce and Irelande Queene, defender of the fayth. &c.

L O N D I N I.

*Cum priuilegio ad imprimendum ſolum.*

## The Preface.

THE Queenes maieſtye of her godly zeale calling to remembraunce howe neceſſary it is to the auauncement of gods glory, and to the eſtabliſhmente of Chriſtes pure Religion, for all her louing ſubiectes, eſpecially the ſtate Eccleſiaſticall, to bee knitte together in one perfecte unitye of doctrine, and to bee conioyned in one uniformity of Rites and Maners in the miniſtration of Gods holy worde, in open prayer and miniſtration of Sacraments, as alſo to be of one de-

cent

cent behauioure in their outwarde apparrell,to be knowne partely by their diſtinct habits to bee of that vocation (who ſhoulde be reuerenced the rather in their offices as Miniſters of the holye thinges whereto they bee called) hathe by her letters directed unto the Archebyſhop of Canterbury and Metropolitane, required, enioyned and ſtraightly charged, that with aſſiſtance and conference had with other byſſhops, namely ſuche as be in commiſſion for cauſes eccleſiaſticall, ſome orders might bee taken, whereby all diuerſities and varieties amonge them of the cleargy and the people (as breedinge nothinge but contention, offence and breache of common charity, and be agaynſte the lawes, good vſuage and ordinaunces of the Realme) might be reformed and repreſſed, and brought to one maner of vniformity throughout the whole Realme, that the people may thereby quietly honour and ſerue almighty God in truthe, concord, vnity, peace and quietnes, as by her maieſties sayde letters more at large dothe appeare. Wheruppon by diligent conference and communication in the ſame, and at laſte by aſſent and conſent of the perſons before ſayd, theſe orders and rules enſuing, haue been thoughte meete and conuenient to bee vſed and folowed: not yet preſcribinge theſe rules as lawes equiualent with the eternall worde of God, and as of neceſſity to bynde the conſciences of her ſubiectes in the nature of them conſidered in them ſelues: Or as they ſhoulde adde any efficacye, or more holynes to the vertue of publique prayer and to the Sacraments, but as temporall orders meere Eccleſiaſticall, without any vayne ſuperſtition, and as rules in ſome parte of diſcipline concerning decency, diſtinction, and order for the time.

Arti-

## Articles for doctrine and preachinge.

FIrſte, that all they whiche ſhalbe admitted to preache, ſhalbee diligentlye examined for theire conformity in unity of doctrine, eſtabliſhed by publique authoritye: and admoniſhed to uſe ſobriety and diſcretion in teachinge the people, namely in matters of controuerſy: and to conſider the grauity of their office, and to foreſee with diligence the matters which they will ſpeake, to utter them to the edification of the Audience.

Item, that they ſette owte in theire preachinge the reuerent eſtimation of the holye Sacramentes of Baptiſme and the Lordes ſupper, excitinge the people to thoften and deuoute receauing of the holy Communion of the body and bludde of Chriſte, in ſuche forme as is already preſcribed in the boke of Common prayer: and as it is further declared in an Homily concerninge the vertue and efficacye of the ſaide Sacramentes.

Item, that they moue the people to all obedience, aſwell in obſeruation of the orders appoynted in the boke of Common ſeruice, as in the Queenes Maieſties Iniunctions, as alſo of all other ciuill dutyes due for ſubiectes to do.

Item, that al licences for preaching, graunted out by the Archebyſſhop and Byſſhopes within the prouince of Canterbury, bearing date before the firſt day of Marche 1564. be voyde and of none effect: and neuertheleſſe all ſuche as ſhalbe thought mete for the office, to bee admitted agayne without difficulty or charge, payinge no more but iiii. pens for the writinge, parchement and waxe.

Item, yf any Preacher or parſon, uicare or curate ſo licenſed, ſhall fortune to preache any matter tendinge to diſſention, or to the derogation of the religion and doctryne receyued, that the hearers denounce the ſame to the Ordinaries, or the next Byſſhoppe of the ſame place: but no man openly to contrary or to impugne the ſame ſpeache ſo diſorderly uttered: whereby may growe offence and diſquyet of the people, but ſhalbe conuinced and reproued by the Ordinary after ſuche agreable order, as ſhall be ſeene to him according to the grauity of the offence. And that it be preſented within one moneth after the wordes ſpoken.

Item,

Item, that they vſe not to exacte or receaue vnreaſonable rewardes or ſtipendes of the poore Paſtors, comminge to theire Cures to preache, whereby they myght bee noted as folowers of filthye lucre, rather then uſe thoffice of preaching of Charity and good zeale, to the ſaluation of mens ſoules.

Item, if the Parſon be able, he ſhall preache in his owne perſon euerye three monethes, or elſe ſhall preache by an other, ſo that his abſence be approued by the Ordinary of the dioces in reſpect of ſicknes, ſeruice or ſtudy at the Uniuerſityes. Neuertheleſſe yet for wante of able Preachers and Parſons, to tolerate them withoute penaltye, ſo that they preache in theyre owne parſons, or by a learned ſubſtitute, once in euery three moneths of the yeare.

## ¶ Articles for adminiſtration of prayer and Sacramentes.

Firſt, that the Common prayer be ſaide or ſonge decentlye and diſtinctlye, in ſuche place as the Ordinarye ſhall thinke mete for the largeneſſe and ſtreightneſſe of the Churche and quyer, ſo that the people may be moſte edifyed.

Item, that no Parſon or Curate, not admiteed by the Byſſhoppe of the dioces to preache, do expounde in his owne Cure, or elſewhere, any ſcripture or matter of doctrine or by the way of exhortation, but onely ſtudy to reade grauely and aptly, without any gloſing of the ſame, or any additions, the Homelyes already ſett owte, or other ſuche neceſſarye doctrine as is or ſhall be preſcribed for the quiet inſtruction and edification of the people.

Item, that in Cathedrall churches and colledges, the holye Communion be miniſtred upon the firſte or ſeconde ſundaye of euerye monethe at the leaſte. So that both Deane, Prebendaries, Preiſtes and Clerkes do receaue: and all other of diſcretion of the fundation, do receaue foure tymes in the yeare at the leaſte.

Item, in the miniſtration of the holy Communion in Cathedrall and Collegiat Churches, the principall miniſter ſhal vſe a Cope, with Goſpeller and Epiſtoler agreeably: and at all other prayers to be ſayde at that Communion table, to vſe no Copes but Surpleſſes.

Item,

Item, that the Deane and Prebendaries weare a Surpleſſe with a ſilke Hode in the Quyer: and when they preache in the Cathedrall or Collegiate churche, to weare theire Hode.

Item, that euery Miniſter ſayinge any publique prayers, or miniſtringe the Sacramentes, or other rites of the churche, ſhall weare a comely Surples with ſleeues, to bee prouided at the charges of the Pariſhe: and that the Pariſhe prouide a decente table ſtandinge on a frame, for the Communion table.

Item, they ſhal decentlie couer with Carpet, ſilke or other decente coueringe, and with a fayre lynnen clothe (at the tyme of the miniſtration) the Communyon table: and to ſett the tenne Commaundementes upon the Eaſte walle ouer the ſaid table.

Item, that al communicantes do receaue kneeling, and as is appointed by the lawes of the Realme, and the Queenes maieſtyes Iniunctions.

Item, that the fonte be not remoued, nor that the Curate do baptiſe in pariſhe Churches in any Baſons, nor in anye other forme then is alredie preſcribed, without chargeinge the parent to be preſent or abſent at the Chriſtening of his childe, although the parent may bee preſent or abſent, but not to anſwere as Godfather for his childe.

Item, that no childe bee admitted to anſwere as Godfather or Godmother, except the childe hath receaued the Communion.

Item, that there be none other holidayes obſerued beſides the Sundayes, but onely ſuche as be ſet out for holidayes, as in the Statute Anno quinto & ſexto Edwardi ſexti, and in the new kalender authoryſed by the Queenes maieſty.

Item, that when any Chriſtian bodye is in paſſing, that the bell be tolled, and that the Curate be ſpecially called for to comforte the ſicke perſon: and after the tyme of his paſſinge, to ringe no more but one ſhorte peale: and one before the buriall, and an other ſhorte peale after the buriall.

Item, that on Sundaies there be no ſhoppes open, nor artificers commonlye goinge aboute theire affaires worldly. And that in all Faires and common markets, fallinge uppon the Sunday, there be no ſhewing of any wares before the Seruice be done.

Item,

Item, that in the Rogation dayes of proceſſion, they ſinge or ſaye in Engliſhe the two Pſalmes beginninge, Benedic anima mea. &c. with the Letanye and Suffrages there unto, with one Homelye of thankes geuinge to God, already deuiſed and diuided into foure partes, without addition of any ſuperſtitiouſe ceremonyes heretofore uſed.

Articles for certayne orders in eccleſiaſticall policy.

Firſt, againſte the day of giuing of orders appoynted, the Byſhoppe ſhall geue open monitions to all men, to except agaynſte ſuche as they knowe not to be worthy, either for life or conuerſation. And there to giue notice that none ſhall ſewe for orders, but within theire owne Dioces where they weare borne, or had theire longe tyme of dwellinge, except ſuche, as ſhall bee of degree in the Uniuerſitees.

Item, that younge Preiſtes or Miniſters, made or to be made, be ſo inſtructed, that they bee able to make apte aunſweres concerninge the forme of the Catechiſme preſcribed.

Item, that no Curate or Miniſter bee permitted to ſerue without examination and admiſſion of the Ordinary or his deputy, in writing, hauing reſpect to the greatnes of the Cure, and the meetnes of the party: and that the ſayde Miniſters if they remoue from one Dioces to an other, bee by no meanes admitted to ſerue, without teſtimonye of the Dioceſan from whence they come, in writing, of theyre honeſty and ability.

Item, that the Byſhop doe call home once in the yeare any Prebendary in his Churche, or beneficed in the Dioces whiche ſtudieth at the Uniuerſities, to know how he profiteth in learninge: and that he be not ſuffered to bee a ſeruinge or a waytinge man diſſolutely.

Item, that at the Archedeacon's viſitation, the Archedeacon ſhall appoynte the Curates to certayne taxes of the newe Taſtamente, to bee conde without booke. And at theire nexte Synode to exacte a rehearſall of them.

Item, that the Churchewardens once in the quarter declare by theyre Curates in billes ſubſcribed with their handes to the Ordinarye or to the nexte officer under him, who they bee whiche will not readyly paye theire penalties for not comminge to Goddes diuine ſeruice accordingly.

Item, that the Ordinaries doe uſe good diligente examination, to foreſee all Simoniacall pactes or couenaunts with the Patrons or preſenters, for the ſpoyle of their glebe, tithes, or manſion houſes.

Item, that no perſons be ſuffered to marye within the leuiticall degrees mentioned in a Table ſet forthe by the Archebyſſhoppe of Caunterburye in that behalfe, Anno Domini 1563. and if any ſuche bee, to be ſeparated by order of lawe.

Articles for outwarde apparrell of perſons Eccleſiaſticall.

Firſte, that all Archebyſhoppes and Byſhoppes do uſe and contineue their accuſtomed apparrell.

Item, that all Deanes of cathedrall churches, Maſters of Colledges, all Archedeacons, and other dignities in cathedral churches: doctors, bachelers of Diuinitye and Lawe, hauing any Eccleſiaſticall liuinge, ſhall weare in their common apparrell abrode, a ſyde gowne with ſleeues ſtreyght at the hande, without any cuttes in the ſame. And that alſo without any fallinge cape: and to weare typpets of ſarcenet, as is lawfull for them by thact of parliament, Anno 24. Henrici octaui.

Item, that all Doctors of Phyſicke, or of any other facultye, hauinge any liuinge eccleſiaſticall, or any other that may diſpende by the churche one hundred markes, ſo to bee eſtemed by the fruites or tenthes of their promotions: and all Prebendaries, whoſe promotions be ualued at twenty pound or upward, weare the like apparrell.

Item, that they and all eccleſiaſticall perſons, or other hauinge any eccleſiaſticall liuinge, doe weare the cappe appointed by the Iniunctions. And they to weare no hattes but in their tourneinge.

Item, that they in their tourneinge do weare theire clokes with ſleeues put on, and lyke in faſſhion to their gownes, without gardes, welts, or cuts.

Item, that in their priuate howſes and ſtudies, they uſe their owne liberty of comely apparrell.

Item, that all inferiour Eccleſiaſticall perſons ſhall weare longe gownes of the faſſhion aforeſayde, and cappes as afore is preſcribed.

Item, that all poore Parſons, uicars and curates do endeuor themſelues to conforme their apparrell in like ſorte,

ſo

ſo ſoone and as conuenientlye as theire abilitye will ſerue to the ſame. Prouided that their abilitye bee iudged by the Byſhop of the Dioces. And yf theire abilitye will not ſuffer to buye them longe gownes of the forme afore preſcribed, that then they ſhall weare their ſhorte gownes, agreable to the forme before expreſſed.

Item, that al ſuche perſons as haue ben or be Eccleſiaſticall, and ſerue not the minyſterie, or haue not accepted or ſhall refuſe to accepte the othe of obedience to the Queenes Maieſty, doe from hencefourth abrode weare none of the ſayde apparrell of the forme and faſſhion aforeſayde, but to go as mere laye men, till they be reconciled to obedience: and who ſhall obſtinately refuſe to do the ſame, that they bee preſented by the Ordinarye to the Commiſſioners in cauſes Eccleſiaſticall, and by them to be reformed accordingly.

Proteſtations to be made, promiſed and ſubſcribed by them that ſhall hereafter bee admitted to any office, rowme or cure in any Churche, or other place Eccleſiaſticall.

Inprimis, I ſhall not preache or publiquely interprete, but onely reade that whiche is appointed by publique au⸗thoritye, without ſpeciall licenſe of the Byſſhoppe under his ſeale.

I shall reade the ſeruice appoynted, plainly, diſtinctly and audibly, that all the people may heare and underſtande.

I ſhall keepe the Regiſter booke accordinge to the Queenes Maieſties Iniunctions.

I ſhall uſe ſobrietye in apparrell, and ſpecially in the Churche at Common prayers, according to order appoynted.

I ſhall moue the pariſhioners to quiet and concorde, and not geue them cauſe of offence, and ſhall helpe to reconcile them whiche be at variaunce, to my uttermoſte power.

I ſhall reade dayly at the leaſte one chapter of the Olde Teſtament, and an other of the Newe with good aduiſement, to thincreaſe of my knowledge.

I do alſo faithfully promiſe in my perſon, to uſe and

exerciſe my office and place to the honor of God, to the quiet of the Queenes ſubiects within my charge, in truth, concorde and vnitye. And alſo to obſerue, kepe and mentayne ſuche order and uniformity in all externall policye, Rites and Ceremonies of the Church, as by the lawes, good uſuages and orders are allready well prouided and eſtabliſhed.

I ſhall not openlye intermedle with any artificers occupacions, as couetouſlye to ſeeke a gayne thereby, hauinge in Eccleſiaſticall lyuinge to the ſomme of twenty Nobles or aboue by yeare.

Agreed vpon and ſubſcribed by

*Matthæus Cantuarienſis.*
*Edmundus Londonienſis.*
*Richardus Elienſis.*
*Edmundus Roffenſis.*
} Commiſſioners in cauſes Eccleſiaſticall.

*Robertus Wintonienſis.*
*Nicolaus Lincolnienſis.*
With others.

Imprinted at London by Reginalde Wolfe.

Elizabetha in Pontificios alioſque conſcientiæ ergô diſſentientes nimis dura.

§.XIII. Verum enimvero quamvis Elizabethæ auſpiciis, Deo propitio ipſi ſuggerente in animum, quæ è communi utilitate fore videbantur, cuncta ad Religionem Reformatam facientia pro votis ſucceſſerint, in hoc tamen feminarum principem peccaſſe puto, quod in nonnullos (conſcientiæ ergô diſſentientes) nimis eſſet ſevera. Divinate vos ipſi, lectores, quo tandem res ſint evaſuræ ſi gladiis, non argumentis è Codicibus ſacris & intima retro antiquitate ductis utamur. Sed argumentis, inquietis, uſa eſt Elizabetha. Fateor. Et hæc quidem plus valebant quam gladius. Perſecutio, utcunque ferenda (nam ferre jubent SS. Scripturæ) haudquaquam laudanda ſive illa ſit à Proteſtantibus,

ſive

ſive Pontificiis. Eo nomine male audiebat Maria, Elizabethæ ſoror; quæ idcirco etiam crudelis & ferrea vocabatur, quod ipſius mandato tot fuerint interfecti. Inde non deſunt qui *Martiam*, non *Mariam* dici oportuiſſe moneant. At rogabis, ubinam ſtrages iſta tanta mortalium, quos ipſa occiderit? Paſſim indicant Hiſtoriæ. Neque pernegare audent Pontificii. Et tamen agnoſco Foxi Martyrologium, quod tantopere laudatur, mendaciorum magna ex parte eſſe farraginem. Id quod nuperrime etiam innuit egregius Hiſtoricus Jeremias Collierus, veritatis cultor. Nimirum homines vafri, huc illuc oberrando fabularum anilium vim ingentem collegerunt, Foxoque (viro diligentia, doctrina, utinam & judicio, virtutibus, religione, & exſilio in Mariana tempeſtate, ſatis claro) in manus dederunt, qui illico ſine ullo diſcrimine, ut moris eſt Scriptorum imprudentium, operi inſeruit. Neque mirum eſt homines ejuſmodi fabulas lubentiſſime congeſſiſſe, quum neſcio qui præceptores improbi docuiſſent lucrum ex mendaciis non eſſe turpe, & non ſemper expedire vera dicere, quanquam in hoc data fuerit lingua, ut vera prædicet, ſatiuſque ſit ficum ficum, ſcaphamque ſcapham (quod in proverbio eſt) nuncupare quam mendacia cudere, præſtigiiſque decipere. Ceterum non fabulis tantum, ſed & iconibus (quarum aliquot ſunt ſane obſcenæ, vel ſaltem oculis caſtis

caſtis indignæ,) placere ſtudebant Foxus & artifices illi vafri qui Foxo egregie imponebant. Nempe hiſce artificiis captabant vulgum, perinde quaſi longe major ſilva Martyrum fuiſſet, quam ex aliis Hiſtoricis, licet res geſtas memoriæ diligenter & fideliter prodiderint, colligimus. Ac tale quidem, noſtra ſententia, eſt Foxi Martyrologium. Ideoque mirari ſubit in eccleſiis, auctoritate regia, collocatum fuiſſe, & in Canonibus quibuſdam A. D. M. D. LXXI. Hiſtoriam abſolutiſſimam ac conſummatiſſimam appellari. Nunc ad Pontificiorum Martyrologia oculos convertamus, in quibus magnum etiam mendaciorum acervum ineſſe exploratiſſimum habeo. Et tamen illud certiſſimum eſt, in aliquot [1] Pontificiorum pariter atque alios nimium fuiſſe crudelem Elizabetham; ſi modo Princeps optima recte *crudelis* nominari poſſit. Hoc non ſcribo, quò excuſari & à pœna liberari vellem perduelles & læſæ Majeſtatis reos. Contra, illos morte mulctandos cenſeo, ut patriæ generiſque humani hoſtes communes, ſi non reſipiſcant, & boni ſubditi evadant, principiſque eo nomine veniam ac favorem mereantur. Verum ea de cauſſa hæc à me notantur, quia puto Pontificios alioſque à nobis conſcientiæ ergô diſſidentes non eſſe vel morte,

1. Vide libellum perquam rarum, qui inſcribitur: **An humble Supplication to Her Maieſtie, [Q. Eliz.] Printed,** Anno Do. 1595. 8°. p. 63.

vel

vel etiam pœnis paullo gravioribus (qualis ſane illa, ut unuſquiſque Catholicus, cujuſcunque eſſet ſexus, ſtatus, conditionis, vel ordinis, nemine dempto, nullo excepto, ſi decimum ſextum ætatis annum exceſſiſſet, viginti libras Anglicanas dependere Elizabetha ſolio potita cogeretur in ſingulos menſes, ob hoc tantum delictum quod conſcientia ſuadente religionem contrariam profitentes Hæreticorum, quos vocabant, eccleſias frequentare detrectarent) puniendos, ſi modo non ſint ſeditioſi ac turbulenti, ſed pacis re vera cultores & veritatis ſtudioſi. Tales fuerunt haud pauci ex illis qui regnante Elizabetha ſunt paſſi. Itaque per compita trahis, ſive, ut vulgo, ſleddis (eſt autem *ſledda* nihil aliud quam carri humile genus, ſine rotis, ſuper terram equis trahentibus lapſans, quod haud dubie non parum facit ad augendam pœnam) raptati quum eſſent, dicere ſolebant, *ſpectaculum facti ſumus Deo, & Angelis, & Hominibus*, & in ipſo loco ſupplicii votis pro Reginæ ſalute factis palam profeſſi ſunt, ſe fuiſſe Majeſtatis Regiæ fideles ſubditos, & pro illa quotidie oraſſe [1], Deoque ſupplicaſſe, ut

1. Vide libellum ſupplicem inſcriptum: **A Petition directed to her moſt excellent Majeſtie** [Q. Eliz.] **wherein is delivered, 1 I meane how to compound the civill diſſention in the Church of England. 2 A proofe that they who write for Reformation, doe not offend againſt the Stat. of 23. Eliz. c. 1. and therefore till matters bee compounded, deſerve more favour.** &c. pag. 20. Mutuo accepi à doctiſſimo Woodwardo, Medicinæ Profeſſore in Collegio Greſhamenſi & Societatis Regiæ Sodali.

plagas

plagas & punitiones ab hac inſula averteret, neque proinde pro intentatis ſibi criminibus [1], ſed pro Catholicæ fidei veritate mori. Utinam igitur in ejuſmodi homines, qui nihil contra rempublicam moliti fuerant, & plerumque tenues miſellique erant, & ob paupertatem obtritis lacernis incedebant, non dura fuiſſet Princeps, (eam incitantibus non tantum Thoma Nortono, aliiſque minorum gentium Puritanis, verum etiam nonnullis eorum qui ei à conſiliis fuerunt, ſexus illius infirmitate callidiſſime abuſi) ſed potius in mandatis dediſſet (id quod in votis etiam habuiſſe videtur Jacobus primus, qui Elizabethæ ſucceſſit [2]) Eccleſiæ Anglicanæ jurum vindicibus ut cum illis diſſererent, & vehementer errare demonſtrarent. Tyrannorum & Perſecutorum vim pro argumento veritatis eſſe habendam nemo ſanus unquam dixerit, nedum quiſpiam laudaverit in Elizabetha. E ſacra Hiſtoria pariter atque ex ipſis ethnicis Scriptoribus id notiſſimum eſt, veterum Perſecutores etiam acerrimos nihil ad cauſſam ſuam propugnandam profeciſſe. Contra quo erant

1. Vide ibid. p. 41. 2. Vide libellum qui inſcribitur, The King's Majeſtie's Speech, as it was delivered by him, in the upper houſe of the Parliament, to the Lords Spirituall and Temporall, and to the Knights, Citizens and Burgeſſes there aſſembled, on Munday the 19. day of March 1603. being the firſt day of this preſent Parliament, and the firſt Parliament of his Majeſties Reigne. Imprinted at London by Robert Barker, Printer to the King's moſt excellent Majeſtie. Anno 1604. 4°.

ſævi-

ſæviores, eo magis florebat Religio Chriſtiana. Nec quidem Chriſtiani, utcunque potentiſſimi, manus cum hoſtibus conſeruere. quippe qui preces & Evangelii prædicationem in fide propaganda tantum adhibendas eſſe ſentiebant. Martyrium haudquaquam metuebant, ſed pro fidei teſtimonio habebant, exiſtimantes martyrum ſanguine eccleſiam reddi purpuream. Inde S. Cyprianus in Epiſtolis: "O! beatam Eccle-"ſiam noſtram, quam temporibus noſtris glo-"rioſus Martyrum ſanguis illuſtrat! Erat antea "in operibus Fratrum candida; nunc facta eſt "in Martyrum cruore purpurea."

Cavet ne quid faciant Collegiorum Præfecti quod in Academiarum dedecus cederet.

§. XIV. Hîc regeret non nemo, & iracundia quaſi motus dicet, ea proculdubio quæ de Elizabetha ſcripſimus male ſe habere, eo quod ex neſcio quibus præclaræ fidei monumentis intelligamus virginem fuiſſe caſtis ac pudicis moribus, nihilque potuiſſe fieri illa mitius. Bona verba. Non me fugit in utramque partem diſſeri poſſe ab illis, qui ſcite mentiendi ac fallendi artem callent. Non deſunt etiam ſcriptores noſtri ævi qui in Commentariis concinnandis incredibili ſtudio flagrent altercandi cum aculeo & maledicto. At me ex illorum numero non eſſe publice profiteor. Imo tantum abeſt ut ex affectu erga Pontificios alioſve Eccleſiæ Anglicanæ inimicos ſcriptitarim, ut etiam quicquid effuderim ex optimæ notæ Codicibus hauſerim. Quin & fac ſis memor, Eli-

 zabetham

zabetham Henrici VIII. ex Anna Bolena filiam fuiſſe, ipſiuſque mores in quibuſdam retinuiſſe. Sed hæc miſſa faciamus, & nunc demum Elizabetham rem litterariam promoventem, & ne quid in Academiarum dedecus cederet ſedulo curantem, intueamur. Et quidni ipſa bonarum litterarum eſſet ſumma fautrix quæ fuerit ipſa eruditiſſima? Heroïna igitur noſtra, annum ætatis viceſimum octavum nondum egreſſa, in primis ſibi cavendum eſſe proſpiciebat, ne Collegiorum Præfecti uxores, liberos, feminas puellaſque, quibus, vino ac voluptatibus deliri, ſe ſubinde delectarent, intra Collegiorum parietes vel nutrirent vel foverent. Nempe pulchre noverat provectioris ætatis hominum his in rebus exempla plerumque imitari juniores; qui hunc in modum argumentari ſolent: "Si ipſi Præ-"fecti ac Præceptores noſtri ſint deſidioſi, ſua-"viter vivant, repubeſcere ac rejuveneſcere cu-"piant, bonaſque horas in laſcivis mulieribus "pernoctibuſque conviviis conſumant, cur non "& nobis (qui in omnibus poſſumus eſſe ju-"cundi mulieribus) licitum eſt uxores ducere, li-"bidinique intemperantius litare, juvenibus ni-"mirum proſpera valetudine, & in ipſo flore "ætatis, quibuſque forma adeſt nulla parte non "felix?" Sic illi. Rectene an ſecus non diſputo. Hoc quomodocunque ſit, id pro certo habeo, Elizabetham, feminam caſtam, admirabili judicio prudentiaque, Græciſque doctam litteris

&

& Latinis, omnibuſque politioris litteraturæ deliciis expolitiſſimam, ad vitia connivere noluiſſe, ſed maluiſſe Præfectos, bonos auctores legere, quam venari, potare largius (ad inſtar Belgarum, à quibus immodico potu ſe proluere primum didicerunt Angli) ludere aleam, aliaque facere quæ indecora eſſent, & ad fundatorum ſenſum, è Collegiorum Statutis eliciendum, minus congruerent. Atque ut quid voluit clarius eſſet, Injunctionem tranſmiſit ad quælibet Collegia, Statutis eorundem inſerendam, & poſtea pro Statuto habendam [1]. An vero etiamnum exſtet in Statutis, vel potius perierit illorum ſtudio qui ab re uxoria ac venerea neutiquam abhorruerunt, videant quorum intereſt ſcire. Interim animadvertendum eſt, hoc itidem in cauſſa fuiſſe cur tantopere laboraret ne vitam dedecoroſam ac miſerrimam agerent Academici, quod præclare intelligeret comeſſationibus, luxui, libidinibus, aliiſque illicitis voluptatibus Rebelliones [2] & Seditiones eſſe tribuendas. Nam quid non poteſt libido & turpis ille

1. Vide Syllogen noſtram Epiſtolarum, à variis Angliæ Principibus ſcriptarum, pag. 176. 2. Vide libellum, cui titulus, A warning againſt the dangerous practiſes of Papiſtes, and ſpecially the parteners of the late Rebellion. Gathered out of the common feare and ſpeche of good ſubiectes. Written by Thomas Norton, [cujus nomen in prima Editione non comparet, notante V. Cl. Thoma Rawlinſono, Armigero] and newly peruſed and encreaſed. Seen and allowed, according to the order of the Queenes Iniunction. Imprinted at London by John Daye, dwelling ouer Alderſgate. 8vo.

 amor

amor qui ſæpiſſime viros omni ſapientiæ alioqui laude florentes, & ad miraculum uſque doctos, fortitudinis ac magnanimitatis incredibilis, nullis non alias virtutum inſigniis decoratos, ad præcipitium impellit?

Ea de cauſſa inviſit Academias, Collegiaque aliaque ædificia publica perluſtrat.

§. XV. Hoc negotio confecto, nullus dubito quin Reginæ pro tanto beneficio gratias, quas eo nomine debebant, maximas egerint Præfecti. Atqui ne quid fraudis fuiſſe ſuſpiceris, Academias noſtras, quarum ſimiles haud alibi uſpiam exſtant, in perſona ſua propria inviſere apud ſe ſtatuit Regina, ſimulque diſpicere an Academicorum mores ſtudiaque cum Antiquitate & Fundatorum inſtitutis ad amuſſim congruerent. Id quod etiam re vera fecit, propoſito prius ſignificato Academiæ utriuſque viris ſuperioris dignitatis & ſpectatæ virtutis, qui quid ea occaſione faciendum eſſet inter ſe illico deliberarunt & conſultarunt, omneſque ſibi educandos commiſſos officii monuerunt. Noſtra non intereſt fuſe & ſigillatim deſcribere ac enarrare quanto cum applauſu ſimul ac accedere nunciatum exceperint Academici, quantaque viciſſim lætitia & voluptate perfuſa fuerit ipſa Regina, quum, aliter atque in aures ſuas inſuſurrarant obtrectatores, in utraque Academia pietatem defæcatam, continentiam ſatis laudabilem, modeſtiam ingenuam, doctrinamque conſummatiſſimam, comperiſſet. Collegia ſingula aliaque ædificia publica perluſtrabat, Conciones,

ciones, Prælectiones, & Diſputationes audiebat, Codices paullo rariores (ſeu manuſcriptos, ſeu impreſſos) inſpiciebat, nummoſque (ſi forſitan elegantiores ulli in Academiarum ſcriniis tunc temporis adſervarentur, & non in alimoniam potius cederent quam in ſupellectilem librariam) manibus pertractabat. Cum viris doctis, quorum eo ſeculo foetus uberrimus (& quidem dignitas & ſplendor Academiæ non in ſubſtructionum ædificiorumque magnitudine, & in otio jam & pigritia langueſcentium numero, ſed in doctorum & ſtudioſorum multitudine conſiſtunt) atque juvenibus verecundis, illuſtrique & antiqua familia natis, prandebat, cœnabat, colloquia habebat, animique relaxandi gratia ludis theatralibus, qui illis diebus ſatis innocentes, interfuit.

§. XVI. Amœnitatibus hiſce valde delectata Elizabetha, diſcedens Academicis gratias egit, encomiiſque ornavit. Inter alios autem qui Oxoniæ coram ipſa Diſputationes & Orationes habuerunt fuit Edmundus Campianus, juvenis ſpecioſus & venuſtus è Collegio Divi Joannis Baptiſtæ, ingenio & doctrina illuſtris, quem ob eloquentiam (nam proculdubio diſertiſſimus erat) & ſubtilitatem in argumentando (ſiquidem judicio fuit acerrimo) collaudavit Regina. At, quod profecto dolendum, hic idem ille eſt, qui poſtea ſolum vertit, &, Religione

Inter alios, qui coram ipſa Oxoniæ diſputabant Orationeſque habebant, fuit Edmundus Campianus; poſtea ob læſæ Majeſtatis crimen morte Londini affectus.

Religione mutata, in Jeſuitarum numerum adſcitus, nullum non movit lapidem, ut & alii ab Eccleſia Anglicana deficerent. Quapropter in Angliam cum Perſonio (cujus fama per orbem celebratiſſima) reverſus, tam ſcribendo quam & colloquendo atque concionando Pontificis Romani auctoritatem aſſeruit, & probatum ivit ſalutem extra eccleſiam Romanam non eſſe. Variis in locis latuit, præcipue in ædibus Amici ſingularis juxta Henlegam in agro Oxonienſi (in quibus *Decem*, quas vocabat, *rationes*, libellus non tantum terſus & argutus, ſed & preſſe, & ſatis ornate & pereleganter ſcriptus, excudebantur) & in ædibus alterius cujuſdam Amici, (Edwardi ſcilicet Yate, Armigeri) Lyfordiæ, ſive Lyffordiæ, ſecus Wantagiam in agro Bercherienſi ſitis. In has autem ædes poſteriores non ita multo poſt irruitur, extrahitur ipſe Campianus, vi Londinum ducitur, in carcerem truditur, quæſtionibus ſubjicitur, cruciatibus ſollicitatur, & tandem cum aliis, læſæ Majeſtatis itidem reis, (nam & ipſi quoque Elizabethæ hoſtium rebus ſeſe imprudenter immiſcuerant) ad Tiburnas furcas morte afficitur, anno ætatis quadrageſimo primo, fatum dolentibus Pontificiis aliiſque etiam, quibus ob comitatem, oris decorem, corporis proceritatem, ſpeciem inſignem, & eruditionem cum humilitate conjunctam fuit gratioſus. In martyrum album illico relatus erat à Pontificiis, qui & mira plane de illo prædicant.

dicant. Quam vere penes ſit alios judicare. Mihi tamen non ſatis conſtat, utrum magis debeam admirari, virine clariſſimi in morte ſubeunda patientiam, an carnificum crudelitatem barbaram atque ſævitiam, qui miſerum in modum torquebant, ſugillabant, inſectationibus perſtringebant, convitiis dilacerabant, & proſcindebant, calumniiſque quibus poterant onerabant. Iconem quandam elegantem (delineatore, ut videtur, viro clariſſimo Richardo Verſtegano, cujus *Theatrum crudelitatum Hæreticorum noſtri temporis* [1], liber ſane perrarus & quantivis pretii, non ita pridem erat penes Jacobum Wrightum armigerum, Antiquitatum comitatus Rutlandienſis auctorem, qui anno abhinc proxime elapſo emigravit ex hac vita,) conſpexi, mihi mutuo datam à cl. Rawlinſono, in qua Campiani ſupplicium accurate exhibetur. Et ex hac quoque carnificum torvitatem colligimus. In ea tamen nihil de cruciatibus quibus jam in carcere detentus vexabatur; vereor ne abſque juſſu Reginæ, quæ, ſi de iiſdem audiviſſet, ni fallor, ægre tuliſſet, utpote vix permittens, licet importunis precibus obtuſa, ut ipſe ſociique judicio ſiſterentur. Atque eo gravius, ut videtur, tuliſſet Princeps excultiſſima, quod ad locum ſupplicii publice ſint profeſſi, Dei majeſtate tremenda invocata, & ſalutis æternæ diſpendio propoſito, ſe nunquam eo-

1. Antwerpiæ M. D. XCII. 4to.

rum

rum conſcios fuiſſe, aut reos, quæ in judicio objiciebantur, imo neque quicquam eorum vel cogitaſſe, vel ſomniaſſe unquam, ſed omnia eſſe luculenter conficta; ſeque ea ſolum de cauſſa in Angliam veniſſe, ut pacate apoſtoliceque ſacerdotii functionibus ad animarum ſalutem ac ſolatium uterentur. Itaque nihil valent nonnullorum prætextus [1] qui dicunt vim conſcientiæ non fuiſſe illatam. Sed obſervationes è Picturis leves & pueriles forte videantur, & ab Hiſtorici dignitate alienæ. Equidem fatebor, picturas ad quæſtum & vulgi captum plerumque fingi. At è picturis hiſtoricis, ab artificibus peritiſſimis elaboratis, (qualis ſane Rawlinſoniana) multa diſcimus cum ad cultum quo anteceſſores utebantur, tum ad mores quibus inſignes erant, ſpectantia. Itaque Antiquariis & Hiſtoricis claris nihil crebrius in ore quam Picturæ atque Statuæ; præcipue quæ vetuſtatem præ ſe ferunt. Eadem de cauſſa Antiquarii in ſubſidium vocant nummos, qui Imperatorum, Regum, Principum aliorumque hominum illuſtrium effigies exhibent. Neque alio conſilio anno M.D.XVII. prodiit liber in 8vo, nunc dierum vix ac ne vix quidem comparandus (licet forte fortuna nuper apud bibliopolam in

1. Vide libellum qui inſcribitur, **A Declaration of the favourable dealing of her Maieſtie's Commiſſioners appointed for the Examination of certaine Traitours, and of tortures unjuſtly reported to be done upon them for matters of religion.** 1583. 4to.

eundem

eundem inciderim) imperatorum, & illuſtrium virorum ac mulierum vultus ex probatiſſimis miræque vetuſtatis nomiſmatibus expreſſos lignoque ſumma cura & induſtria inciſos (quibus breves tituli cum inſcriptionibus appoſiti) exhibens, collectore Jacobo Mazochio Romanæ Academiæ bibliopola, (nam bibliopolæ uti etiam typographi eo ſeculo eruditi) qui opera uſus eſt multorum virorum doctrina inſignium, ac præcipue Andreæ Fulvii diligentiſſimi antiquarii, qui totum opus ſedulo emendavit. Fateor tamen artifices Græcos ac Romanos recentioribus longe fuiſſe præſtantiores. Nihilominus mihi videtur in recentioribus etiam nummis ſæpiſſime conſpici veras effigies. Inde nummus quidam Ælfredi Magni, (qui amiſſas temporum injuria in Anglia noſtra omnes artes liberis hominibus dignas magna & immortali cum ſua gloria inſtauravit, auxit atque ornavit, Academiamque Oxonienſem è ruinis, quibus oppreſſa fuerat, nam extremam vaſtitatem ei attulerant Dani, ſuſcitavit) effigiei illius, quam ad initium Ælfredi vitam Spelmannianam edidimus, quamque tantopere laudavit Magnus Aldrichius antiquitatum cultor ſapientiſſimus, (qui omnia eſſe profecto laudanda, quæ conjuncta cum virtute ſunt, &, quæ cum vitiis, vituperanda cum veteribus cenſebat) auctoritatem firmat. Firmat etiam Ælfredi effigies antiquiſſima & pro ſeculo elegantiſſima in eccleſia de Wantage in agro

Bercherienſi, ab ipſo Ælfredo condita, ut ferunt vulgi, inde hallucinati quod eccleſiola illa, quam ſtruxerat Ælfredus, collapſa, ejuſdem loco hanc ipſam quam hodie conſpicimus eccleſiam ædificaverint viri munifici. Haud aliter atque Hippo primùm Epheſi exiguum fanum erexit, poſtea ipſi Epheſii auguſtiſſimum templum (de quo in Actis Apoſtolorum) exſtruxerunt. Et hoc εὐρυθέμεθλον (vel potius disjunctim εὐρὺ θέμεθλον) appellat Callimachus [1], ex amplitudine fundamentorum, molem templi ſuperexſtructi ſignificans. Neque minoris notæ nummus ille Joannis regis Angliæ quem mihi dono dedit Juvenis amiciſſimus Edwardus Burtonus, harum rerum ſtudioſus. Imberbem pene repræſentat, aliter atque pictores. Speedus equidem nummum ſimilem viderat; ſed erravit ſculptor quo uſus eſt. Eundem errorem errant quoque alii qui barba promiſſiori repræſentandum eſſe ex hoc nummo opinantur.

Collegium Jeſu Oxoniæ perficit Elizabetha, Academiamque Dubliniæ inſtituit.

§. XVII. Ceterum ne cenſeas Elizabetham verbis tantum litteratos proſecutam fuiſſe, ſciendum eſt ipſam Collegium Jeſu Oxoniæ ab Hugone Pricio, Juris Canonici Profeſſore, inceptum perfeciſſe (eo modo quo & Pater Sereniſſimus Henricus VIII. Ædis Chriſti Collegium, à Thoma Wolſæo illuſtriſſimo illo Cardinale, mortalium certe liberaliſſimo ac munificentiſſimo [2], inchoatum, abſolverat) & Academiam

1. Hymn. in Dianam. v. 248. 2. Vide ſis Roberti Whittintoni ad

Dubliniæ in Hibernia inſtituiſſe. E qua Academia, tanquam è fonte omnium bonarum litterarum, Jacobus Uſſerius Armachanus, multis voluminibus Theologicis & Hiſtoricis toto orbe litterario celeberrimus, Henricus Dodwellus Hiſtorices Prælector Camdenianus in Academia Oxonienſi ſeculique noſtri (muſſantibus invidis) decus immortale, quo neminem vel doctiorem, (quippe qui litteras omnigenas memoria tenebat) vel humiliorem (utpote in quo ſumma vitæ atque naturæ comitas, moreſque venuſti, commodi, faciles, minimeque moleſti) vel etiam ſanctiorem (Chriſtianorum enim primævorum vigiliis jejuniiſque reliquiſque id genus corporum μελέταις atque γυμνασίαις addictiſſimorum, voluptatibuſque minime indulgentium exempla ſtudioſiſſime imitabatur, vixque unum & alterum invenias tanta ſinceritate, tanta veritate, tanta abſtinentia ac continentia, qua ſumma in omni victu uſus eſt,) unquam cognovi, pluresque alii Viri magni (de quibus agant Dublinienſes) profluxerunt. Et hæc ipſa Academia eſt in qua nuper Narciſſus Marſh Armachanus bibliothecam ampliſſimam inſtituit li-

ad Wolſæum Panegyricon: a laude quatuor virtutum Cardinalium. Excuſum nimirum in libello perraro, (in muſéo Rawlinſoniano) cui tit. Roberti Whitintoni Oxoniæ Protovatis Epygrammata: una cum quibuſdam Panegyricis. Impreſſa Londini per me Wynandum de Worde. Anno poſt virgineum partum. M.CCCCCXIX. decimo vero Kalendas Maii. 4to.

briſque in quavis facultate locupletavit; haud alius nimirum ab illo Narciſſo Marſh qui Oxoniæ educatus, & ad ſummum honoris faſtigium in Hibernia ſenſim evectus, bibliothecæ Bodlejanæ (in ejuſmodi Codicibus à nulla, niſi forſitan Laurentina in Eſcuriali [1] Regis Catholici ſuperatæ) moriens legavit vim ingentem Codicum MSS. in linguis Orientalibus (qui jam ſtant in tenebris in angulo quodam Bibliothecæ) è Muſéo Goliano maximam partem comparatorum. Sed ad Elizabetham redeamus. Academiam Dublinienſem ſagaciſſime prævidit viris ingenio turbulento & inquieto, impedimento fore, qui eo liberius & apertius graſſantur, quo vulgum imperitiorem eſſe cernunt, facillimeque verborum illecebris decipiunt ubi deſunt eruditi. Orationem quandam (ſiquidem tacere nequeo) lingua Anglica conſcriptam de hac Academia fundanda penes me habeo, inter Codices MSS. celeberrimi Smithi, Viri pii cum alias, tum præcipue religioſi in conquirendis hominum illuſtrium reliquiis litterariis, & in inſcriptionibus vetuſtate exeſis (nam plures regiones Conſtantinopolin uſque peragraverat) coacervandis; in quibus etiam legendis multum ſudavit, & plura perſpicilla (quibus, oculis lippientibus & deficientibus, uſus eſt) exterſit. Rogabis quod orationis (cujus

1. Vide Catalogum Manuſcriptorum Arabicorum Bibliothecæ Laurentinæ à Licentiato Caſtillio confectum.

feci

ſeci mentionem) auctori nomen fuerit? Edo. Patebit item ex ipſa Orationis inſcriptione. Adamus ſcilicet Lofthoſus, vir eo ſeculo magni nominis, ob eloquentiam (nam ſatis valuit in populari genere dicendi) doctrinam, & in rebus gerendis prudentiam, quemque omnibus commendabat vox cum magna, tum ſuavis & ſplendida. Quid quod & geſtus motuſque corporis ita venuſtus, ut ad forum inſtitutus videretur? Verum, ne ſis inſciens, quæ qualiſque fuerit dicta oratio, ſubjiciendam duxi. Nec cuiquam, quod opinor, niſi harum rerum incurioſo diſplicebit. Quinetiam alia ad Academiam Dublinienſem pertinentia è Collectaneis Smithianis additurus eram. Sed Cynthius vellit aurem. Itaque prolixus eſſe nolo.

The [1] Speech of Adam Loftus, Ld. Archbiſhop of Dublin, Ld. Chancellor of Ireland, made publickly in the Tholſell ſoon after the Quarter Seſſions of St. John the Baptiſt to the Mayor and Aldermen of Dublin, propoſing to them the making of a Grant to be made from the City of Dublin of the Lands of Allhallows for the building of Trinity College in Dublin.

Mr. Mayor,

The abundant joy which you and your worthy brethren expreſſed, upon the Repreſentation I lately made of her Highneſſe's moſt gratious intention to erect an Univerſity of good Literature in this kingdom, aſſures me that what I have now to ſay unto you will raiſe a Jubilee of rejoycing in every of your affections.

The Author of this Speech was the cheif Inſtrument for the founding Trinity College in Dublin in marg.

1. E Coll. Smith. Vol. XI. p. 1.

What

What I repreſented unto you formerly you apprehended as the happineſs of an equal communication in a common benefit; but what I am now to impart unto you, is that which ſpeaks her Highneſſe's deſign to give you a peculiar advantage in participating much more largely than others of that common benefit intended to the Nation, by placing the Seat of that Univerſity within the neighbourhood of this her beloved City. What advantage a Univerſity of Learning and other common Societies and general Aſſemblies ordinarily bring to the places wherein or nigh whereunto they are ſituated, is apparent in the growth of proſperity in the City of Oxford and Town of Cambridge proportionable to the augmented number of Colleges and multiplication of Students therein.

And to argue from your own experience, is it not clear on the contrary that the late diſſolution of Societies hath occaſioned a too ſenſible decay of Commerce in this City, and conſequently hath diminiſhed the wealth and growth thereof tho' fully recompenced in another kind by the bleſſing of a happy and glorious Reformation in Religion thereupon introduced? You are alſo ſenſible of the great [1 benefit] you receive by the conſtant reſidence of the cheif Authority and State of this Kingdom amongſt you, in ſo honourable a Repreſentation of her Majeſtie and of the royal preſence maintained by her Highneſſe's bounty in a port of ſplendor and magnificence.

You may further conſider that the Inhabitants of this City are in a great meaſure maintained and relieved by the holding four terms of the Year for the Adminiſtration of Juſtice in this place, whereunto reſort great multitudes of people for the determination of Cauſes and Controverſies, and I know you are ſo conſiderative as to apprehend how unhappy this City wou'd be, were the Tribunal for the general Adminiſtration of Juſtice removed hence into the remote parts of this Kingdom, as it was once for the ſpace of ſeven Years in England from London to York.

Moreover it may ſerve as an argument to convince you of the benefit of general Aſſemblies and publick Societies that you will conſider, that the great and general Convention of all the State of this Land, the High Court of Par-

1 Deeſt in Cod. noſtro.

liament,

liament, doth draw unto this City, when here aſſembled, [1] on extraordinary acceſs of noble perſons and others to the enriching of the City.

I having thus ſpread before you the large advantages accrueing to the Places where Univerſities are founded, where the Seat of the State is eſtabliſhed, the Tribunal ſettled, and Parliaments held, I hope you will account it no extravagancy but a branch of natural amplification to mind you of a thankfull acknowledgment to her Highneſs by whoſe Royal favour you have, or may hope to enjoy every one of theſe benefits, and it is my hearty deſire that you wou'd expreſs yours and the Citie's thankfulneſs to her Majeſty in an Act of ſo much piety as the free granting of a fitting place whereon to found a College, and the conveniencies that neceſſarily belong unto ſuch Society near the City whereby your memories will ſhine to poſterity, in the long laſting good work, you will thereby leave behind you. For a monument of this kind created in Parliament may be as durable as an inſcription graven in marble. You will thereby receive honour from the World, thanks from your Sovereign Lady the Queen, approbation from your enemies, applauſe from your friends, for that act which will be rewarded with far more than proportionable advantages of gain to your poſterity in the Line of natural propagation. May you will in this time of Reformation dazle the eyes of the Papiſts with the luſtre of well doing.

Mr. Mayor, I preached lately in your hearing againſt Popiſh merit and the preſumptuous pretenſion of the Romaniſts to Works of Supererogation, and [ [2] it ] is not from the perſwaſion of an alter'd man that I now deſire to promote good works. For Charity requires the one, and the holy Scriptures condemn the other, and it is enough to attract benefactors that God is well pleaſed with our good works, tho' they be not in themſelves meritorious, whereas to aſcribe too much to good works, as do the Papiſts, is to turn the virtue of Charity into the crime of Sacriledge. I do not therefore urge you to this Grant as an Act of merit, but as of good acceptance with God Almighty, of great reward hereafter, and of honor and advantage to your ſelves, and more to your learned Offſpring

1. Sic. 2. Deeſt in Cod. noſtro.

in

in the future, whereas by the help of Learning they may build your Families ſome Stories higher than they are by their advancement either in Church or Commonwealth. It is a true obſervation among all Moraliſts that men will eaſily bend to thoſe virtues, which comport or may be converted into their own complexions, and Orators will tell you that Aſſent is eaſy where the propoſal patronizeth the gain of him to whom it is made. Hence it is, and it is indeed of ſad conſideration, that ſome men, who are moſt nice in obſerving the rules of Scripture, as being ſtamp'd with deep impreſſions of conſcience in moſt matters of Chriſtian practice, do too readily decline it in matters of gain, in ſo much that for greedy Lucres ſake they will ſinfully put their money to uſury flatly againſt Scripture without limitation or conſideration had of the contingencie of gain or loſs to the borrower, tho' ſuch kind of uſury is placed by St. Baſil among the greateſt evils. For it is a hard matter to live an Uſurer and die a good Chriſtian. If it then be ſo, that men ſo nice in Religion do ſo deſperately comply with that deadly Sin for worldly advantages, I cannot but hope for the Aſſent of the City to what is propoſed ſo conſonant with Religion, and conducing ſo much to the lawfull advantage in every reſpect, and the rather for that the reaſons of publick good ſtand with private emoluments in the matter propoſed.

I have not much more to ſay in further invitation of your favourable attention in general, but I'm to ſpeak more particularly to you who being Fathers of Children place your hopes in poſterity, and therefore deſire that they may be comfort unto you whilſt you live, and an honour to your memory after Death.

I pray you conſider of their advantage in theſe few particulars, that the erecting of a College will not only be a means of civilizing the Nation and of enriching this City, as I have already obſerved unto you, but that your Children by their birth in this place will as it were fall opportunely into the lap of the Muſes, and that you need not hazard them abroad for the acquiring of foreign accompliſhments, having a well endow'd Univerſity at your door. Laſtly, that ſuch of your Children as ſhall be there placed may be able with God's bleſſing on their endeavours to work their own advancement without being too burthen-

ſome

ſome to their Parents. Sir, I need ſay no more, as I conceive, to ſoften your ears to perſwaſion, having already urged both reaſon and intereſt. I therefore deſire you and your worthy brethren my ancient Friends and acquaintance to apply your induſtry to the effecting what is now propoſed unto you, and that in order thereunto you will be pleas'd to call a Common Councill to deliberate thereon, having firſt inform'd the ſeveral Maſters of every company of the pregnant likelihood of advantage thereby to twiſt and interweave it ſelf with moſt if not all trades in the City,as alſo of the other Arguments I have offer'd in furtherance of my well intended propoſal, together with ſuch motives as your diſcretion ſhall think fit to add as conducible thereunto, and then I ſhall not doubt but that the plurality, or rather Univerſality of votes will be regulated by the voice of Reaſon.

Mr. Mayor, you know that I have always held my ſelf tyed to the inviolable maintenance of your's and the City's liberty and privileges in general and amongſt themſelves, and now I deſire that you will be no more failing in ſetting forward this good work by your aſſiſtance, than I have been wanting by the ſtrength of my prayers and beſt endeavours to promote the welfare of this City in every reſpect, and I ſhall finally diſmiſs you with my bleſſing, in the Name of the Father, of the Son, and of the Holy Ghoſt, praying to God that the proſperity of this ancient City, and now well govern'd corporation may never be diſturbed in the leaſt degree of Infelicity, and that it's conſtant happineſs may fill up the largeſt Catalogue of all divine and humane bleſſings to the length of the World's duration, which is the period of all Succeſſions natural and civil. Amen, Amen.

Henrici Sidneii, Hiberniæ Proregis, mors; quem è ſuggeſtu laudavit Thomas Whitus, Lecturæ Philoſophiæ Moralis Oxoniæ fundator.

§. XVIII. De rebus Hibernicis loquenti mihi in mentem venit Henricus Sidneius, ( de quo Camdenus hoc in opere) Edwardi VI. in Galliam, Mariæ in Hiſpaniam, & Elizabethæ in Galliam & Scotiam ſuper graviſſimis negotiis legatus,

tus, aureæ Periſcelidis & Sancti Georgii eques auratus, Hiberniæ quater Juſtitiarius primarius, terque Prorex, complures annos Præſes Walliæ, & Regiæ Majeſtati à ſanctioribus conſiliis, vir quidem [1] doctrina, fortitudine, ſapientia, integritate, juſtitia, corporis & ſermonis elegantia, verecundia, omnibuſque virtutibus celeberrimus, & Philippi Sidneii, juvenum doctiſſimi, ſpecioſiſſimi, optimi, (juxta Zutphaniam incredibili Principis omniumque bonorum dolore interfecti) Pater. Is diem obiit menſe Maio A. D. M. D. LXXXVI. ætatis LVII. & menſe ſequenti in eccleſia oppidi de Penſehurſt (antiquæ Sidneiorum ſedis) in agro Cantiano ſepulturæ traditus eſt, concionem funebrem è ſuggeſtu habente Thoma Whito, S. Theologiæ Profeſſore doctiſſimo, Lecturæque Moralis Philoſophiæ Oxoniæ fundatore munificentiſſimo. Mortem (ſimul ac nunciabatur) dolebant cum Angli tum & Walli atque Hibernienſes, qui honoribus omnigenis digniſſimum cenſebant. Nam ſumma & perfecta gloria conſtat ex tribus hiis:

1. Vide tractatum brevem de morte Henrici Sidneii hoc titulo ornatum, **The Note of Edmund Molineux touching Sir Henrie Sidnei's Life and Death**, apud Hollingſhedi ſchedas ſuppreſſas, p. 1548. c. 2. luculentiorem quidem ac locupletiorem quam in Codicibus Hollingſhedi vulgatis, quique, quum de utroque Sidneio, quantumvis fuſius de Henrico, agat, alio potius titulo inſigniri debet, ejuſmodi nimirum, **Edmund Molineux's Diſcourſe about both the Sidneis.** Hujus tractatus unicum duntaxat, omnibus numeris abſolutum, vidi exemplar.

ſi

ſi diligit multitudo, ſi fidem habet, ſi cum admiratione quadam honore nos dignos putat. At nihil famam magis augebat, quam liberalitas animi cum juſtitia conjuncta, qua vulgus ad nos diligendos invitus quaſi trahitur. Omnis enim virtus (ut monuerunt Philoſophiæ veteris ſtudioſi) nos ad ſe allicit, facitque ut diligamus eos, in quibus ineſſe videatur, tametſi juſtitia & liberalitas id maxime efficiunt. Hæc breviter de Henrico Sidneio. Concio autem prædicta clam auctore prodiit. Neque hoc arbitror æquum celare (nam digreſſiunculæ ignoſces ex Whiti mentione natæ) Philoſophiæ Moralis munere profeſſorio in Academia Oxonienſi nuperrime functum fuiſſe Amicum noſtrum eruditum atque probum Thomam Girdlerum, (S. T. B. collegiique Wadhamenſis Socium,) Edwardo Thwaiteſio (viro ſummo ingenio, in Græcis Latiniſque pariter atque Anglo-Saxonicis litteris verſatiſſimo, cujuſque diligentiæ Dionyſii Περιηγήσεως editionem [1] longe optimam, Ephræmi Syri Homilias typis magnificis, Heptateuchum Anglo-Saxonicum, alioſque præclaros libros debemus) anno M. DCC. XI. die undecimo (non *duodecimo* cum lapide ſepulchrali [2] in eccleſia de Iffley, quod animadverto non ut

1. E Theatro Sheldoniano A. D. M. DC. XCVII. 8vo. 2. Hac inſcriptione litteris majuſculis inſignito: **Here lyeth the Body of Edward Thwaits fellow of Queen's Coll. who died Dec. the 12th. aged 44. years 1711.** Vide plura apud Lelandi Itin. Vol. IX. p. 155.

arguam, ſed ne ipſe arguar) menſis Decembris (anno ætatis quadrageſimo quarto nondum expleto) morienti ſuffectum.

Conciones aliique minoris notæ libelli non abſurde à nobis commemorantur.

§. XIX. Metuo ne mihi vitio vertatur, quod conciones alioſque minoris notæ libellos allegarim. Sed & idem fecit Camdenus. Neque abſurde; quum ſæpiſſime ſcripti fuerint ejuſmodi tractatus à doctis viris, & ſtudiis optimis deditis. Non alius profecto Whitus, de quo dixi. Succenſeant itaque qui velint, & ut æternæ infamiæ nota libellorum ejuſmodi collectoribus inuratur, laborent. Haud dubie eorum cenſuras teruncii eſſe faciendas judicabunt ſapientes. Etenim ex id genus libellis rerum geſtarum initia perſæpe elicimus, ne quid dicam de aliis memorabilibus de quibus altum ſilentium alibi. Eorundem utilitatem præclare noverat Edwardus Hallus, chronici egregii de contentionibus inter Eboracenſem & Lancaſtriam familias, Roſarum ſymbolis diſtinctas, auctor; qui è libellis tam MSS. quam & impreſſis (quorum pars longe major, quod deplorandum, periit) pleraque excerpſit. Atque in his invenit concionem illam præſtantiſſimam, ab antiquariis & hiſtoricis noſtris tantopere laudatam, Thomæ Merkes, præſulis Carleolenſis, viri boni, conſtantis, & cum primis eruditi; quam tamen fictam, non veram, eſſe probatum ivit Proteus quidam noſtri ſeculi, cujus nomen idcirco celabo quod neminem fere ex

iis

iis qui aliquo in numero fuerunt cognoverim in omni genere Hiſtoriarum & Antiquitatum tam indoctum, tam rudem. Quum tot libelli, quibus uſus eſt Hallus, interciderint, ſapienter faciunt illi, qui alios, quotquot ſcilicet uſui litterario ſint futuri, ab injuria temporis vindicare conantur. Sapienter itaque etiam cl. Rawlinſonus, qui incredibili labore atque induſtria varietatem magnam libellorum Elizabetha regnante excuſorum congeſſit; ut taceam ſupellectilem reliquam librariam, qua Amicus ille noſter (vir eximio ingenio, & ſingulari humanitate, imo potius dixerim ipſam eſſe humanitatem) muſéum ſuum adornavit. Sapienter item & ille (quicunque demum is fuerit) qui omnes, cujuſcunque generis, libellos, (Pamphletts vulgo vocatos) bello nupero civili graſſante impreſſos ſibi comparavit, pro ratione temporis digeſſit, & in plura volumina, à bibliopegis haud ineleganter compacta, diſtribuit. Mirum dictu quantum in hacce collectione fragmentorum hiſtoricorum. Adſervatur Londini. Venditun ſunt poſſeſſores, ut fertur. Utinam coëmat Academia Oxonienſis, & ut in conclavi quodam in uſum litteratorum reponantur curet.

Gregorius Martinus neque homo partiarius neque promercali fide. Camdenum inſulſe (more ſuo) perſtringit Athenarum Oxonienſium conſarcinator.

§. XX. Sed cave ne exiſtimes in hujuſmodi collectionibus libellos ab hominibus partiariis & fide promercali ſcriptos inſuper eſſe habendos. Siquidem

quidem ex iiſdem præclara non raro eruimus. Quinimo & inde auctorum ipſorum ingenia expedite diſcimus. At fac ne inter id genus auctores habeas Gregorium Martinum. Quamvis enim ſuſpicati ſint plerique, idque recte, ut mea fert ſententia, eum ſcripſiſſe libellum illum famoſum, anno M. D. LXXXIV. emiſſum, quo exhortatus eſt *Reginæ famulas idem in Reginam committere quod Juditha in Holofernem cum laude fecerat*, (facinus ſane atrociſſimum, ſive à Reginæ optimæ ſubditis, ſive etiam ab aliis perpetraretur, quodque vix commemorare poſſum ob tremorem horridum artus quaſſantem) hoc tamen, ut mihi videtur, non malitiæ ſed ſuperſtitioni cuidam atque zelo minime laudando adſcribendum, virum (alioquin ea doctrina, ea morum ſinceritate, ea vitæ pietate ut omnes illum admirati ſint & ſuſpexerint) ad ea litteris mandanda impellenti, quæ neque è ſacris Scripturis neque ex aliis antiquitatis primævæ monumentis defendi queant. Libelli prædicti meminit etiam Athenarum Oxonienſium conſarcinator [1]. ita tamen, ut Camdenum idcirco perſtringat quod innuerit libellum prodiiſſe anno M. D. LXXXIV. & *auctorem non fuiſſe deprehenſum, ſed ſuſpicionem incidiſſe in Gregorium Martinum Oxonienſem, virum Græce Latineque perquam eruditum*. *At*, inquit conſarcinator, *abhinc annos duos mortuus fuerat Martinus, nempe anno*

1. Vol. I. col. 170.

M.D.LXXXII.

M.D.LXXXII. *Ideo, ut quod ſentiam aperte & ingenue fatear, mihi plane non conſtat quo modo ipſe libelli hujus auctor re vera eſſe potuerit.* Quo quid dici poteſt obtuſius? Camdenus, harum rerum æſtimator acerrimus, non dicit quempiam exiſtimaſſe Martinum edidiſſe, ſed tantum ſcripſiſſe. Res igitur ſic ſe habuit, ut ego quidem judico. Martinus perfectam illam bene ſcribendi laudem, multis litteris, iiſdemque reconditis & exquiſitis, ſummoque ſtudio, & diligentia eſt conſecutus, quam omnes appetunt, pauciſſimi merentur. Quod ſimul atque innotuit Pontificiorum principibus, qui & populo oratorem ſatis vendibilem fuiſſe ſenſerunt, & de omni re, quæcunque in diſceptationem quæſtionemque vocaretur, ipſum copioſiſſime poſſe dicere è lucubrationibus jam editis intellexerunt, cum ipſo ſerio egerunt de tractatu, quem diximus, concinnando. Nec quidem invitus quod petierunt præſtitit; tum quod ingenio ductus fuerit ad ea peragenda quæ ad Pontificiorum cauſſam maxime facerent, tum etiam quod otio difflueret, ſtudioque arderet ſuperioribus morem gerendi. Ceterum licet jam valetudine proſpera uſus ſcriberet hunc libellum Martinus, varias tamen ob cauſſas delituit in neſcio quo angulo muſéi cujuſdam eruditi, nec typis mandare amicis viſum eſt priuſquam animam efflaverit auctor clariſſimus.

§. XXI. Sed

Camdenus & conſarcinator diſſimillimi inter ſe. Illi præcipue libelli conſervandi qui ad politiam noſtram Eccleſiaſticam ſpectant.

§. XXI. Sed quid mirum conſarcinatorem non tantum hîc ſed & alibi ceſpitaſſe, quum ad commentarios ſcribendos nudus quaſi venerit, atque inermis (induſtriam collectaneaque ſatis egregia ſi excipias) nulla eruditione penitiori, nullo pene judicio ornatus? Contra Camdenus Auctoris tractatus, de quo agimus, æqualis erat, eoque tempore floruit quo juris publici fuerit factus. Neque dubitandum eſt quin inſpexerit conſulueritque. Et quum nemo iiſdem illis diebus litteris inſtructior fuerit, acriorive judicio, abſurde (mehercule) ipſum hac in re inſcitiæ & temeritatis damnabimus; præcipue quum rerum cognitionem cum verborum elegantia conjunxerit, omnis hiſtoriæ antiquitatiſque optime peritus fuerit, tantaque vitæ gravitate & integritate, ut nihil non conſideratum exierit ex ore, eoſque demum laudibus cumulandos eſſe exiſtimarit quos decorabant innocentia & mores antiqui. Itaque quid poteſt eſſe tam diſſimile quam Camdenus & conſarcinator? Sed vereor ne invidia videar hæc de conſarcinatore dixiſſe. Quod non ita eſt. Veritas enim ipſa Camdenum vindicare à calumniis ſuadet. Nec quidem conſarcinatoris hoc de libello cenſura ullius momenti quantumvis judicio omnibuſque doctrinis expolitus fuiſſet, quibus tamen non fuiſſe ornatum tam certum eſt quam quod certiſſimum; quippe qui libellum nunquam conſpexerat,

conſpexerat, alioqui titulum ipſum, quo inſignitus erat, exſcripturus, non ſecus atque alibi quotieſcunque Auctorum opera à ſe ipſo conſpecta recenſet. Verum his omiſſis, jam ad id unde digreſſi ſumus, revertamur, ad libellorum ſcilicet utilitatem, quam & inde certe colligendam eſſe arbitror quod tam multos corruperint & fœde maculaverint editores nefarii. Tales certe Eccleſiæ Anglicanæ Articulorum XXXIX. Synodo Londinenſi ad ſchiſmata tollenda, anno M. D. LXII. [1] ſancitorum editionum ſive curatores ſive typographi, in quibus deſunt verba hæcce, *Habet eccleſia ritus ſive ceremonias ſtatuendi jus, & in fidei controverſiis auctoritatem.* Quæ tamen comparent in Editionibus optimis, licet exemplaria ſint admodum rara, ea pro virili ſua perdentibus Puritanis aliiſque novatoribus. Quam ab cauſſam cl. Rawlinſonus aliique viri cum prudentia & diligentia, tum omni virtute excellentes quovis pretio emunt & in bibliothecis recondunt, eo nempe conſilio ut ab Eccleſiæ Anglicanæ vindicibus pro re nata volvantur. Quin & tanta cupiditate ardent libellos omnes ad Politiam noſtram Eccleſiaſticam pertinentes conſervandi, ut in nullis unquam flagrantius ſtudium viderim. Neque profecto unquam conquieſcunt, neque defatigantur antequam adverſariorum libros qua theologicos qua hiſtoricos corrumpendi artes, rationeſque &

1. Vide infra, apud Camdenum noſtrum p. 242.

pro omnibus & contra omnia diſputandi, percipiant & aſſequantur. Atque eo nomine in cœlum efferendos eſſe laudibus exiſtimo. In quibus & virum amiciſſimum doctiſſimumque Hilkiam Bedfordium cenſendum etiam eſſe duco (nec, ut ſpero, diſſentient lectores eruditi & candidi, ſcriptorum enim dupondiorum ac moroſorum opinio eſt plane ſpernenda) Eccleſiæ Anglicanæ vindicem acerrimum, & libri eximii, lingua vernacula conſcripti, auctorem, in quo Scriptoris cujuſdam aſtuti contra verba illa ad initium Articuli viceſimi paullo ſuperius citata (perinde quaſi ſacerdotum noſtrorum fraude, autographis & optimæ notæ Editionibus reclamantibus, inſerta fuiſſent) objectiones dilucide, perquam erudite, & ſatis nervoſe refutavit. In quo libro & multa præterea adhibentur ad eccleſiæ auctoritatem atque dignitatem adprime facientia, ne quid dicam de aliis libris ab eodem auctore, pietate ſua ac modeſtia clariſſimo, conditis, quibus de re litteraria præclare meritus eſt.

Uti etiam illi qui ad Monarchiam. Regimen noſtrum eccleſiaſticum à civili, & vice-verſa civile ab eccleſiaſtico pendet.

§. XXII. Quorſum vero attinet colligere libellos præſtantiſſimos ad eccleſiæ politiam pertinentes, niſi quoque libellorum ad regni ſtatum civilem ſpectantium ratio habeatur? Regimen enim civile adeo ab eccleſiaſtico pendet, & vice-verſa eccleſiaſticum à civili, ut labaſcente ac corruente eccleſia neceſſe ſit itidem ut ipſa

noſtra

noſtra monarchia labaſcatur; id quod monarchia collapſa de eccleſia verum eſſe notius eſt quam ut probari debeat. Perplura exempla confirmant. Neque ad ſecula paullo remotiora confugiendum, quum exempla admodum recentia ob oculos habeamus. Hoc præclare intelligebat Carolus primus [1], Regum optimus, quo nemo unquam ab Epiſcopis contra per-

1. Inde in libro præſtantiſſimo, qui inſcribitur, The Royall Legacies of CHARLES the Firſt of that Name, of Great Britaine, France, and Ireland, KING and MARTYR, to His Perſecutors and Murderers, being a ſhort Paraphraſe upon His MAJESTIES moſt Chriſtian, and moſt Charitable Speech, delivered immediately before His Tranſlation. Printed in the Year 1649. 4to. verba ſequentia legimus: But little did his Majeſty think now of his former Prophecy, when one of the inſolent Commanders, in the King's journey from Windſor to London, told his Majeſty, that the Commons and the Army did reſolve to have his precious life: "well," ſaid the bleſſed Saint, "if I "muſt die, I ſhall have good company with me. What "company? (ſaid the ſawcy Raſcall, preſently fearing a reſcue.) But his Majeſty meekly replied, "That a good "Conſcience, the Kingdome's Religion, the Lawes of the "Land, and Liberties of the people were good company, "and the three laſt more then he deſired, but they would "aſſuredly go with him, for they all depended upon him." A Prophecy too true. For having cut off his Head, e're his bleſſed ſoul could fly between earth and heaven, they (his enemies) not only denyed him Chriſtian Buriall (for from a reverend mouth I have it, that the Kingly Corps was inhumanely interred, and a Coffin made weighty with Lead, &c. was thruſt upon James Duke of Richmond and Lenox, next Prince of the Blood to the Royall Line, who after the Execution, went bouldly, even through very great dangers, to theſe Regicides, and beg'd the Sacred body of his King, and Kinſman; I ſay they not only denyed him Chriſtian Buriall, by thruſting a Coffin made

ditos hoſtes ſtetit conſtantius; quique proinde nihil non fecit quod eccleſiæ prodeſſet. Uti-

---

weighty with Lead, upon the Duke with Guards to prevent examination) but they moſt traiterouſly diſclaimed his lineall and moſt lawfull Son and Succeſſor, nay, his whole Royall Poſterity, they ſubverted Monarchy, and all that depended upon it; there is now neither Law nor Religion, Juſtice, nor Inſtruction: and for the Liberties of the people, they know their extent. For if a word, which is a Warrant, from the Generall, or peradventure no word of his, but a counterfeit, which neither dare he deny to allow, come into the breaſt of a ſouldier, that a Lord, Gentleman, or Citizen is rich, and hath money, preſently the party ſo (and no more) offending, is taken into cuſtody, and ſo is his eſtate, which hath no meanes but the ſmalneſſe of it to free it from Delinquency: But if the ſum be of quantity to find grace in their eyes, the Maſter may againe ſleep quietly in his owne houſe, provided he ſtirre not to complaine till his deare friends come again or ſend for him, in which ſpace they ſecure themſelves from danger, and perſwade or threaten the Generall to avow their theft. Thus England, which was come to the very height of an Atlantis or Utopia, a Government excellent as it could be wiſhed, is now become an India or Ethiopia, or rather a Greenland, where when the Bears which are the Laws are gone to ſleep, the Foxes, which are the cunning deſtroying knaves, creep abroad. But O Lord in thy good time reſtore our Royall Soveraign [K Charles II.] to His Majeſtie's undoubted Rights; ſet our Solomon upon that Throne of his Father David, that his Wiſdom and Juſtice, as well as His Right and Title, may be ſpread over his own and all other Lands, that ſo theſe ever to be abhorred Traitors, who have thus murdered all our glory at one blow, may be denied ſo much as footing even amongſt the Pagans, yea, rather like Corah and his company, let them and their miſchievous imaginations ſink quicke into hell; but to thy Loyall People reſtore Laws and obedience, Religion and devotion, brotherly kindneſſe, and friendly love. Pag. 3, 4, 75, 76.

nam

nam idem feciſſent ſubditi illi rebelles qui decollabant. At eo pacto ſibi compertum erat ruituram eſſe eccleſiam, quam pro virili defendebat ipſe Carolus. Imo Carolo occiſo monarchia etiam ipſa intercidit. Utraque vero tandem refloreſcere cœpit, Carolo II. (Deo ter Optimo, Maximo, qui bonorum preces exaudit, ita volente) in regna reduce, quæ poſſederat Tyrannus, & eccleſiam itidem contra adverſarios, (qui ſtrenue interceſſerant, ne quis omnino regem reduceret) quicquid in contrarium ventilaverit tergiverſator nuperus in Epiſtola quadam nuncupatoria, protegente. Quin & Thomas Wyatus eques auratus, de quo fuſe Hiſtorici, optime quoque intelligebat eccleſiam à magiſtratu ſeculari hoc in regno adeo pendere, ut abſque illo facillime deſtruatur. Inde & ipſe rebellis evaſit, nempe in hunc finem ut Maria regina vel pulſa ſolio, vel interfecta, vel ſaltem ad nutum ſuum vi adducta, Pontificiorum religio, quam vehementiſſime tuebatur, aboleretur; alium tamen fingens prætextum, impedimentum nimirum matrimonii cum Hiſpaniæ Principe. Huic rebellioni multi proceres favebant. Nec deſunt qui referant ipſam etiam Elizabetham, tunc adoleſcentulam, fuiſſe participem, rebellionique faces clam ſubjeciſſe. Ita enim in libello quodam rariſſimo in muſéo Rawlinſoniano: "Philippus hujus "nominis ſecundus, quum Patre Imperatore ad-

"huc

"huc ſuperſtite princeps eſſet Hiſpaniæ, Re-
"gnum Angliæ comitatu nobiliſſimo ingreſſus
"eſt, ad annum domini milleſimum quingente-
"ſimum quinquageſimum quartum, menſe Ju-
"lio, ut Mariam Reginam ſanctiſſimam ac præ-
"ſtantiſſimam feminam, (petente id totius
"regni Senatu quod Parlamentum vocant) in
"matrimonium duceret. Quod quum pie ac
"feliciter, bonorum omnium gratulatione, fe-
"ciſſet: invenit Elizabetham hanc, ſecundam
"Henrici Regis octavi ex Anna Bolena filiam,
"comprehenſam jam ac carceri traditam, pri-
"mum quidem in caſtro Londinenſi, deinde
"apud oppidum quod Wodſtochium dicitur,
"provinciæ Oxonienſis, ſub cuſtodia equitis
"cujuſdam aurati,cui nomen Henricus Bening-
"fildus. Cauſa comprehenſionis fuit, quod ex
"multorum confeſſione aliiſque indiciis mani-
"feſtis pro comperto habebatur, ipſam Eliza-
"betham participem fuiſſe rebellionis, quam
"paulo ante regis ingreſſum, Thomas Viatus
"eques auratus, aliique tum hæretici, tum Hi-
"ſpanorum inimici, ad has ipſas Reginæ nu-
"ptias turbandas excitaverant, & armata manu
"ad portas uſque Londini pervenerant. Quum-
"que negotium hoc pergrave Reginæ ſuiſque
"conſiliariis videretur, & Elizabethæ crimen
"non tantum Viati accuſatione, qui ſceleri præ-
"fuerat, ſed aliorum etiam multorum atteſta-
"tione conſtaret, qui extremo ſupplicio ob
"hanc

"hanc conſpirationem affecti fuerant; in eam "partem inclinabat Regina cum ſuis, ut juſtum "etiam ſupplicium de Elizabetha, more majo-"rum, ſumeretur. Quod quum intellexiſſet rex, "miſertus pro ſumma ſua humanitate, tum æ-"tatis, tum ſexus iſtius Principis, ſic egit cum "regina, ut non ſolum vita, ſed libertas etiam "Elizabethæ, ac reditus quoque in aulam brevi "concederetur."

Neque Wyato, neque aliis rebellibus, ut nobis videtur, opem tulit Elizabetha.

§. XXIII. Sunt & aliæ Conſpirationes (nam neque hoc diſſimulandum) quas etiam foviſſe Elizabetham innuunt libelli eo ſeculo editi quos in ſeceſſu litterario, mihi tranſmittente doctiſſimo Rawlinſono, librorum reconditorum conquiſitore atque inveſtigatore ſagaciſſimo, inſpexi ac pervolvi; at quo minus læſæ Majeſtatis pœnas daret impediit Hiſpaniæ Princeps, qui jam matrimonium cum Maria inierat veniamque ab eadem impetravit. Verane an aliter hæc ſint diſcutiant illi quibus aditus patet ad Regni ſcrinia in quibus adſervantur fragmenta Regia. Quod ſi egomet ipſe quid ſentiam roges, breviter reſpondebo, nempe meam ſententiam nihil valere, quippe qui vitam ago privatam & à rebus forenſibus & politicis alieniſſimam. Verum ſi hoc reſponſum minus ſatisfaciat, id velim ſcias, me ideo putare Elizabetham injuſte accuſatam fuiſſe, tum quod in Codice quodam [1] MSto. declaratum eſſe comperiam ni-

1. Penes virum doctiſſimum amiciſſimumque Joannem Anſtis, Armigerum,

hil Mariæ reginæ periculi ipſam creaſſe, tum quod innocentiam ſuam in epiſtola ad Mariam ſororem ſcripta ſtrenue aſſeruerit, licet jam antea re examinata Wyato opem tuliſſe judicaſſent conſiliarii. Epiſtola hæcce multa notatu digniſſima continet, nec quidem in Sylloge noſtra comparet. Si Principi ipſi Elizabethæ fides (& quidni fidem habeamus?) nihil aliud ſitiit, quam Chriſti gloriam ſororiſque (pariter atque omnium mortalium) ſalutem, rogavitque ut coram audiretur, manifeſte probatura adverſarios inter ſe ipſos diſſenſiſſe, & minime vera fuiſſe quæ in damnum ſuum allegaverant. Epiſtolam, quam dixi, accepi ab amico quodam modeſtiæ ingenuæ, integritatis, conſtantiæ, judicii doctrinæque laudibus venerando, & in rebus ad Hiſtoriam noſtram pertinentibus peritia longe clariſſimo, qui propria ex autographo manu exſcripſit. Diutius celare & ſupprimere nefas eſſe videtur. Itaque hîc loci excudendam duxi. Nimirum hæc in verba:

## From an Originall in the Paper Office.

If any ever did try this olde ſaynge that a Kinges worde was more than another Mans othe I moſt humbly beſeche your M. to verefie it in me, and to remember your laſt promis and my laſt demaunde that I be not condemned without anſwer and due profe, which it ſemes that now I am, for that without cauſe provid I

---

Armigerum, fol. 15.b. in Tractatu cui titulus, Reaſons that the lymitation of the Crowne ſhould be for the Queene's ſafetie.

am

am by your Counſel frome you commanded to go unto the Tower, a place more wonted for a falſe Traitor than a tru Subject, which thogth I knowe I deſerve it not, yet in the face of all this Realme aperes that it is provid, which I pray God I may dy the ſhameſulliſt dethe that ever any died afore I may mene any ſuche thinge. And to this preſent hower I proteſt afor God (who ſhall juge my trueth, whatſoever malice ſhall devis,) that I never practiſed, conciled, nor conſentid to any thinge that might be prejudiciall to your parſon any way, or daungerous to the State by any mene. And therfor I humbly beſeche your Majeſtie to let me anſwer afore your ſelfe, and not ſuffer me to truſt your Counſelors, yea and that afore I go to the Tower (if it be poſſible) if not afor I be further condemned; Howbeit I truſt aſſuredly your Highneſs wyll give me leve to do it afor I go, for that thus ſhamfully I may not be cried out on as now I ſhal be, yea and without cauſe. Let conſciens move your Highneſs to take ſome bettar way with me than to make me be condemned in all mens ſigth afor my deſert knowen.

Alſo I moſt humbly beſeche your Highnes to pardon this my boldnes which Innocency procures me to do, togither with hope of your naturall kindnis, which I truſt wyl not ſe me caſt away without deſert, which what it is I wold deſier no more of God but that you truly knewe. which thinge I thinke and beleve you ſhal never by report knowe unleſs by your ſelfe you hire. I have harde in my time of many caſt away for want of cominge to the preſence of their Prince, and in late days I harde my Lorde of Somerſet ſay, that if his Brother had bine ſufferd to ſpeke with him he had never ſufferd, but the perſwaſions wer made to

 him

him ſo gret that he was brogth in belefe that he coulde not live ſafely if the Admiral lived, and that made him give his conſent to his dethe. Thogth thes parſons are not to be compared to your Majeſtie, yet I pray God as wel perſwaſions perſwade not one Siſtar again the other, and all for that the have harde falſe report and not harkene to the trueth knowen. Therfor ons again kniling with humblenes of my hart, bicauſe I am not ſufferd to bow the knees of my Body, I humbly crave to ſpeke with your Hightnis, which I wolde not be ſo bolde to deſier if I knewe not my ſelf moſt clere as I knowe my ſelfe moſt tru. And as for the Traitor Wiat, he mighth paraventur writ me a Lettar, but on my faithe I never receved any from him; and as for the Copie of my Lettar ſent to the Frenche Kinge, I pray God counfound me eternally if ever I ſent him word, meſſage, token or Letter by any menes, and to this my truith I wil ſtande in to my dethe.

Your Highnes moſt Faithfull Subject that hathe bine from the beginninge, and wyl be to my ende

Elizabeth.

I humbly crave but onely one worde of anſwer from your ſelfe.

[Endorſed thus in a different hand like my Ld. Burghley's,] Quene Elizab. my Dere Sovereign's Letter to Quene Mary.

Huc uſque Epiſtola præclara. Sin Elizabethæ innocentiam ex ea non magis patere contendas, quam Mariæ Scotorum reginæ è ſuis coram judicibus ab Elizabetha aſſignatis, qui proditionis damnabant, aſſertionibus, nihil amplius addam,

addam, ſed rem totam in medio relinquam, hoc duntaxat animadverſo, Reginæ Scotorum opinione [1] Elizabetham quantumvis in quæſtionem de conjuratione pertractam innocentiſſimam fuiſſe, cui proinde & ipſi æque favere debuerunt judices, neque præjudiciis ab æquitate diverti.

Obſervationes noſtræ de regimine eccleſiaſtico de particularibus eccleſiis, non de eccleſia catholica ſive univerſali intelligendæ. Poſſunt tamen & ipſæ eccleſiæ particulares catholicæ appellari.

§. XXIV. Verum enimvero quod in ſuperioribus de regimine eccleſiaſtico animadverti ad eccleſias particulares (quibus præſident *epiſcopi*, quos vocant, *Diœceſani*) non ad eccleſiam catholicam ſive univerſalem pertinet. Nam tantum abeſt ut eccleſia catholica à magiſtratu civili pendeat, ut ipſa quamvis ille non defendat, ſed quibuſcunque poteſt modis exſtinguere nitatur, ſemper ſit permanſura. Si igitur particularem eccleſiam ita demoliatur magiſtratus ſecularis, ut leges in ejuſdem ſecuritatem penitus abroget, ad poteſtatem à Deo datam tum denique fugiant epiſcopi ipſiuſque eccleſiæ catholicæ privilegiis utantur, ipſumque magiſtratum civilem excommunicationis diris devoveant Satanæque tradant, donec eccleſiæ particulari immunitates reſtituat. Quin & hoc fortiter agant fidantque in cœlis Deum ratum eſſe habiturum quodcunque hîc in terris fecerint. Ita enim Dominus noſter: *Quæcunque ligaveritis ſuper terram, ligata erunt & in cælo: & quæcunque*

1. Vide infra apud Camd. p. 502.

*ſolveritis ſuper terram, erunt ſoluta & in terris.* Et dum verum dicunt atque prædicant, nulla cujuſquam vis & auctoritas perterrefaciat, ſed meminerint ſe Dei legatos eſſe, Deum ipſum ſibi dicendi & prædicandi poteſtatem feciſſe, Chriſtumque ſe injuriarum ipſis illatarum ultorem & vindicem fore pollicitum eſſe hujuſmodi verbis: *Qui vos ſpernit, me ſpernit, qui vos lædit, lædit aciem oculi mei.* Poſſunt autem & ipſæ eccleſiæ particulares catholicæ etiam recte vocari, ſi eccleſiæ primævæ vereque catholicæ diſciplinam religioſe ſequantur, & epiſcoporum jura vetera aſſerant, nihilque in eorundem damnum ac incommodum faciant, quantumvis jubeant magiſtratus ipſi ſeculares. Utinam hanc diſciplinam illibatam ſervaſſent eccleſiæ omnes recentiores, neque epiſcopi ipſi magiſtratus ſeculares qui epiſcopos pro arbitrio abſque Synodo amoverant non tantum laudaſſent ſed & recte feciſſe docuiſſent. Quanta inde ſecuta ſint incommoda experientia docet quotidiana. Inde tam alii quam & ipſe vulgus epiſcopos funditus repudiant. Ita cleri à Scylla declinantes in Charybdim incidunt, malum longe exitiabilius; non conſiderantes impium eſſe honores ſoli Deo ipſiuſque vicariis debitos transferre in homines ſeculares, & dum impenſe reveremur iſtos parum revereri Deum illoſque qui in ſacris præſtant.

§. XXV. Jam

§. XXV. Jam ſupra adnotavi Elizabetham Principem caſtitate conſpicuam fuiſſe. Neque de ejuſdem veritate dubitant, quod quidem ſciam, ingenui. Nam nulli producuntur teſtes, qui contrarium proferant, ſi malevolos aliquot excipias ac proletarios, quibus certe in nulla cauſſa, nedum in re tanti momenti adſentient viri veritatis ſtudioſi. At me non fugit eſſe nonnullos qui in honorem & decus ceſſurum eſſe opinentur, ſi Elizabethæ famam ejuſmodi rodant & aſpergant convitiis, onerentque calumniis. Hinc eo impudentiæ procedunt, ut palam ac publice deblaterent quoſdam è magnatibus cum ea rem habuiſſe, & liberos ex eadem ſuſcepiſſe. Verum convitiorum vim facillime retundunt illorum teſtimonia quibus nihil erat ſanctius, nullorumque magis pectora religione primæva ac apoſtolica imbuta; qui unanimes edocuerunt vitæ ſanctimonia & morum honeſtate nullam habuiſſe ſecundam, virginem nempe verecundam, omni laudum genere (maculas paucas ſi demas) cumulatam, & à multis procis (ſingulari ſapientia & virtute, morumque amabili gratia, quam tamen in feliciſſimis etiam formis non raro deſideramus) deamatam, quos omnes ea qua decuit modeſtia rejecit, ut tum clero tum & aliis ſanctitatis atque caſtitatis eſſet exemplo. Perſpiciebat enim illa, ut erat acri admodum & ſupra femineam conditionem mirando judicio, omnium in ſe oculos

Elizabetha virgo illibata & incorrupta, nec quid in contrarium unquam aſſeruit Hollingſhedus.

oculos eſſe conjectos, & ab ipſa vivendi normas ſubditos eſſe ducturos, de cujus dotibus tam multa audiverant; è contra ſubditos ſuos eos eſſe ludibrio & contemptui habituros, qui perpetuis contra conſcientiam velitationibus id efficiunt ut omnes ſine ullo diſcrimine non tantum ducant uxores, ſed & feminas laſcivas ſecum retineant. Sed quænam ſunt nomina Auctorum qui calumniam hanc divulgarunt? Quinam etiam tituli librorum quibus inſerta? Equidem ne unum commemoratum audivi, Raphaëlis Hollingſhedi Chronicon (opus ſpiſſum & multo labore, licet impari judicio contextum) ſi excipias. In ſecunda Editione, priore multo auctiore, (in qua tamen deſunt icones, quarum ſane in prima Editione ingens numerus, ligno inciſæ, è quibus aliquot ſatis ſunt elegantes) hujus Chronici ſchedæ nonnullæ ſuppreſſæ erant, eo quod aliquammulta diſplicerent. Hinc in omnibus hujus Editionis exemplaribus hactenus à me conſpectis in Bibliothecis Oxonienſibus paginæ multæ, ut è defectu numerorum manifeſtum, deſiderantur. Nec quidem ſchedas ipſas vidi, donec communicarent Amici doctiſſimi Londinenſes. At è neſcio quanam illarum rumor increbuit liquere Elizabetham virginem illibatam minime fuiſſe, quippe cui filius nothus natus fuerit è comite Eſſexienſi. Fateor à re ſæpe diſceſſiſſe Hollingſhedum, & intexuiſſe fabulas. Et omnes norunt admodum

admodum eſſe familiare Sectariis aliiſque hominibus levibus (qualis is qui libellis ſermone vernaculo ſcriptis, quibus ineptiores ſtultioreſque ipſe ſol nunquam vidit, labem aſperſit dignitati ac famæ Thomæ Merkes, præſulis Carleolenſis) ut dum veritatis luce ſuperari ſe vident, convertantur ad opprobria & calumnias, principibus ipſis & monarchis non parcentes, quod de hominibus claris aliter triumphos agere nequeant, niſi impotentis ſane & malevoli animi hæc edant teſtimonia. Atqui è Sectariis non fuit Hollingſhedus. Neque ſtudio flagrabat ea Chronico inſerendi, quæ in infamiam atque dedecus cederent Elizabethæ. Quin neque potuit abſque vitæ periculo ejuſmodi fabulas divulgare. Tametſi enim vitam egit privatam (ut fertur) in Bourdettorum familia (è qua oriundus D. Robertus Bourdettus, Baronettus, nunc in vivis) in qua vel Seneſchalli, vel alterius cujuſdam miniſtri munere functum fuiſſe audio (nam litteris Academicis nunquam, ut videtur, fuerat inſtructus) Anglis tamen noſtris notiſſimus erat, nec exploratorum diligentiam evadere licuit, ſi læſæ Majeſtatis reus fuiſſet, quod crimen certe in hujuſmodi fabularum (à veritate alieniſſimarum) aſſertorem intendi debuit. Poteſt & illud addi, non eſſe veriſimile Bourdettos illum apud ſe eſſe retenturos qui hoſtibus Reginæ totiuſque regni inimicis operam navabat. Ceterum quomodo-

modocunque hoc ſeſe habeat, illud mihi non eſt incompertum, ſchedas ſuppreſſas Hollingſhedum non ſcripſiſſe, ſed Franciſcum Thynnum (virum cum ſummo ingenio, tum acerrimo judicio ornatum, admirabilique quodam ad Antiquitatem ſtudio concitatum) alioſque (quorum ſumma in ſuo cujuſque genere laus fuit) qui Chronicon (anno M.D.LXXVI. terminatum) continuarunt. Schedæ dictæ in Continuatione non in ipſo Hollingſhedi Chronico cernuntur; & tamen in illis etiam narratiunculam hanc nunquam exſtitiſſe exploratiſſimum habeo. Nihil enim ejuſmodi in ſchedis quas mutuo accepi ab Amicis perquam eruditis. Quum vero objiciatur ſchedas in aliis exemplaribus à noſtris admodum variare (haud aliter atque inter ſe mire diſcrepant exemplaria Editionis Londinenſis Antiquitatum Eccleſiæ Britannicæ Auctore Joanne Joſſelino, non, ut vulgo perhibetur, Matthæo Parkero, quamvis de auctore dubitaverit vir cl. Thomas Barlovius [1]) ad Amicos reliquos qui exemplaria cum ſchedis poſſident ſcripſi, à quibus hoc tuli reſponſum, nihil id genus occurrere. Adeo ut proculdubio purum putum ſit figmentum, dignumque quod in mendaciorum impudentiſſimorum numero habeatur. Veruntamen ſchedæ ſuppreſſæ (vitio quodam generi humano quaſi inſito) in

1. In notis quibuſdam MSS. ad initium exemplaris Editionis Hanovianæ in Bibliotheca Collegii Balliolenſis, H. 4. 1.

cauſſa,

cauſſa, ni fallor, fuerunt cur hæc aliæque hiſtoriolæ divulgarentur. Quam ob rem peropto ut librorum ſuppreſſorum ac prohibitorum (quod nonnunquam fit ex invidia, virtutis comite, qua apud ſtipites ac inertes graviter laborant viri bonis litteris dediti & in optimis ſtudiis contriti) exemplaria ab hominibus eruditis atque integris comparentur, quippe quorum ope veritas ipſa poſſit euceſcere ſi quando, ut ſæpe fit, in principum aliorumque hominum illuſtrium incommodum citaverint homines Phariſaïci aliive hoſtes, qui non alia re ſibi poſſunt vendicare ſanctimoniam atque laudem, niſi talibus animadverſionibus & ſtricturis. Sed quis, obſecro, ille comes Eſſexienſis è quo prolem (ut volunt invidi & maligni) partu infauſto edidit Elizabetha? Num Robertus ille comes inſigniſſimus, magni & præclari animi, anno ætatis 34. capite plexus? Fateor equidem à Regina eum fuiſſe dilectum, juvenem eximia pulchritudine, ingenioque, corpore digno, feliciſſimo. At nihil de ejuſmodi amoribus illicitis commemorant Annales. Nec de iiſdem vel leviuſcula ſuſpicio quo tempore judicio ſiſtebatur Robertus, utpote cujus faſtus & ſuperbia Reginæ animum prorſus abalienaverant, quæ de ipſo proinde etiam jam mortuo ſæpiſſime querebatur. Quin neque de hujuſmodi libidinibus quid narratur in Hiſtoriola [1] de ipſius proditionibus

1. Hoc titulo ſignata: A Declaration of the Practiſes and Treaſons

atque morte, ubi tamen plura de confeſſionibus ac pœnitentia. Quid quod & ipſa Reginæ ætas obſtat quo minus ſuſpicemur ejuſmodi flagitia de Roberto eſſe intelligenda?

Gualterus D'Evereux comes Eſſexienſis virtutibus illuſtris. Commentariolus de ipſius morte.

§. XXVI. Proinde nunc demum tentemus an quæ de filio credi nec poſſe nec debere oſtendimus, poſſint de Patre, Gualtero inquam D'Evereux, comite itidem Eſſexienſi, intelligi? Atque de ipſo idcirco loquendum duco, quod comitem Eſſexienſem nomine tam Patris quam & Filii celato duntaxat memoraverint adverſarii; ignari nimirum cuinam re vera fabula ſit affigenda. Profecto non eſt negandum, Gualterum noſtrum, qui anno triceſimo ſexto ætatis ultimum Deo reddidit ſpiritum, gratiam ſummam apud Reginam iniiſſe, juvenem ſcilicet forma egregia omnibuſque corporis dotibus florentem. Adeo ut hiſce ornamentis facillimum eſſet feminarum etiam nobiliſſimarum ſpecioſiſſimarumque amorem ſibi conciliare; quæ & ex ingenio morumque ſuavitate, quibus claruit Gualterus, ſubinde alliciuntur & inducuntur ad viros diligendos, quantumvis vultibus

---

Treaſons attempted and committed by Robert late Earle of Eſſex and his Complices, againſt her Maieſtie and her Kingdoms, and of the proceedings as well at the Arraignments and Convictions of the ſaid late Earle, and adherents, as after: together with the very Confeſſions and other parts of the Evidences themſelves, word for word taken out of the originals. Impr. at Lond. by Rob. Barker 1601. 4to. Mihi commodavit celeberrimus Woodwardus.

venuſtis

venuſtis deſtitutos. Atqui comes iſte illuſtriſſimus continens erat nulliſque vitiis imbutus. Imo à voluptatibus etiam licitis abſtinuit, tantumque abfuit ut libidini ſe dederet, ut aleatores, temulentos, & palpones in ædes admitti non ſiverit, omniaque procul amoveri juſſerit quibus corporis vitia aluntur. Veterum ſimplicitatem expreſſit, id quod vitæ exitus etiam comprobavit. Morbo etenim exitiali correptus (non ſine veneni ſuſpicione, artibus, ut creditur, Leiceſtrii, qui invidebat, adhibiti, à quo, viro mulieroſo, quemque ob mores diſſolutos, infandaſque libidines acriter perſtrinxerunt hiſtorici, nefas illud atrociſſimum, de quo agimus, ſi modo ipſius illecebris ſeſe ſubjeciſſet Regina, id quod re vera feciſſe, ipſamque neutiquam invitam compreſſiſſe Leiceſtrium perhibent nonnulli, metuendum erat) de mundi miſeriis ac infortuniis (quæ tamen bona etiam appellant plerique) diſſerebat ac diſputabat; ne quidem illas voluptates, quibus maxime adſtricti ſunt multi corporis dignitate maximiſque fortunæ ornamentis inſtructi, quarumque illecebris ſeſe abripi & ab inſtituto ſæpe avocari patiuntur, in bonis rebus aut expetendis eſſe ducens. Et hæc ſic ab illo (utcunque ægritudine graviſſime laboranti) dicta eſſe conſtabat, oculis, voce, geſtu, inimici ut lacrimas tenere non poſſent, (nam & ipſis licet abſentibus nunciabantur ſermones) nedum amici qui au-

diebant. Hoc modo differens & cum familiaribus illiſque quibus fidebat colloquium habens placide tandem in Domino (magno triſtique ſui deſiderio relicto) obdormivit vir non tantum pius ſed & vere eruditus, qui probatos auctores legerat, multitudinem librorum animum diſtrahere præclare ſciens. qua de cauſſa (ut illud obiter adnotem) noluit modo hunc librum evolvere modo illum. Id quod jam olim damnaverat Seneca, animadvertens faſtidientis ſtomachi eſſe, multa deguſtare: quæ ubi varia ſunt & diverſa, coinquinant, non alunt. Verum de viri illuſtriſſimi & de patria præclare meriti, obitu ipſe plura non ſcribam. At quum commemoratio ejuſdem mihi ſuggerat commentariolum, lingua Anglica contextum, eo pertinentem, quem è Codice MS^to^. exſcripſi mihi tranſmiſſo à viro & doctrinæ copia & ingenii elegantia conſpicuo, mihique peramico, Joanne Bridges de Bartun juxta Keteringes, ſive Kyteringas, in agro Northamptonienſi, Armigero, & Societatis Regiæ Socio (eodem nempe illo quem ſuperius laudavi, cuique nuper Roperum noſtrum, aliaſque una cum Ropero antiquitatis reliquias excuſas, dicavi) eum ſubjicere viſum eſt. Quod ſi petas unde comparaverit Amicus egregius, id velim ſcias, in meam gratiam mutuo ſumpſiſſe à Joanne Anſtis Armigero, viro pereruditi & perhumano, cujus familiaritas mihi non eſt mediocri voluptati.

Walter

Walter the noble Earle of Eſſex and Ewe Erle Marſhall of Ireland, Knight of the moſt honorable order of the garter, falling ſicke [1] on a laske, as it was ſuppoſed, called diſcenteria thoroughe aduſtioun of choller on friday the xxi. of Auguſt, or whether it were of any other accident the living God knoweth and will revenge it, he was grevouſly tormented by the ſpace of xxii. daies, having ſuch abundance of water as every day and night he had few leſſe then xx. xxx. or ſomtyme xl. ſtooles, thoroughe which being ſore weakened in body and naturall ſtrength deminiſhed, he addreſſed hym ſelf to that which his frendes and ſervantes feared, that is to finiſhe his life to our great ſorowe, but to his everlaſting joy. For as he had lyved a noble man of great fame and loyaltye, of great zeale, faith and moſt Chriſtian and ſound Religion, and had his life adorned richly with all vertue ſeemely for a noble man and of the familye of Chriſt (as well is knowen to ſuch as knewe him) ſo in his ſicknes he ſhewed hym ſelf to be the very true ſervant of Chriſt, that Job in his ſuffringes did not with leſſe ſhewes of greif and grudging paſſe over his paynes then this noble man. So thankfull was he to god, ſo joyfull of his correccion, and of ſo valiant a mynde that althoughe he felt intollerable payne, yet he had ſo chereful and noble a countenance, that he ſeemed to ſuffer none at all, or very litle. Full often on his knees beſought he mercy at the handes of God, and continually yelded moſt faithfull and devout praiers with his owne mouth, beſide the contynuall deſire of prayers to be ſaid of his Chaplen. Thus when he had continued, and being now ſo weake that he could neither ſleepe nor take nouriſhment, xviii. dayes being paſſed of his ſicknes, and that now no hope of life reſted in hym, firſt he ſet his worldly matters at a ſtaye, within England and Ireland, and finiſhed his laſt Will and Teſtament, wherin he moſt nobly remembred both his frendes and ſervauntes. And after that he wholy bequethed hym ſelf to God, full like a noble man, and in dede ſhewed in his death a mirrour of his true nobility, which hath his rote of the feare of God. For after the tyme of his preparacion to death, he was more like a devyne preacher, and heavenly prophet then a man, only profeſſing the name of nobility. And beſide that, he never

1. Sic.

let

let [1] honour paſſe without many moſt ſwete and excellent prayers grounded on Godes word. he made many tymes a lively and open confeſſion of his ſound faith, acknowledging his ſalvation and remiſſion of ſinnes to be obteyned by the precious blood of Jeſus Chriſt, with ſuch a noble and lively feling of the mercyes of God, and ſuch a ſpirit of heavenly underſtanding, as not only amaſed us to heare, but brake our very hartes, and forced out aboundant teares partly for joy of his Godly mynd, partly for the doctryne and comfort we had of his wordes. But cheifly I blurd the paper with teares as I writ. Our ſorow was juſtly augmented to remember our loſſe of ſo worthy and noble a peare being to us ſo loving and carefull a Lord. For to ſay the truth, what was there in a noble man to be required, which was not rife in hym? What giftes of nature, what wiſedome, pollicy, courage, bounty, juſtice, mercy, pity, and compaſſion, what in a Chriſtian for his owne Satisfaccion in faith and religion that he wanted? Yea what point or article of Chriſtian faith that he could not learnedly defend by the Scriptures? an example to all true nobles. In this his dying bed alſo he moſt valiantly abandoned the world and all the vayne pleaſures therof. And never in his life as he ſeemed did [2] herein ſo much as that now ſhould be diſſolved and delivered from this Mortality. The only care that he had of any worldly matter was for his children to whome often he commended his love and bleſſing, and yelded many tymes even with great ſighes, moſt devout prayers unto God that he would bleſſe them and gyve them his Grace to feare hym. For his daughters alſo he prayed, lamenting the tyme which is ſo vayne and ungodly (as he ſaid) conſidering the fraylnes of Wemen, leaſt they ſhould learne of the vile world. God defend them, bleſſe them, and make them to feare his name, and Lord gyve them grace to live a godly and vertuous life. He never ſeemed to ſorowe but for his children. O my pore children, often would he ſay, God bleſſe you and gyve you his grace. His mynd likewiſe was ſo mortified from the world, that nothing was more joyfull unto hym then the remembrance of heaven, yea there was none that came to hym but he receaved great admonicion and doctryne. Two dayes before his death there being pre-

1. An, honer? 2. Sic.

ſent

ſent many both noble and worſhipfull perſons, he ſaid thus: O Lord God have mercy uppon me, and you all may take example by me to learne howe vayne and uncertayne this world is. Within this moneth I was as you ſawe well aud ſtrong, and nowe am ready to dye. This life is vayne, this world is vayne, and there lamented his negligence in the ſervice of God ſince he came into Ireland. God forgive me, ſaid he, for Jheſus Chriſtes ſake. Three yeres I have lived very negligently, and have not ſerved God, but have lived ſouldierlike. Althoughe a ſouldier ſhould feare God and ſerve hym, yet I have not ſerved hym, but ſpent my tyme vainly, I beſeche God forgeve me, and theruppon he deſired to receave the Sacrament, which he proteſted he did not thinking that they did bring grace or holynes to hym, but becauſe he had not receaved it in three yeres before, from which, he ſaid, he had not abſteined in contempt, but for worldly cauſes he might receave now the ſeale of ſalvacion before he died with Gods people to ſeale up his faith in the blood of Chriſte, and ſo to be diſſolved of his life. Many tymes begging mercy at the handes of God, and forgevenes of his ſinnes, he cried out unto God, Lord forgeve me, and I forgeave all the Wourld, Lorde from the bottom of my harte, from the bottom of my harte, even all the Injuryes and wrounges, Lorde, that any have don unto me, Lorde forgeave them, and I for geave them from the bottom of my harte. His ſervauntes about him he exhorted moſt earneſtlye and myldlye to the feare of God, to vertuous leif and godlynes, ſhewing them the naughtynes of this Wourld, and the happynes of the Wourld to come, and to ſuch as he knewe to be vertuous he gave great praiſe for theire vertue, but to all in generall moſt vehement doctryne for godlie leif and for the ſervice of lamentinge their eſtates, when he ſhould be taken from them. So meeke and lowlye alſo was his mynd, that he asked all his ſervauntes forgeavenes which melted their hartes for verye ſorrow, [1] whoſe manyfould teares that rune downe his cheekes, which he ſayed he thought he could never have don. Ahe! my good frendes, he would ſay often, my love I leave with you, and vexe not for me but rejoyce that I ſhall goe out of this leif to Jeſus Chriſte. For it is more

1. F. with.

joye

ioye unto me then all the honor and glorie of the wourld. For it is everlaſtinge, but the Wourld is vayne glorie and verie vanytie. And awakinge out of a ſclumber he prayed thus: O Lorde converte this kingedom, meanynge of Ireland, to thie kingdome, and contynew thye goſpell in that noble Realme of England, but I feare it will not contynew longe in it, and ſay that I ſpake and ſayed it in my dyinge bedd. Two nightes afore his death awakinge out of a ſlumber, and havinge praied a prittie while to God, he called ſuch [1] a were preſent to him, to whom he gave godlie counſell, and ſent hartie Commendacions to my Lorde of Kildare. He is my Coſyn, ſayed he, and a noble man whom I love and pray you and chardge you preſent to do my comendacions to him, and ſay this to him or write it from my mouth which I ſpeeke in my dyinge bedd. What the Meſſage was I omitt to be executed in effecte of them which hadd the chardge. God graunt it may be excepted. That night awaking agayne out of an other ſlumber after devout prayers unto God to be releaſed from his payne, and to have perdon and mercye for his Synnes, he ſayed thus, O Lorde God how bleſſed and happye am I that ſhal be taken away out of the myſeries of this leif, and ſhall not ſee the plagues and calamyties that ſhall falle even out of hand upon that my noble Countrey of England? O Lord be mercyfull unto it, O Lord ſave the noble Realme of England, but the myſeries that will ſhortly falle on it are manye. I knowe them, I knowe them: this night hath God ſhewed them unto me, and great is the cauſe that it ſhould be plagued. For the Goſpell of Ieſus Chriſte ys bountifullye and trewlie preached unto them, but they are neither Papiſtes nor Proteſtauntes, of no Religion, but full of pryde and ynyquitie; there is nothinge but infidelitie, infidelitie, infidelitie, Atheiſme, Atheiſme, Atheiſme, no Religion, no Religion, no Religion: O Lord bleſſe England. He ſayed alſo of England, that he was ſorye for it, they leave, ſayed he, all to pollycye and lett goe Religion, but would to God they would leane to Religion and lett pollycie goe. Alſo he feared that peace would be ſought to the overthrowing of Religion, which Religion, ſaide he, is the uphoulding of the happye ſtate of England, but Religion beinge overthrowen for

1. Sic.

ſuch

ſuch peace they wil be there overthrowe that conſent to yt. O England, I have bin carefull for thie comon welthe and quietnes if by any meanes I might do thee good. But I was never called to any offyce but nowe that I come into Ireland. And ſince what care I have hadd God thou knoweſt. The ſame daie talkinge of manye of his frendes he ſpake of Mr. Phillipp Sidney. O that good gentleman have me comended unto him, and tell him I ſende him nothinge, but I wiſhe him well, and ſo well that if God ſo move both theire hartes I wyſhe that he might matche with my Daughter. I call him ſonne, he [1] ſo wyſe, vertuous and godlye, and if he go on in the Courſe he hath begonne he wil be as famouſe and worthie a gentleman as ever England bredd. The next daie mornyng being Thurſday he receaved the Comunion at the hande of the moſt Reverend paſtor and buſhopp the Archbuſhopp of Dublyn, beinge there preſent the Lorde Chauncelor, Mr. Fraunces Agars, Mr. Edwarde Waterhouſe, Mr. Doctor Traverſe, John Browne preacher, Thomas Knell preacher, and the moſt parte of the gentlemen of his chamber. Afterwards he deſired to have his will readd, and as it was readd he harde the titles of his will and deſerved honor receaved, as Walter Erle of Eſſex and Erle Marſhall of Ireland &c. And he ſayed ſmylinge theſe be my vayne titles. When I made my will, ſayed he, I was founde in bodie and ſicke in mynde: but now I am ſick in bodye and ſounde in mynde, I thanke my God. A ſigne of great mortification no doubt, and a rare vertue in ſo great a man as the Wourld goeth now. This daie in the mornyng about ixen of the Clocke he called for his looking glaſſe, and looking in it he asked of us what you [2] do thinck that I looked in the glaſſe, it was not pryde but I hadd almoſt forgotten my favour, and I looke in the glaſſe that I may carrye the Remembraunce of my Countenaunce with me that I ſhall appere with before my Lorde Jeſus Chriſte. About three of the Clock in the ſame daye he fell into a great pange, wherein we thought all he would have yelded to nature, and feelinge it comynge with great ioye and faieth he breaſt out to prayers, hopinge to be diſſolved, and he deſired to be placed where he mighte kneele on his knees and ſpeak his laſt wordes, and ſo comended

1. Sic. 2. Sic.

he his ſoule to Jeſus Chriſte, and there he praied ſo longe as he could ſpeake. My ſight faileth me, quothe he, and ſo he ſayed the Lordes prayer, and being at a ſtay his Chaplyn helped him out with Lorde into thie handes I comennde my ſpyritte, which beinge haulf ſayed he fell into a ſound, whereas his Frendes and good ſervauntes made ſuch a crye, and laboring and throwing Roſe water in his face at laſt he came to him ſelf agayne, and caſtinge abrode his handes he ſayed, Alas it will not be, I cannott yett be diſſolved, O Lorde receave my ſoule. Like as the Haret deſireth the water brooke, ſo longeth my ſoule after the O God. Then beinge comforted by the preacher, he ſaid, I am of good cheare, I feele more Comforte then I can deſire. I feare not death, I beleave my ſynnes are forgeaven me in the blood of Chriſt Jeſus, and I caſt all the burthen of them upon his back, and I taſte and feele that my ſynnes are forgeaven me. God hath reveyled it unto me. At which joyfull wordes we could not but wepe. Agayne he ſeinge uss weepe ſayed, wepe not for me but rejoyce (for my tyme is not longe) that I ſhal be diſſolv=ed. And my good men and ſervauntes I am ſorie that I troble you ſo much. But I beſeche you lett me paſſe, and prolonge my tormentes no more, and earneſt he was that ſhould be promyſed unto him. Beinge perſwaded by his Chaplyn and John Browne precher that he ſhould not haſten his death by any meanes, but paciently to tarie the Lordes pleaſure, he ſayed I am ſorye if I have don any thinge againſt the Lordes will, I pray Godde forgeave me. O Lorde, ſayed he, when ſhalle I be diſſolved! Then ſayed his Chaplen, for you it ys expedient but not for us, neither for the Church of God. Then ſayed Mr. Browne, Saynct Pawle hath a Rule, my Lorde, will you here it? Yea, ſayed he. Then he redd the place of Paule. [1] Phil=lipp. o ſaid he the bleſſed Appoſtle Pawle, what am I to be compared to him? The Chaplin ſayed unto him, every one in his order: St. Pawle to preche, and you to here and beleave. You are of the electe as St. Pawle was, and al=thoughe you have not the ſame meaſure of gyftes, and the ſame function, yett you may further and maynteigne the preachinge of the Goſpell. Derely beloved Mr. Water=houſe, to whom he would ſay, O my ſweate Nedd fare

1. Sic.

well,

well, My good Nedd thou arte [1] faiethfulleſt that ever I knewe, and the frendlieſt and honeſteſt, and often he deſired to kiſſe him with noble teares [2] preſſed out, teares and made them diſtell don by the cheekes of that gentleman. He loved alſo derelie the Archbiſhopp. O my good buſhopp, for he is both ſweate for learnynge and doctryne, and good for leif and manners. He loved derelie alſo Mr. Fraunces Agars, as appered when he sayed, O my good Fraunces farewell. Paſſinge out that night with many panges and paynes, and much invyncible pacyence, faiethe and conſtaunce, with contynewall longinge to be with God, and moſt hartelie thanckinge God for his Fatherlye correction, it ſemed that he hadd ſo taſted of the heavenlie joyes by the inſpiracion of Godes Spiritte that he longed much more to be in them then to be releaſed of his Tormentes. Yett allwayes his prayer was thie will o Father be don and not myne. But ſtill he omytted not, Like as the Harte doth bray for the water ſtreymes; and becauſe we are here to ſpeake of his prayer, it were good for all Chriſten men, eſpeciallye for the nobilitie never to forgett, and zealous eſtymacion he hadd of prayer. Of Frydaie at night Mr. Doctor Traverſe and Mr. Browne the preacher came unto him beinge after mydnight, and firſt Mr. Doctor ſaid, Howe do you my Lorde? Ohe, ſaide he, in verie great payne, and longinge to be diſſolved, but in goode Comforte in God. Mr. Browne alſo asked him the ſame queſtion, to whom he aunſwered well in mynde, but in great payne in bodie, deſiringe you all and all other good men to pray for me. We do all pray for you, ſayed the Doctor, and amonge other Mr. Browne ys one that praieth for you with all his harte. O, ſayed he, I thanck you moſt hartely for it. For it is the key wherebye I ſhall enter into the kingdom of Heaven. And to ſee how this noble Faieth aſſaulted it, it is mervaillous to behould his contynewall prayer and mylde quiettnes of mynde. But of all other temptacions thus in the day before he dyed came one Fyan to him an alderman of Dublin, with great ſorowe of his ſicknes and perill, as no doubt Ireland hath great cauſe to ſhede many teares for his loſſe, ſo plentifull indede are teares over all the lande for him. Tanta vis virtutis, manſuetudinis & pietatis, hæc laus Juſticiæ, hoc munus

1. Sic. 2. Sic.

clementiæ, hoc inquam nobilitatis decus & præmium. But to the purpoſe. This Fyan frendly, as he thoughte, offered him to hele him his ſicknes [1] without ſave onlye that a diſhe of ſower mylke ſhould be in the houſe, and that all that were aboute him ſhould kneele downe and ſay twoe Pater noſters, twoe Aves and a Creede, and ſo he ſhould be well, but he [2] to ſee the noble countenaunce and courage of his godlie mynde, which would not in hope of leif yelde to any Superſticion or Papiſtrey, but gave him this Aunſwere: Good Fyan, I thanck you for your good will. If Prayers would ſave my leif, I thanck God my good Frendes will lett me want non, but I know my tyme is in the handes of God. And as for your Prayers I neade them not. You all [3] full of Superſticion, and ſo ys all this Countrey. God geave you grace to have a treue Faieth and trewe Religion. O Lorde have mercye upon me. That night takinge ſome reſt, many were in hope that he might recover, and perſwaded him to take ſome nouriſhment, perſwadinge him alſo that he might lyve. But he ſtronglie perſwaded the contrary, with ſuch Conſolacions as was mervaillous to heare, and to ſee his noble face which yett hadd ſmalle ſhewe of ſycknes, ſo amyable, cherefull and well lykinge it ſtill remayned. At laſt his precher and Chaplyn urged him to take ſome medycyne or comforte to eaſe, alleadginge Hezechiah's ſtorye unto him, and what good he might do by his leif to bothe Realmes, that he ſhould not ſo earneſtlie ſeeke death. For at every pange you ſhould ſee him like a meke lambe or ſweate infant as it were yeldinge omnibus nervis to be unburthened of the fleſhe, and offeringe himſelf to yelde his brethe. When it would not ſo come to paſſe, he would caſt abrode his Armes and ſay, O Lorde how longe or I ſhal be diſſolved? It will not be [4] yett. Mr. Knell, ſayed he, You are a precher, and it is fitter for you to preche an other Doctryne then to perſwade me to leif. I will have no more of it from you. I knowe I ſhall dye. God hath revealed it unto me. And this is my tyme. I knowe not the hower, but he ſaieth unto me I ſhal be diſſolved. I have harde no more of [5] his this leif. Theſe wordes agayne drewe more teares from our eyes, as we hadd good cauſe, remembringe alſo his mo-

1. Sic. 2. Sic. 3. Sic. 4. Sic. 5. Sic.

ther

ther which was a very godlie and religious woman of Chriſtiandom Religion. Taulkinge of [1] this ende, he ſayed, Nowe I thanck God I have my mothers bleſſinge light upon me. The night followinge the Fryday night which was the daie before he dyed he called William Howes the phiſicion to play upon the Virginalles and to ſinge. Play, ſaied he, my ſonge Will Howes, and I will ſinge it my ſelf. So he did it moſt joyfullie, not as the howlynge ſwanne lokinge downe awaiteth her ende, but as a ſweate larke lyftinge upp his hand, and caſtinge upp his eyes to his God, which Spyritt mounted the Chryſtale Skies, and reched with his unraped wynges the Toppe of the hieſt heaven. Who could have hard and ſene this vyolent Conflicte havinge not a ſtonyed harte [2] without without ynnumerable teares and wattrye plancces. This night paſt, manyfeſt ſignes appered that ſone he would yeld to nature, allthoughe neither his memory, ſpeche, ſight, countenaunce nor jeſture bewrayed the ſame. For althoughe he hadd many bytter panges, yett his memory failed not, nor any ſence of his bodye, ſo longe as his harte hadd leif, but moſt conſtauntly contynewed all the daie till about ixen of the Clock in the forenone on Saturdaie he felt harte ſick, and ſayed, ah! my Frendes all, weepe no more, for now I feele the wynde comen to my harte, I ſhal be diſſolved I thanck my God, and ſo he called for dynner, and ſayed, my Frendes I drinck to you all, and my love I leave among you, and nowe beare me wittneſſe all that I dye in the trewe Faieth of Chriſte, and I am ſuer that all my Synnes are waſhed away in his precyous bloud, and that all my tranſgreſſions are fully laid on his back. To him, to the O Lord Jeſus Chriſte I comende my Spiritt. Then he ſayed the Lordes prayer, and ſo his ſpeche began to faile and Countenaunce alſo. Then we all fell to prayer, and he lay quietlye as thoughe he hadd byn goinge, but ſodainlie he caſt open his eyes and ſayed, Fare you well all my good Frendes, God bleſſe you all that I might dye in the preſence of this good company. Oh Company, I knowe there can be no better Company in this Wourld. Corage, Corage. Then ſayed John Browne, I hope you meane Corage in Jeſus Chriſte. [3] He

1. Sic. 2. Sic. 3. Sic.

is

is my only patron. When he was readye to yeld upp [1] to the Ghoſte, he ſtrave to praiſe even when his voyce could not be harde, and when he could not ſpeak, Mr. Waterhouſe houldinge him by the handes bade him geave a ſigne if he underſtwde the prayers, and he ſayde hollowlye even as from [2] a within a man, and held upp both his handes, and with that he fell a ſlepe in Chriſte as merelie as a lambe. Thus hath he written that honored him and ſerved him in his leif, and lamenteth his death, and beſecheth God that all which heareth this pytuous Compdye of the death may thinck one Godes Judgmentes, what he pretendeth to the Comon welth, from whom he taketh ſuch a man as this. God forgeave us our ſynnes and turne his wrathe from us. God preſerve the Quenes moſt excellent Majeſtie and all her honorable Counſaill, proſper his Church and peace by the Goſpell to both her Highnes Realmes of England and Ireland. Amen.

Maria Scotorum regina à conviciis breviter vindicata. Buchananum pœnitet calumniarum quibus famam ipſius læſerat. Cl. Sagii hanc in rem epiſtola.

§. XXVII. Hæc è Codice Amici ornatiſſimi. Anſam autem Commentariolum exſcribendi præbuit fabula de Elizabetha. Nonnulli forſitan pro digreſſione ab inſtituto habebunt. Sed re vera non eſt. Rem ipſam egimus. Ut vero ſit digreſſio, ejuſdem nullum erit diſpendium; præcipue quum ad tantum virum pertineat. Quin & fabula de Elizabetha occaſionem dat Mariam Scotorum reginam breviter defendendi contra ſuſurrones aliquot, qui principem illuſtriſſimam non ſolum vocis conviтiis, ſed etiam ſcriptorum aculeis concidere non erubuerunt, fabulam eandem plane quam & de Elizabetha fingentes, perinde ac ſi ætatem laſcivientem & procliviorem ad libidinem moderatis rationibus cohibere nequiret, quotidianamque

1. Sic. 2. Sic.

namque cum Adonide ſuo Bothuelio (quem ubi adolevit, in alea, & ſcortis, ita patrimonium ampliſſimum prodegiſſe ajunt, ut etiam, uti poëta quidam inquit, deeſſet egenti æs laquei pretium, & in libidinis uſu immoderato non minus gloriam quæſiſſe, quam alii dedecus vitant & infamiam) parum ex utriuſque dignitate, conſuetudinem haberet, marito interim adoleſcente contemptim & inhumaniter habito, quem & horrendo & deterrimo parricidio, peſſimoque poſt homines natos exemplo, è medio ſuſtuliſſe obtendunt, & derepente non modo ſecuram, ſed etiam avide oculos ſpectaculo trucidati corporis, omnium illius ætatis pulcherrimi, paviſſe, & poſtridie non tantum non doluiſſe, ſed propemodum ut in re præclare geſta lætitiam aperte tuliſſe, luſuſque viriles palam affectaſſe. Quinimo Naudæus [1] auſus eſt affirmare, ſe Romæ vidiſſe Epiſtolas Mariæ *ad Bothuelium ſubactorem* ſcriptas; quod tamen mendacium eſſe cum ratio tum & ipſa res probat. Non excutiam hîc quantæ ſit difficultatis ejuſmodi ſcripta Romæ videre. Quis vero poteſt credere epiſtolas Romæ adſervari quæ in dedecus cederent Mariæ, Pontificiorum Religioni devotiſſimæ? quæ propterea nec ullius carceris anguſtia, nec pœnæ genere potuit abduci, quo minus Pontificem Max. Rom. coleret ſemper ut patrem. Non dubito igitur

1. Vide Naudæana, p. 86.

quin

quin ſi iſti ſpectaculo (quod jactat Naudæus,) adfuiſſes, vix ipſe valuiſſes à riſu temperare, ſchedas vacuas duntaxat pro Epiſtolis Mariæ viſurus, & in ejuſmodi rebus curioſitatem multis eſſe exitio experturus, Pontificiis ægre permittentibus Proteſtantes bibliothecas ſuas abſque cuſtodibus perluſtrare, nedum oculos acrius intendere. Neque re vera pro genuinis habendæ ſunt Epiſtolæ illæ, non alium in finem à Buchanano editæ, quam ut Mariæ famam laceraret, digniſſimo proinde qui auribus in colliſtrigio ſpectaculo exponeretur, perpetuaque infamiæ nota inureretur, tanquam impoſtor improbiſſimus, & perfrictæ frontis. Equidem non diffitebor Mariam forma venuſtiſſima, ingenio peracri, moribus lepidiſſimis, nitore eloquii, doctrina eximia (nam tum proſaïce, tum metrice, bene, compte, & polite [1] ſcribebat) & memoria ſingulari magnatum perplurium

---

1. Cod. MS. penes me (inter Coll. Smithiana, n. XXXII.) ſic inſcriptus, **Collections about Q. Mary of Scotland out of ſeverall printed and MSS. bookes, by T. S.** p. 6. Conſulendus etiam Codex (in muſéo Aſhmoliano) calamo exaratus cui titulus, *Hypercritica*; **or a rule of Judgment, for writing, or reading our Hiſtories; deliver'd in four Supercenſorian Addreſſes, by occaſion of a Cenſorian Epiſtle, prefix'd by Syr Henrie Savile, Knight, to his edition of certain of our oldeſt Hiſtorians in Latin, dedicated to the late Q. Elizabeth.** &c. Codex iſte in *Athenis Oxonienſibus* ſæpiſſime citatur. Quiſnam autem fuerit auctor haud indigitavit earundem conſarcinator; hujus ſcilicet rei, ut videtur, omnino ignarus. Atqui non alium fuiſſe ab Edmundo Boltono, viro acerrimo ingenio & exquiſita eruditione, (de quo in Præfatione noſtra

benevolentiam & amorem conciliaſſe. Hinc & ſæpiſſime canebat, ſaltabat, citharam tibiaſque digitis exilibus ac teretibus pulſabat, (& quidem apud priſcos quum omnis virtus floridior eſſet quam nunc, habitos fuiſſe indoctiores, qui in muſicis non profecerant, eaque de cauſſa Themiſtoclem etiam, quod in epulis recuſaſſet lyram, eſſe habitum ineruditum, intelligebat) idque tam perite & decore ut omnes qui vel audiebant, vel cernebant in ſummam admirationem rapuerit. Neque minus ipſi viciſſim grati qui pſallendi peritia & ſalibus, feſtivitate ac facetiis inſignes erant, qui & faſſi ſunt neminem unquam urbanitate, neminem lepore, neminem ſuavitate fuiſſe conditiorem. At his non obſtantibus vitam ducebat à vitiis immunem, vacabat ſacris, feriaſque ſervabat. Quinetiam illos deteſtabatur, infenſiſſimeque oderat qui bi-

---

noſtra ad Narrationem Hiſtoricam Abbatiarum mitræ honore inſignitarum locumque in ſuperiori Regni Ordinum Conſeſſu habentium Williſianam, §. 4, 5.) exploratiſſimum habeo. Ita enim ipſe Boltonus in Præfatione ad Verſionem L. Flori Anglicanam: **In mine Hypercriticks, concerning our Countreys Hiſtorie, I have dealt freely, as a man deſirous to ſtirre up a** Livie, **or a** Florus **to our ſelves.** Nec quidem *Hypercritica* hæcce alia à Codice, quem dixi, MSto. eximio plane, & lectu digniſſimo; in quo hæc in verba de Scotorum regina ſcripſit auctor præſtantiſſimus: —— **For perhaps the world never ſaw a Ladie in whoſe perſon more greatneſſes of parts mett then in hers** [Q. Elizabeth's;] **unleſſe it were in that moſt noble princeſſe, and Heroine, Marie Q. of Scots, inferior to her only in her outward fortunes, in all other reſpects, and abilities at leaſt her equal.**

o bebant

bebant uſque ad inſaniam, omnique turpitudinis genere coinquinabantur. Tot tantæque virtutes odium pepererunt, effeceruntque ut multi miro ſupercilio eam ſuggillarent cum in ſermonibus tum & in libris; quorum malignitas ſic quidem eam nudavit, ut nihil omnino reliquum facerent. Sed ita fere eſt ingenium mortalium. Virtutem præſentem ſi non odimus, certe negligimus, ſublatam ex oculis quærimus invidi. Quid quod & videmus quoſdam adeo perverſe invidos, ut ſibi detrahi exiſtiment, quicquid aliis accreverit? Tales & ipſi adverſarii obtrectatoreſque laudum Mariæ; cujus tamen forma per ſe egregia ac virtutes eo magis commendabantur oculis intuentium animiſque bonorum quo magis traducebatur ab hominibus parum formoſis & plane improbis. Ceterum malevolorum princeps quaſi erat Buchananus, eloquentia, inventione, ac mendaciis orbi erudito pariter atque inerudito notiſſimus. Is de induſtria perſtringebat, idque tanta virulentia ut amici etiam ingratum & maledicum eſſe, parumque fidum teſtarentur. Et tamen ipſius auctoritatem, ob ingenii ac eruditionis famam, multi ſunt ſecuti. Sed dicet forte non nemo tam Buchananum quam & alios calamum non ex animo ſtrinxiſſe. Eodem colore patrocineris licebit illis, qui Carolum noſtrum primum capite plectebant. Nam & ipſi poſſunt obtendere ſe non ex animo feciſſe. Inſuper, quid ſi

quis

quis ad eandem trutinam expendat ſubditorum in Principes jusjurandum? Si violent, dices, joco non ex animo juramentum præſtitiſſe. Apage, nefarie, quicunque demum es qui ſic loqui auſus fueris. Pejerare nec joco nec ſerio fas eſt, crimenque longe atrocius eſt, ſi quis joco necaverit hominem, quam ſi ira commotus. Idem de aliis pariter peccatis obſervandum. Mirandum itaque tam multos eſſe qui jurajuranda flocci faciunt. Verum hoc inde factum eſſe videtur, quod jurajuranda quum ſint maxime ſeria, tamen quoniam quotidie & velut ex more ſuſcipiuntur, eorundem violatores non habeantur pro perjuris. Hæc non ſine gravi ſuſpirio & gemitu ſcribo. At vera eſſe nemo poteſt diffiteri. Atque ex tanta impietate eſt, quod nimis otioſe, nimis ſolute, nimis ſecure vivatur. Adeo ut metuendum ſit ne ipſa Proteſtantium Religio licentia, impunitate, omni flagitiorum genere & vitæ turpitudine labefactetur. Nam quis meliora poteſt exſpectare, dum pietas deſpicitur, religio omnis contemnitur, Deus ipſe graviſſima contumelia afficitur, ipſiuſque nomen ſolenni more invocatum noſtra cauſſa ridetur & exponitur ludibrio? Quinam Principes illis, obſecro, fident, qui ex joco jurant, quantumvis in locis ſacris Deum teſtem advocent ſe non eſſe hypocritas & ſycophantas bilingues? Sed neque verum eſt, Buchananum (qui libellis famoſis Reginam Scotorum perſecutus eſt) aſſeclaſque (è

quibus eſt auctor quidam, qui malevolentia ſuffuſus in ſchedis ſuppreſſis ' Hollingſhedianis tam de Scotorum regina quam de Scotiæ regno mendacia memoriæ prodidit) unquam obtendiſſe ſe ex joco oblocutos eſſe. Inde & ipſe Buchananus ingenue confeſſus eſt ſe ex animo feciſſe. Inde etiam & pœnituit. Nempe linguam mendacem & obtrectatricem, animumque odio ac livore corruptum conſcientiæ ſtimulis expergefactus crimen longe graviſſimum eſſe amicis agnoſcebat. Imo & jam ſenex edentulus ſeipſum criminabatur quod ridicule glorioſus tam principes quam & alios homines illuſtres ſuæ ætatis maligno & iniquo paſſim carpſiſſet dente. Non alia certe de cauſſa eſt quod Camdenus docuerit Buchananum ingemiſcentem ſubinde ſe reprehendiſſe quod tam virulentum calamum in Reginam bene meritam ſtrinxiſſet; morientemque optaſſe ut tantiſper ſupereſſet donec maculas, quas maledicentia falſo aſperſerat, revocata veritate, vel ſanguine elueret. Camdeni verba firmat epiſtola quædam viri doctiſſimi Joannis Sagii, Scoto-Britanni, ad clariſſimum noſtrum Smithum ſcripta, quocum forte fortuna paullo fuſius coram egerat de rebus Scoticis, iis præcipue quæ ad Mariam pertinebant. Epiſtolæ Autographon ipſe poſſideo, donante Smitho, qui à tergo ejuſdem hanc inſcriptionem proprio calamo poſuit: **Mr. Sage his paper about Buchanan's**

1. P. 1563.

**chanan's retracting what he wrote againſt Mary Queen of Scotland.** Sed ne inſcius ſis qualis ſit epiſtolæ tenor, viſum eſt integram hîc loci [1] in lucem edere; hoc prius notato, Sagium ob integritatem & virtutes magnum nomen apud omnes obtinuiſſe, ne ſuſpiceris ipſum hac in re decipere potuiſſe.

Reverend Sir,

Some 28. years agone, or thereabouts, I had occaſion at Drummond of Innermey, in Strathern, his Houſe, to get into a Converſation with an ancient Widow-Lady (her Husband while alive was Stuart of Kalſyth in Fife) of very bright Parts, and a Daughter of the Houſe of Buchannan. After ſome other things had paſſed, I brought Mr. George Buchannan the famous Poet and Hiſtorian into the Diſcourſe. My Reaſon for it was, that, ſome ſhort time before, I had run over Strada de Bello Belgico, and obſerved in him, ad annum 1586. or thereabouts, his account of Mr. Buchannan's Confeſſion (while on his Death-bed) that, in Papers he had publiſhed to the world, he had been moſt injurious to Mary Queen of Scots, wiſhing from his heart that God of his mercy wou'd allow him time and ſtrength to publiſh his Confeſſion. I added that that account was new to me (I had not then ſeen Cambden's Elizabeth) and I was afraid Strada was partial, at leaſt had many things too like to Romances in his Book; that therefore I was not forward to believe him in that Matter. The Lady forthwith with no ſmall Aſſurance deſired me to take her word for the certain Truth of it; For ſhe remembered nothing

1. E Coll. Smithianis penes nos, Vol. XIV. p. 37.

better

better than that while a young Girle ſhe had oftner than once heard a very aged Man whoſe Name was David Buchannan, and who lived in her father's houſe (as 'twas ordinary in thoſe times for old men of any Clan, who wanted Subſtance of their own, to be ſubſiſted by their Chiefs) affirm that he was preſent in Mr. Buchannan's Rowm, or Bed Chamber when he made that Confeſſion, and an Ear-witneſs of it. This for Subſtance is what I learned from that worthy Lady on that occaſion, ſo far as my Memory can ſerve me. It made the deeper Impreſſion on me when I reflected on it and found that there was no Incredibility in the account; eſpecially that it was unexceptionable as to point of time: For Mr. Buchannan died Anno 1582. David Buchannan might then have been a Man, and yet have lived till towards 1632. or 1636. And then the Lady I had the account from, was of years enough to have comprehended what he ſaid, and withall to have communicated it to me at the time I have aſſign'd, as near as I am able. I am in all Sincerity,

Sir,

Your moſt humble
and obliged ſervant
John Sage.

London Octob. 15.
1709.

[Ad imum] To the Reverend Dr. Smith.

De Sacrilegiis Henrici VIII. Nec quidem ipſa Elizabetha Eccleſiæ prædia reſtituit. E contra ipſa etiam regnante reditibus eccleſia ſpoliata.

§. XXVIII. A fabulis tranſeamus ad ea quæ & ipſa utinam æque eſſent falſa. Ea ſcilicet quæ de ipſa Elizabetha perinde referuntur, quaſi eccleſiam reditibus ſpoliaſſet. Notiſſimum eſt Henricum octavum (ipſo Nerone pene crudeliorem

rem ac efferatiorem [1], Caligulaque atque Elagabalo quaſi turpiorem)) ſi quis unquam fuiſſe ſacrilegum; ipſius nimirum artibus centum pene millia hominum (qui ſeſe ex voto religioni dediderant) periiſſe, unoque anno decem millia domuum religioſarum templorumque diruta fuiſſe. Unde verſus:

Millia dena unus templorum ſuſtulit annus.
Quam timeo in poenas vir ſatis unus erit!

Adeo ut brevi Eccleſias, Monaſteria, Sanctorum quondam domicilia & majeſtate ornatuque veneranda, tandem deformata & omnibus ornamentis ſpoliata, in luſtra & popinas converti, mœſti viderint Religioſi. E ſtrage iſta (cum qua illa nequaquam conferenda quam adſcribunt Hiſtorici Guilielmo Rufo, qui octoginta [2] duntaxat domos religioſas diruit ad Novam, quam vocant, foreſtam ampliandam, in qua ſagitta poſtea periit) principium Reformationis Anglicanæ. Et multi quidem laudarunt. At abſurde, ut videtur. Rectius, ni fallor, feciſſet, ſi tam domos religioſas quam & eccleſias ſervaſ-

---

1. Ita Herbertus aliique Hiſtorici: quibus adjunge Catalogum illorum qui ab Henrico VIII. morte affecti fuerint, ad finem hujus Præfationis. 2. And this William Rous [Rufus] made the newe Foreſt [of Wincheſter, and not of Winſore as the breviat Cronicle in the Hands of my learned Friend Thomas Rawlinſon Eſq; hath it] and deſtroied and brente to grounde xx xxvi. good Townes and iiii Houſes of Religion for to make his Foreſt more larger. Ita in Chronico quodam MS. lingua vernacula à Bruto uſque ad Hen. V. in Biblioth. Bodl.

ſet,

ſet, eaque tantummodo reſecuiſſet quæ re vera eſſent ſcandala, antiquitatemque primævam non redolebant; ſuperſtitiones ſcilicet aliaſque depravationes eccleſiæ Romanæ quæ miſera recentiorum temporum cæcitate & malitia ſenſim irrepſerant, in dedecus ipſius eccleſiæ eorumque qui defendebant, (haud aliter atque Liturgiam vetuſtam purgabant viri eruditione & ſanctimonia venerandi, non perdebant [1].) Id ſi feciſſet, gratias immortales ab omnibus bonis retuliſſet. Nam nemo non concedet, gliſcentibus & graſſantibus etiam erroribus, omnibuſque in deterius vergentibus, rem ad primam inſtitutionem eſſe revocandam. Sed de his in Præfatione, ſuperius citata, ad Narrationem Hiſtoricam Abbatiarum mitra inſignitarum locumque in ſuperiori Regni Ordinum Conſeſſu habentium Williſianam. Edidimus nempe in Collectaneis Lelandianis. Nec crambe placet recocta. Illic tamen nihil de Elizabetha, quæ Reformationem quam inceperat Henricus (ſi modo is vere ejuſdem inceptor poſſit vocari, quod pernegaſſe videtur Carolus [2] primus, Re-

1. Vide ſis libellum qui inſcribitur, **The New Diſtemper. Written by the Author of the Loyall Convert. Oxford, printed by Leonard Lichfield, Printer to the Univerſity.** 1645. 4to. Pag. 4. 2. Conſule libellum cui titulus, **The Papers which paſſed at New-Caſtle betwixt his Sacred Majeſtie and Mr. Al. Henderſon, concerning the change of Church-Government,** anno Dom. 1646. **London printed for R. Royſton, at the Angel in Ivie-lane.** 1649. 8vo. pag. 16,17.

gum

gum præſtantiſſimus harumque rerum, frendentibus Henderſono aliiſque Fanaticis, peritiſſimus) perfecit. Et quidem non ſine maxima laude, ſi quæ abſtulerat Henricus Eccleſiæ reſtituiſſet. Hoc ab illa exſpectabant boni. Verum exſpectationem ludebat ſpemque fallebat, eoque nomine reprehenditur. Atque hæc una labecularum, quibus Elizabethæ regnum inquinabatur. De qua tamen ne γρῦ apud Camdenum, qui laudes Elizabethæ commemorandas, maculaſque tacendas eſſe duxit. Sed quas ipſe ſilentio præteriit ſcriptis prodiderunt alii; qui præterea notant, Elizabetham ex odio quo Pontificios proſequebatur nihil voluiſſe reſtituere, ſed laïcos potius foviſſe qui terras eccleſiæ datas poſſidebant, noviſque id genus beneficiis auxiſſe. Quod ideo mirandum arbitror, quia Princeps maxime pia tum è ſacris litteris tum è vetuſtis hiſtoriis explorate compererat Deum eſſe vindicem ſacrorum, pœniſque graviſſimis illos affligere & percutere qui ſacra violaverint. Inde certe Deus teſtatur ſe ſacrilegis iraſci. Et plane plagas, vaſtitatem, ruinam omnium rerum hujuſmodi homines manere ex infinitis patet exemplis, è quibus impii colligant, divina non eſſe eludenda, neque Deum cordium & rerum ſcrutatorem irridendum. Hæc quum ita ſe habeant, Henricum octavum, Elizabethæ Patrem, ſacrilegum Principem multis infamiæ notis inuſtum fuiſſe rectiſſime obſer-

varunt optimæ notæ Hiſtorici; illud inſuper adjicientes ſuo ipſius judicio moriturum fuiſſe condemnatum. Ceterum de ipſius aliorumque ſacrilegiis fuſe & dilucide agit Spelmannus noſter; cujus Hiſtoria (ex Apographo noſtro ante annos aliquammultos in lucem edita ſtudio atque cura doctiſſimi Cherrii) utinam abſoluta eſſet, neque in ea quamplurima capita deſiderarentur. E Spelmanno (ut etiam ex aliis libris [1], ne quid dicam de obſervationibus ine-

---

1. In quibus ille, quem ſupra citavimus, cenſendus, cui titulus, **The Royall Legacies of Charles the firſt of that Name, &c.** E quo hæc verba (quæ legas relegaſque velim) exſcribere viſum eſt: **How many Preſidents have we of judgements, which hunt and purſue Impropriators, and ſuch as deveſt the Church of her ſacred Dedications? Were there no more then that upon the family of Sir William Dodington of Hampſhire, a family of a civill government, yet as heavily plagued as any before it. One and a Father of them brake his own neck from the Church of S. Sepulchre, in London. The Lady of Sir William a moſt vertuous woman received fifteen wounds into her body from the hand and ſword of her own Son. The Son for this horrible Matricide, was hanged in ſight of the houſe where he was untimely borne. One of Sir William's brothers, and a moſt vertuous Gentleman, is now (if living, and hath been theſe many years) blind. Theſe purſuits of vengeance and many more better known to others, have followed that Family of honor and vertue, and by obſervation the like have continued upon it from the time ſome one of that houſe greedily inriched himſelf with thoſe matchleſſe Church-robberies of K. Henry the 8. inſomuch as this vertuous Sir William hath even undone himſelf, by returning almoſt his whole eſtate (conſiſting of ſuch Revenues) to the Church, from whence it was ſtollen, though not by himſelf.** Pag. 74, 75.

ditis)

ditis) manifeſtiſſimum eſſe arbitror (nec quidem cuiquam inficias ire licebit) terras aliaſque divitias in uſus ſacros datas Poſſeſſoribus laïcis in malum cecidiſſe. Nempe donatores anathematis diris devoverant illos qui vel alienare vel ſacrilega manu tenere auſi fuerint. Verum noſtrum non eſt Hiſtoriam ſacrilegii texere. In præſentia ſchedulam (è Bibliotheca Cottoniana deſcriptam) ſolummodo exhibebo [1], è qua liquebit quam vaga & incerta fuerit poſſeſſio manerii de Eynſham in agro Oxonienſi ex quo cœnobium diruerit terraſque alienaverit Henricus octavus. Mecum vero communicavit Joannes Rogerſius, S. T. B. eccleſiæ de Wrinton in agro Somerſettenſi Rector, & nuper Collegii Corporis Chriſti Oxoniæ Socius, vir utique eruditus concionatorque perfacundus. Id quod fecit auctore & conſuaſore Amico noſtro docto Thoma Portero, S. T. B. & ejuſdem Collegii Socio.

Mannour of Enſham Com. Oxon. alias Eynſham, alias Evenſham, alias Egneſham.

Given to the Abby by Æthelmar the Founder in the reign of Æthelbert. 1005.

On the diſſolution given firſt to Sir Edward North, and by him reconveyd to the Crown by deed of gift 37. of H. 8.

Given then (37. of H. 8.) to Edward Earl of Derbey in exchange for the Mannours of Epworth, Harey, Oweſton,

1. E Coll. noſtris MSS. Vol. LXI. p. 103.

weſton, Belton and Awthorp com. Linc. Mann. of Wroyt com. Linc. Man. of Frymingly, Hoveringham and Flintham com. Nottingh. Man. of Kelhole com. Ebor. Man. of Barleburgh and Keylmere in Derbyſhire.

Fernando E. of Derby died without Iſſue Male, was ſucceeded in honour by his Bro. William. He left Daughters Eliz. married to Hen. Ld. Huntingdon; Ann marr. to Gray Bridges Ld. Chandois; Frances marr. to Sir John Egerton.

1606. The Title to this Mannour came into diſpute and was ſettled by Act of Parl. on Sir Edward Stanley . . . . . . . . . . . . for 89. years or life, after him to return to William E. of Derby and his heirs, who accordingly came poſſeſt of it by Sir Edward's death about 1620.

1626. James Ld. Strange Son to Wm. E. of Derby married Charlot daughter to Claude Tremoville Duke of Tours, and had with her 24000l. in portion, in Conſideration of 6000l. of which Sum his father ſettled the Man. of Enſham on Phill. E. of Pembroke, Sir Ranulph Crew and Sir Tho. Poſthumous Hobby in truſt for the ſaid Charlot.

Aug. 15. 1649. The ſaid Mannour was made forfeited by the ſaid James then E. of Derby for Delinquency, and given by O. Cromwell to Hen. Marten of Beckcot.

Mar. 4. 1651. H. Marten ſold it to Lady Eliz. Finch, Orlando Bridgman and Ralph Bridoak Clerk.

Aug. 30. 1652. Ph. E. of Pembroke the laſt ſurviving Truſtee for Charlot (then Counteſs Dowager of Derby) ſold it in her behalf to Hen. Savage and Will. Colgrane.

Jan. 1653. Sold by Lady Eliz. Finch, Orl. Bridgman, Ralph Bridoak, Hen. Savage, Will. Colgrane to Hen. E. of Kingſton, confirmed by Charlot Counteſs Dowager of Derby.

Sold

Sold by H. E. of Kingſton and Charlot Count. Dowager of Derby to Tho. Jordan, Stephen Brice, James Quaterman, Will. Wiſe, Lancelot Granger, Ric. Caſtel, and al . . . . . . . . Jun. 1653.

Hæc è ſchedula Rogerſiana. Nec eſt quod ipſe ea quæ deſiderantur ſuppleam. At quo minus Elizabetha eccleſiæ reſtitueret terras obſtabat magnatum aliorumque potentia qui poſſederant. Scopas igitur diſſolvere videbantur quicunque ad id faciendum monebant; quippe quæ noluit illos exacerbare quos ſibi amiciſſimos fore intelligebat ſi faveret, inimicos acerrimos ſi prædiis privaret. Quinetiam ipſa quoque exiſtimavit, Religionem Pontificiam extemplo in Anglia repullulaturam eſſe prædiis & emolumentis à Laïcis ablatis & uſibus quibus deſtinaverant fundatores pii aſſignatis. Neque mirum. Quotidie enim ejuſmodi argumenta offerebant Dynaſtæ quibus ſuaderent eccleſiam ditiorem opulentioremque eſſe quam ut Reginæ muneribus egeret; cunctaſque domos religioſas in eum finem fuiſſe conditas ut errores propagarent Pontificiorum, vitiaque ſub ſpecie virtutis tolerarent. Quam vero ἀνεμώλια atque vana fuerint ejuſmodi argumenta Inſtitutionis monaſticæ antiquitas ſatis evincebat. Quo tempore primum fuerit incepta ſummam vitæ innocentiam fuiſſe abunde teſtantur Annales. Nec quidem vita monaſtica in alium finem inſtituta quam ad virtutem & ſanctitatem colendam.

dam. Huc itaque collineare debuit Reformationis promotorum ſcopus, non ut exſcinderentur ſoloque æquarentur cœnobia aliæque Deo & pietati conſecratæ domus, ſed plane ut amoverentur homines flagitioſi omniumque vitæ ratio antiquitati fundatorumque inſtitutis eſſet congrua. Ceterum largiamur, Elizabetham in animo habuiſſe prædia eccleſiaſticis reſtituere, modo non diſſuaſiſſent Conſiliarii, quorum plerique & ipſi eorundem magna parte potiebantur, num itidem concedetur & ipſam eccleſiam reditibus non ſpoliaſſe, vel ſaltem ut iiſdem ſpoliaretur non permiſiſſe? Hoc quo minus concedamus obſtant majorum gentium hiſtorici, qui omnes in hoc ab ea erratum fuiſſe uno ore clamant, uti etiam veriſſimum eſſe teſtantur Codices aliquot calamo exarati, & nondum in lucem emiſſi. Quid? quod & quotidie [1] fere de Sacrilegiis regnante Elizabetha queruntur cum cleri tum & alii Eccleſiæ amici? Inde & verſiculi jam vivente regina, Eccleſiæ Bathonienſis parieti ſuffixi:

**O! Church I wail thy woofull plight,**
**Whom King nor Cardinal, Clark nor Knight**
**Have yet reſtored to ancient right.**

---

1. Vide ſis libellum ſupra citatum, cui titulus, **An humble Supplication to Her Majeſtie**, p. 54.

§. XXIX. Non

Maculæ hominum virtutibus inſignium non reticendæ. Anteceſſorum noſtrorum ſimplicitas.

§. XXIX. Non deerunt (ſic enim auguror) qui crimini dabunt, quod Elizabethæ macularum meminerim. Dicent nimirum ſatius fuiſſe oblivione obtegere. Sed è neſcio quibus argumententur Auctoribus. Opinionem enim ſtabiliunt neque Sacræ litteræ, neque ipſi etiam Scriptores exotici ſive civiles. Uti etiam nec ipſa ratio. Nam & ipſa pietas & religio ſuadent ea commemorare quæ & Principes maximi patrarunt, ſive laudanda ſive etiam damnanda. Nimirum ut ipſis venientibus in mentem rectius doceamur quid faciendum, quid demum ſit fugiendum. Nec alio fine ejuſmodi exempla memorantur in Codicibus ſacris. Neque alio in hiſtoriis civilibus, tam ſcilicet Græcis quam etiam Romanis. Imo neque alio in noſtris Britannicis. Hiſtoricus debet eſſe ὐδὲ φειδόμενος, ἢ ἔλεων, ἢ αἰσχυνόμενος. Ita Lucianus in libro de ratione ſcribendi hiſtoriam, qui & ἄπολιν, αὐτόνομον, atque ἀβασίλευτον vult eſſe; eadem plane de cauſſa, quia ut nihil veritati abſonum memoriæ eſt mandandum, ita libere de quocunque & quacunque re narratio eſt inſtituenda. Inde certe Diodoro Siculo (celeberrimo Græcorum hiſtoricorum, teſte Juſtino Martyre, & de cujus doctrina, innuente Euſebio Pamphili, magna fuit omnium Philoſophiæ ſtudioſorum opinio) uſitatum eſt ſuis narrationibus clauſulam, quæ aut laudem aut vituperium contineat, imponere; ſummis laudibus

auctores

auctores rerum inſigni cum prudentia aut fortitudine geſtarum proſequendos fuiſſe ducens [1], ut è contra inſigni cum temeritate, vel ignavia, vel improbitate geſtarum pro factorum meritis culpandos. hiſtoricorum vetuſtiorum nimirum ad inſtar, qui Annales conſcripſerant, voluminaque in tilias digeſſerant, ut cum proborum tum improborum exempla poſteritati pateſcerent. Tam virtutes quam vitia Cæſarum poſteris tradidit Suetonius. Neque heroum ſuorum voluptates tacite prætermiſit Heſychius Mileſius, cognomento Illuſtrius. Et ſunt Codices MSS. in Bibliotheca Bodlejana pariter atque aliis Bibliothecis exempla hiſtorica exhibentes illuſtrium Romanorum; in quibus tamen maculæ non reticentur. Collegerunt monachi; in uſum ſcilicet cœnobiorum. Tantum abfuit, ut cœnobia, quod ferunt Baleus [2] aliique, malorum eſſent latrinæ. Ex omnigenis hiſtoriis Polychronicon contexuit Ranulphus Ceſtrenſis. E re publica autem vitia celare non exiſtimavit. Et tamen Edwardo III. regnante floruit: quo tempore virtutes potius quam vitia illuſtrium ſi alias unquam erant commemorandæ; è tenebris latebrarum in lucem apertam tunc

1. Vide Prooem. lib. XV. Bibliothecæ Hiſt. 2. In mendaciorum faſciculo, quem inſcripſit, The Actes of Engliſh votaryes, comprehendynge their unchaſt practyſes and examples by all ages, from the worldes begynninge to thys preſent yeare, [1546.] collected out of their owne legendes and Chronicles. 8vo.

prode-

prodeuntibus Arthuro (invicto ſane principe, ſed de quo commentitia multa antiquorum ætas fabulata eſt)celeberrimiſque equitibus,tabulaque rotunda in eorundem memoriam renovata; eo itidem ſeculo ordine periſcelidis (anſa ſeu è ſubligaculo crurali Reginæ, vel potius Joannæ Comitiſſæ Cantii atque Sarisburiæ eximia pulchritudine feminæ, choreas expedite & laſcive agitantis, quod forte collapſum officioſe ac prompte, quippe qui Joannam deperibat, è terra ſuſtulit rex, ſeu ex alia neſcio qua, neque ſcire multum refert, re memorabili capta) nobiliſſimo inſtituto, non alio conſilio quam ut ad virtutes heroïcas exercendas incenderentur mortales. At monachi fidem in hiſtoriis texendis ſervandam eſſe cenſuerunt. Proinde & adulationes odio habebant, Hiſtoricis quidem aliiſque etiam ſcriptoribus indignas. Quin & eadem de cauſſa epitaphia brevia & ſimplicia eſſe voluerunt. Secus atque recentiores, qui prolixitatem affectant encomiiſque plerumque defunctos ornant à veritate maximam partem alieniſſimis. Brevitatis ſimplicitatiſque monaſticæ ſpecimen jam ob oculos habeo, epitaphium nimirum Ranulphi prædicti, è Codice Polychronici membraneo ac perveteri in bibliotheca Ædis Chriſti Oxoniæ beneficio amici eruditi & permodeſti Caroli Brent, A. M. & Ædis Chriſti Alumni à me exſcriptum. Sic enim ad finem Codicis manu vetuſta: *Corpus hujus*

*Ranulphi conditum eſt in monaſterio D. Wereburge in auſtrali parte templi juxta chorum prope oſtium quod ducit in cemiterium. Archus illi muro concavatus eſt. Inſcriptum fuit in muro*: **Non hîc ſub muro, ſed ſubter marmore duro.** *Oſtendit Mr. Bucſey.* Ita tamen ut antea antiquius fuerit epitaphium, haud dubie itidem breviculum, ſaxo nimirum inciſum humi jacenti, pro more ſeculorum priſtinorum, quibus columnas eccleſiarum ut in iiſdem marmora ſepulchralia figerentur mutilari non concedebant præſules, antiquitatis primævæ vere ſtudioſi. Non tamen diffiteor multos arcus in eccleſiis comparere Ranulphiano non diſſimiles. Ejuſmodi nuperrime vidi in itinere quod una cum doctiſſimo Rawlinſono proſpera uſus tempeſtate pedibus feci; nec tantum vidi, ſed & in Adverſariis calamo notavi. Viſuntur nonnunquam tam ab exterioribus quam ab interioribus partibus locorum ſacrorum. Hinc Arcus in parte exteriori eccleſiæ de Aldworth in provincia Bercherienſi, quo ita exigente ultimo teſtamento reconditur vir ille illuſtris de familia militari de la Beche quem **John ever afraid** perperam & plane ridicule appellat vulgus. Forſitan autem & in Polychronico comprehenſi ſunt Annales illi Ceſtrenſes de quibus in Catalogo Manuſcriptorum viri prænobilis & pereruditi Rogeri Moſtyn Baronetti, mihi à Patruo ipſius Richardo Moſtyn, de Penbedw, Armigero, viro plane

plane doctiſſimo, vitæque integritate ac morum probitate omnibus gratiſſimo, mutuo dato. At Polychronicon è Rogero Ceſtrenſi contextum fuiſſe colligunt eruditi è Codicibus Harleyanis. Sed hæc (per luxuriam) in re forte levicula. Simplicitas vero illa (de qua diximus) convenit etiam cum conſuetudine Romanorum, quam ad amuſſim referunt Inſcriptiones veteres, in quibus & iſta numeranda, è lapide pervetuſto in cubiculo Amici egregii Samuelis Palmeri, A. M. & Ædis Chriſti Alumni.

TI· CLAVDIO· DRVↄ . . .
CAESARI· AVG· GERM
PONT· MAX· TRIB· POT·
VIIII· IMP· XVI· COS· IIII·
P· P· CENSORI·
VIC·

Duæ poſtremæ voces ſuſpectæ fidei eſſe videntur. Nempe puto ab alio fuiſſe artifice. Neque novum hoc modo eruditis imponere. Nam Muretus impoſuit Scaligero, & deinde ipſi etiam Rob. Titius. Et tamen vera, non ementita eſt Inſcriptio Scipionis Barbati, ſecus atque conjecerat Gruterus. Quo minus nimirum de ea dubitemus efficit Sirmondi explicatio. Quin imo neque nova eſt pars poſterior Inſcriptionis Jellingenſis à magno Wormio in Monumentis Danicis protractæ & explicatæ. Contra Reenhelmii Objectiones vindicavit Wormii è filio nepos doctiſſimus; in Commen-

tario ſcilicet in Aræ Multiſcii Schedas de Iſlandia. Sed ſive ſpuriæ ſint ſive genuinæ voces illæ in Inſcriptione noſtra, ad Claudii proculdubio cenſuram ſunt referendæ, triumphumque illum, quem vocant, Britannicum ob victoriam contra barbaros inſignem reportatam. Quo tempore & nummi (quos neque viderat Occo, neque Mediobarbus) ſignati ſunt ſic inſcripti: TI. CLAVD. CAES. AVG. P. M. TR. P. VIIII. IMP. XVI. à parte ſcilicet antica, cum DE. BRITANN. figuraque equeſtri inter duo trophæa à poſtica. E quibus trophæis duplicem fuiſſe à Claudio anno imperii nono reportatam victoriam judicarit Camdenus; ſecus atque egomet ipſe, quum duplicem non commemorent Hiſtorici, mihique prœlii (in quo plures capti) pariter atque victoriæ magnitudinem potius denotare videatur. Nam & innumeri pene ſunt Romanorum nummi ad fortitudinem difficultateſque quibus milites ſunt obſeſſi indicandas. Tales plane plurimi Trajani. Talis etiam & ille ipſe argenteus Plotinæ, Trajani uxoris, (validiſſimæ apud virum potentiæ) in cujus parte obverſa, PLOTINA AVG IMP TRAIANI, in averſa, CAES AVG GERMA [non GERM tantummodo, ut Occo] DAC COS VI PP, cum figura muliebri (ipſius, ut opinor, Auguſtæ) ſedenti, dextra victoriolam, ſiniſtra haſtam. Quem nummum eximiæ raritatis (nam alium nondum vidi) poſſidet præſtantiſſimus Rawlinſonus. Et inde ſane colligo Trajanum

Trajanum gloriam è victoriis conjugi etiam adſcribi voluiſſe, [tantum abeſt ut cum aliis ad Plotinæ conſecrationem referrem.] Nec aliunde (ut conjectura aſſequor) nummi illi ænei Trajani eodem anno percuſſi, in quibus mulierem ſtantem videmus, dextraque coronam, ſiniſtra cornucopiæ tenentem. Eo fine, ut felicitas temporum declararetur, quam uxoris (eam enim figuram muliebrem referre exiſtimo) ſeu pietati ſeu fauſtitati tribui in votis habuit. Hunc enim in modum nummi à parte priori, IMP CAES NERVAE TRAIANO GER DAC PM TRP COS VI PP, à parte vero poſteriori, FELICIT AVGVST SC, ut AVGVST tam *Auguſtæ* quam etiam *Auguſti* denotet. Neque (ut id obiter adnotem) aliud quam *belli barbarici* (ut vocat Eutropius, *bellum* enim tum è Codd. MSS. tum è Pæanii Metaphraſi adjiciendum [1], niſi forte *ſoli* ex alio Codice malis, cui & Metaphraſtæ voces ἐν μέσοις βαρβάροις ſatis reſpondebunt) magnitudinem deſignant nummi argentei Trajani Decii cum DACIA, Daciæque inſigni (baculo ſcilicet in cujus ſummitate caput veluti equinum aut aſininum) quorum unum Exoniæ cum aliorum vi magna erutum nuperrime mihi donavit Joannes Walkerus, S. T. P. de Eccleſia Anglicana optime meritus ob librum in quo cleri calamitates ac fortitudinem durante bello nupero civili diligenter deſcripſit. Hunc autem nummum Walkerianum ea potiſſi-

1. Vide Ed. noſtram Eutropii, p. 117.

mum

mum de cauſſa commemoro, quod præclarum eſſe cenſeam, uti etiam reliquos quos innui Exonienſes nummos optimos eſſe exiſtimo, & è quibus urbis antiquitates egregie poſſint illuſtrari, multaque præterea ſcitu digna enodari. Simili itidem (quam diximus) ſimplicitati tribuenda eſt anteceſſorum noſtrorum ſeveritas in pœnis exigendis. Recte enim ſentiebant ex impunitate maxima graviſſimaque fere ſequi incommoda. Inde apud Saxones noſtros quædam ſcelera nullo pretio erant expiabilia. HVSBRECH, verbi gratia, BERNET, OPENTHEF, EBEREMORD ſive ABEREMVRDRVM, &c. de quibus in legibus antiquis. Nec quidem illis condonandum eſſe putabant, qui alios ad facinora atrocia perpetranda exacuerunt, qui in Mediæ Antiquitatis Reliquiis *Abbettatores* vocantur, quod nomen & nunc etiam eſt in uſu, ab Anglo-Saxonica a & ȝebeꝺan originem ducens. Quinetiam ex eadem ſimplicitate atque vitæ ſeveritate eſt quod & anteceſſores noſtri adulterium (idem quod Saxonibus *legerwita*) tantis pœnis vindicaverint. Inde in libro cenſuali, vulgo **Domeſday Book**, *Adulterium vel raptum faciens*, viii s. iiii d. *emendabat homo, & femina tantundem: Rex habet hominem adulterum, Archiepiſcopus feminam.* Et alibi: *Vidua ſi ſe non legitime commiſcebat*, xx s. *emendabat, puella vero* x s. Neque minus ſeveri Joannes Pecchamus & Robertus Winchelſeius archiepiſcopi Cantuarienſes, ut

tam

tam è Joanne Joſſelino quam è ſchedis ſuppreſſis Franciſci Thynni apud [1] Hollingſhedum (mihi à doctiſſimis viris mutuo datis) liquet. Et ne cenſeas ex comparatione cum hodierno pecuniæ valore has pœnas leviores fuiſſe, intelligendum eſt priſtinis illis temporibus æſtimationem nummorum longe aliter ſe habuiſſe atque in recentioribus temporibus. Adeo ut vacca pro ſolido, bos pro duobus, caballus optimus pro 10. væniret. Sed fuſius hæc in Chronico ſuo pretioſo, eximio quidem libello & rei antiquariæ ſtudioſis magno uſui, perſequitur doctiſſimus Fleetwodus Epiſcopus Elyenſis, cui pluribus nominibus me devinctum eſſe gratus agnoſco. Huc item terræ ſolidati referendi, uti etiam *adæ* in Appendice Flodoardi, pro qua voce tamen *acræ* vel *arcæ* forſitan reponenda, haud aliæ ſcilicet ab *acnis* veterum, quas ἀκαίνας ſive ἄκενας vocabant Græci. At Edmundus rex ante victoriam Normannicam adulterium affici juſſit inſtar homicidii, Canutuſque hominem adulterum in exſilium relegari: feminæ, naſum & aures præcidi. Huc etiam *Anagriph* ſive *Anagrip* veterum referendum. Neque alium in finem moꞇbel & ꝼolcmoꞇe, quam ad pœnas facilius ac expeditius ſumendas. Hanc antiquam diſciplinam laudaſſe videntur viri aliquot eruditi regnante Elizabetha, quum quererentur nimis levem fuiſſe pœnam tunc temporis adulterii.

1. P. 1460. c. 2. & 1462. c. 2.

§. XXX. Ce-

Incommoda è ſtrage domuum religioſarum tandem dolet Elizabetha.

§. XXX. Ceterum quamvis Elizabetha, ut jam ſupra innuimus, eccleſiæ reditus invitis proceribus non potuerit reſtituere, ſæpiſſime tamen domuum religioſarum catalyſim deplorabat, quippe quæ paulliſper lumina ſua mortalium rerum nube caligantia tergens perſpicue tandem cernebat vim ingentem malorum inde ſecutam eſſe. Ingemiſcebat tam multas familias ſplendidas quotidie pene flacceſcere ac diminui, viroſque ſacris ordinibus initiatos panniculis veſtitos huc illuc obambulare, & vulgi exponi ludibriis. Quid? quod & pauperum vices ſubinde etiam dolebat, qui olim in cœnobiis libere ſuſtentabantur, nunc vero vel furari cogebantur vel Parochianorum per totam Angliam benevolentiam impetrare? Inde & in Regni Comitiis hanc in rem leges rogabantur, quæ demum latæ parochias quaſlibet adigebant ad inopes tum pecuniis tum & victu adjuvandos. Et tamen hiſce legibus non obſtantibus etiamnum videmus permultos nebulones ignavos in vicis pariter atque viis publicis oberrantes, in magnum totius regni detrimentum. Hos **idle knaves** plerumque appellamus. At ſi ad priſtina ſecula reſpiciamus, rariſſime id genus hominum deprehendemus, in cœnobiis aliiſque domibus religioſis occupatorum, quo minus ignaviæ ſe dederent. Adeo ut etiam EDDEL KNABEN alio quidem ſenſu antiquitus uſurparetur; nimirum ut *pueros* vel *famulos nobiles*

*biles* denotaret. Neque aliud valuit æꝺel ðeinᵹ apud Anglo-Saxones. Inde & ipſe vulgus ſæpiſſime nunc etiam dierum **knave** eodem plane ſenſu commemorat. Quin & nonnulli ea occaſione Wiclefi verſionem Codicum ſacrorum allegant. At in illa verſione vocem eo ſenſu nondum comperi. Neque, quod quidem ſciam, compererunt Amici. Et tamen plures Codices in Bibliothecis adſervantur Wiclefi nomen præ ſe ferentes. Alii autem interpretis nullius nomen exhibent. E quibus eſt Codex membraneus elegantiſſime calamo exaratus, Novumque Fœdus continens, in Bibliotheca V. cl. Thomæ Rawlinſoni, qui haud aliam à Wiclefi verſione eſſe conjectura colligit, ut ex ipſius Adverſariis (charactere *T* ſignatis) exploratum habeo. Tales etiam & illi Codices membranei in Bibliotheca Ædis Chriſti Oxoniæ, quorum unus tota Biblia Anglice complectitur; in quibus vel **ſervaunt** vel **ſervauntis** occurrit, non vel **knave** vel etiam **knaves**. Neque aliter in aliis duobus Codicibus, uno penes prænobilem ornatiſſimumque Dominum Dominum Thomam Sebright Baronettum, altero penes amiciſſimum Etherickium è Collegio Novo, juvenem moribus ſuaviſſimis. Quid? quod & paucis abhinc annis mihi narraverit doctiſſimus Dodwellus nonnullos pignore neſcio quo hac de re certantes ad varios tum in Anglia tum in Hibernia locos miſiſſe, ut certiores quid de voce ſit judi-

candum fierent, reſponſum vero tuliſſe nullibi **knabe** in Codicibus reperiri? Adeo ut eo pene inclinet ſententia, ut cenſeam vocis ſenſum antequam floruerit Wiclefus fuiſſe mutatum; vel ſaltem in ſacris Codicibus locum invenire non fuiſſe permiſſum, hiſce præcipue qui in ſacris locis legebantur, quales certe illi in Bibliotheca Ædis Chriſti, è quibus illum obſervatione digniſſimum arbitror qui litteris paullo majoribus exaratus in uſum, ut videtur, ceſſerit vel lippientium, vel hominum nobiliorum, monialium præcipue aliarumque feminarum, in quarum gratiam in cœnobiis ejuſmodi Codices adornari ſolebant. Et conjecturam noſtram quam optime firmat Codex MS. penes Amicum pereruditum Richardum Dyerum, A. M. Collegiique Orielenſis Socium, qui olim ad Walterum Pollardum de Plymmouth pertinebat. Pollardus floruit anno XXIII. Henrici ſexti. Multa continet Codex iſte. Pleraque autem ad rem ſpectant Grammaticam. Et quidem nonnulla è Joannis Lelandi Grammatici (cujus in Hoſpitio Peckwatrienſi Oxoniæ, ni fallor, diſcipulus erat Pollardus) operibus exſcripta fuiſſe cenſuerim. Illis enim diebus Grammaticorum princeps fuit Lelandus, nihilque fere in Arte Grammatica legebatur niſi ipſe probaſſet, haud aliter atque poſtea pro Grammaticorum principe habebatur Guilielmus Lilius, qui tamen & ipſe Lelando multa accepta referebat. Imo *Monita* ipſa *Pædagogica*,

quæ

quæ vulgo Lilii nomen præferunt, non ſunt re vera ipſius Lilii, ſed potius Lelandi, ut è Codice quodam MS. in Bibliotheca Bodlejana colligo. Fateor tamen in quibuſdam mutaſſe ac emendaſſe Lilium. Sub finem Codicis Dyeriani libellus exſtat inſcriptus, **a litel boke of doctrine for ionge gentil men.** qualem etiam in Grammatica ſua Anglo-Saxonica & Mœſo-Gothica memoravit [1] doctiſſimus Hickeſius. In iſto vero libello inter alia hæc verba occurrunt: **a raſſe of knaves.** eodem nimirum ſenſu quo uſurpant recentiores. Verum his omiſſis, in gratiam Oxonienſium illud addamus, in cœnobio ſcilicet Oſneienſi (quo ob campanarum præſtantiam è Turri quadrata, cujus formam videas in icone *vad. Boum vet.* editioni noſtræ Guilielmi Roperi vitæ D. Thomæ Mori præmiſſa, ſonantium, advenarum vis ingens confluere ſolebat) aliiſque per Academiam religioni dicatis domibus, præter alios egenos infimæ ſortis ſtudioſos quotidie nutritos fuiſſe. Rumor de tantis benevolentiis paſſim percrebuit. Nec mirum proinde tantum illis temporibus ſtudioſorum numerum in Academia fuiſſe; præcipue ſi perpendatur ac trutinetur, huc miſſos fuiſſe pueros litteris Grammaticalibus imbuendos, qui & in Aulis ſive Hoſpitiis Grammaticalibus docebantur, pariter atque in Scholis Collegiis adnexis. Adeo ut inter Studioſos pueri itidem ſint nu-

1. Pag. 154. Ed. fol.

 merandi,

merandi, qui etiam & ipſi è clero fuiſſe cenſebantur, (non aliter atque nunc temporis *clerum* quoque choriſtas cunctoſque etiam togatos Academicos appellant Ruſtici, quibus favent & ipſa appellatio in Jure Canonico) neque alio nomine ſæpiſſime veniunt in Commentariis & Annalibus carminibuſque illis (in Lelando noſtro excuſis) de pugna illa inſigni (longe acriori certe illa quæ Henrico III. regnante acciderat, & de qua fragmentum metricum è Roberto Gloceſtrenſi, in omnibus Codicibus, tam nimirum Bodlejano quam & aliis, quos hactenus verſare licuit deſideratum, apud Hiſtoriam & Antiquitates Univerſitatis Oxonienſis exſtat [1],) inter Scholaſticos & oppidanos regnante Edwardo III. In qua pugna primum vicerunt Scholaſtici. Unde ira commoti oppidani è rure plebem evocarunt. Quo pacto numero & robore quadruplo auctiores ipſi ex improviſo claſſicum cecinerunt, tandemque (nam ad bellum utrinque nunc conclamatum) victores evaſerunt, hoſpitia diruerunt, ſtudioſoſque (qui in latebras ſeſe abdiderant) miſerum in modum interfecerunt, occidione omnes occiſuri, niſi ipſa auctoritas regia interveniſſet. Et hanc ſtragem hunc uſque in diem luunt Oppidani. Idque jure merito. Quippe qui Scholaſticos in hoſtium numero fere habent, quantumvis ab ipſa pendeant Academia. Adeo ut quo pauciores

1. L. I. p. 112.

in

in Academia commorantur Scholaſtici, eo pauperiores ſint oppidani, abſentiam proinde Scholaſticorum durantibus vacationibus plerumque lugentes. Hinc antequam diſſolutæ fuerint domus religioſæ plures in Academia artes floruerunt, quæ & ipſæ tunc temporis deficiebant. Illis itidem ſeculis multi Codices Oxoniæ in lucem prodierunt in gratiam puerorum rei Grammaticæ operam dantium, huc proinde multis accedentibus artificibus qui illorum uſui pararent, ſcribis ſcilicet (jam arte typographica inventa, typographis) ac bibliopegis, aliiſque quorum in negotiis expediendis auxilia poſtulabant Academici. Et iſti artifices in vicis quibuſdam artes exercebant, eo nomine celeberrimis, licet eorundem notitia nunc pene perierit, è chartis utique exeſis aliiſque vetuſtatis reliquiis eruenda. Inde & in Aularum veterum Catalogo [1] **Bokebinders Hall** in Parochia S. Mariæ Virginis memoratur. Quæ Aula regnante Edwardo III. maxime floruit, Academicis, Richardi de Bury, ſive Richardi Aungervile, epiſcopi Dunelmenſis, exemplo, bibliothecas inſtituentibus, *antiquarioſque, ſcriptores, correctores, colligatores, illuminatores, & generaliter omnes qui poterant librorum ſervitiis utiliter inſudare*, ut verbis utar ipſius Richardi de Bury [2], ſive potius Roberti Holcot de ordine Prædicatorum

1. In Collectaneis meis MSS. Vol. LIV. p. 172. 2. In Philobiblo, cap. 8.

dicatorum (qui Philobiblon ſub nomine dicti epiſcopi re vera contexuit [1],) haud procul à bibliothecis locari curantibus. Neque dubitandum quin Aula, quam diximus, repleta fuerit ejuſmodi artificibus, ut prope eſſent bibliothecam Cobhamianam ſupra veterem Congregationis Domum, in Septentrionali B. Virginis cœmiterio ſitam [2].

Ad dolores levandos libros de Conſolatione evolvit & perlegit, Boëtiumque in linguam vernaculam vertit.

§. XXXI. Ad dolorem ob tot incommoda, in quibus & Regis Galliæ qui Religionem mutaverat infortunium cenſendum, aliquatenus levandum, Elizabetha jam vergens ætate, diligentius quam hactenus ſtudiis incubuit, eos præcipue libros legendo qui de Conſolatione agerent. Tam Græcas quam Latinas litteras, ut jam ſupra obſervavimus, callebat. Ideo nihil in præſtantiſſimis Auctoribus ipſi difficile videbatur. Quin & recentiores etiam Scriptores evolvit quos ingenio, quos ſtudio, quos doctrina præditos videbat, quorumque vitam conſtantem & probatam intelligebat. Nam in homine virtutis & integritatis opinio valet plurimum, tam apud Principes quam vulgum. Itaque ad fidem faciendam teſtimonia virorum probitate clarorum adduci ſolent. Atqui ex omnibus Auctoribus qui de Conſolatione ſcripſerunt vix celebriorem Boëtio invenias. Ciceronis enim hac

1. Lelandi Itin. Vol. III. p. 64. Vide item Notas noſtras in Tomum II. Lel. Coll. p. 299. 2. Hiſt. & Antiq. Univ. Ox. l. II. p. 48.

de

de re exercitationem periiſſe probarunt eruditi, Sigoniique plane fœtum eſſe quæ Ciceroni vulgo tribuitur. Nihilo ſecius fateor & hoc ipſum Sigonii opuſculum cum primis eſſe eruditum & eloquens. Nec quidem diffitendum Ciceronis ipſum de Senectute librum ſummam itidem perlegentibus conſolationem adferre, bonis præſertim illiſque qui vitam tranſegerint ſcelerum immunem, & in pietatis ſtudio ſemper proficientes, uſque ad canos & ſenectutis metam pervenerint. Boëtius autem noſter idem ille eſt quem in linguam Anglo-Saxonicam vertit Ælfredus Magnus, Anglo-Saxonum rex inclytus, Academiæque Oxonienſis, in qua Aulas aliquot ædificavit, à Danis perditæ renovator. Et hoc ipſe etiam fecit Ælfredus ad animum levandum adverſis jam preſſus & ab hoſtibus ſeceſſum quærere veſtemque & vultum mutare coactus. Hæc verſio Ælfrediana plurimi æſtimatur à doctis, linguæ Anglo-Saxonicæ peritis. Itaque è ſitu annis abhinc undeviginti eruit Chriſtophorus Rawlinſonus, Armiger, ſuperioriſque ordinis è Collegio Reginæ Oxoniæ Commenſalis, juvenis doctiſſimus, candidiſſimoque pectore, & de antiquitatibus noſtris optime meritus. Et de hac verſione audiverat Elizabetha. Nequiit tamen uti majorum linguæ imperita. Exſtitit tamen, ut opinor, in Bibliotheca ejus, à Lelando forſitan in itinere comparata. Potuit etiam unus & alter Elizabethæ inter-

interpretari. Sed quomodocunque hoc ſit, fuit certe alia verſio quam perlegiſſe Elizabetham nullus dubito. Galfredi nimirum Chauceri, Poëtarum Anglicorum principis, (etſi aliquot Edmundum Spenſerum concivem, uterque enim Londinenſis, non tantum ipſi parem, ſed & ſale, facetiiſque pariter atque poëtica facultate ſuperaſſe judicant) cujus opera nuper emaculavit doctiſſimus Urrius, vir probitate atque fide nulli ſecundus, brevi proditura Amicorum cura Urrio ad Superos migrante priuſquam typis fuerint mandata. Potuit item aliam verſionem perlegere Elizabetha, quam & ipſam in Bibliotheca ipſius fuiſſe adſervatam exiſtimo, à Chauceriana quidem omnino diverſam, metricam nempe quum Chauceriana ſit proſaïca. Excuſa fuit, quod animadverſione plane dignum, in cœnobio de Taviſtock in quo litteras Anglo-Saxonicas (à Spelmannis, Junio, Mareſcallo, Hickeſio, aliiſque viris maximis, quorum nomina veneror, proximo ſeculo reſtauratas) docebant monachi uſque ad catalyſim. Hoc liquet è nota ſequenti ſub finem: **Here endeth the Boke of comfort called in latyn** *Boëcius de conſolatione Phie.* **Enprented in the exempt Monaſtery of Taveſtok in Denſhyre. By me Dan Thomas Rychard Monke of the ſayd Monaſtery. To the inſtant deſyre of the ryght worſhypful eſquyer Mayſter Robert Langdon.** *Anno d'. MDXXV. Deo Gracias.* Bina tantummodo ejuſdem

dem exemplaria vidi excuſa. De verſione autem fuſe egi in litteris ad cl. Bagfordium, (virum plane mirabilem, natura doctum & ſagacem, ſummiſque encomiis dignum) in quibus & monui Joannem Waltwnem ſive Waltunem interpretem fuiſſe. Is vero quiſnam fuerit, vel quonam ſeculo vixerit, enarrare nequii. At ex quo litteras obſignavi, Canonicum Oſneienſem fuiſſe intellexi. Sic enim ad calcem verſionis Codicis MS. in Bibliotheca Ædis Chriſti: *Explicit liber Boicii de Conſolacione Philoſophiæ de Latino in Anglicum tranſlatus per Johannem Waltonum nuper Canonicum de Oſeneye anno domini milleſimo CCCC. decimo.* Huc accedit verſio quarta, quam & ipſi etiam conſulere licuit Elizabethæ. Neque dubito quin & hanc quoque ob oculos habuerit, utpote ſorori ipſius dicatam. Prodiit anno MDLVI. in 4to. Auctor erat Georgius Colvile alias Coldewel. E regione ipſum textum Latinum exhibet. In gratiam ſcilicet tironum, eo modo quo & alios melioris notæ libellos illo ſeculo excudebant. Sed quorſum verſiones memoravimus? Nempe ut manifeſtum ſit quanti Boëtium æſtimaverint majores. Nam vertebant in linguam vernaculam in illorum uſum qui ſermonis Latini erant expertes. Haud aliter atque Thomam à Kempis ſæpiſſime itidem verterunt noſtrates, qui in Codice præſtantiſſimo Dodwelliano (in quo liber nondum impreſſus) Thomas Kemper diſerte vocatur. Verum Eli-

zabetha noſtra verſionibus non fidendum eſſe præclare ſciebat. Itaque quum ipſa linguæ Latinæ eſſet peritiſſima ipſum textum adhibuit, & quotidie uſa eſt, utpote quæ adoleſcentula librum etiam perlegerat audiente Aſchamo præceptore. Nec quidem legit tantummodo, ſed & floſculos pro more ſuo ex eodem excerpſit. Quin & jam ætate provecta opus omnibus numeris abſolutum eſſe perſentiens, ut facilius memoria teneret novam in ſe ſuſcepit ejuſdem verſionem. Et hanc ad umbilicum feliciſſime perduxit, teſte Camdeno, qui viderat. Forte & hodie etiam exſtat inter κειμήλια vere regia, quorum alia in publicis, alia in privatis conſpiciuntur bibliothecis, & in his aliquammulta Elizabethæ eſſe deprehenduntur, præclare ſane inchoata (nam ſapiens erat ſententiis, ipſius amabiles mores ſignificantibus) ſed perfecta non plane, utpote quibus manus extrema non acceſſit. Ex hoc opere mirum eſt quantum ſolatii reportaverit Elizabetha. Quippe quæ prius criminum ſibi conſcia, tandem in conclavi ſecum ſubduxit rationem cujuſnam potiſſimum libri auxilio conſcientiæ cruciatus (peccatorum ſemper comes, quoque nihil eſſe miſerius inter omnes convenit) ſanaretur. Hunc autem, ſecundùm ſacros Codices, re vera eſſe Boëtium pro comperto habebat. Hinc ſæpenumero ancillis aliiſque à latere declarabat nullos ſuavius vivere, quam qui pie ſanctęque vivunt; nullos

miſerius

miſerius & afflictius, quam qui vivunt impie, non tantum vino, ſed amore, ira, avaritia, ambitione, aliiſque omnibus pravis cupiditatibus (quibus & ipſi principes non raro notantur) temulenti. "Imo," indice porrecto inquiebat, "agricolæ illi, quos conſpicitis, tenuiter ac viliter amicti, vigiliiſque ac laboribus attenuati, "adeoque paupertate preſſi ut forſitan teruncium non habeant in orbe, delicioſius ſuaviuſque re vera vivunt, modo adſit bona mens "& recta conſcientia (qua ex alacritate frui "non eſt quod dubitemus) quam nobiles convivantes, nudi omni virtute, conſcientiæque "ſtimulis frequentiſſime agitati Orcumque & "ſupplicium æternum miſerum in modum exſpectantes. Contra rem ipſam diſtincte, & "ut oportet conſideremus, & videbimus illos "ipſos quos pro pauperibus habemus divitiis "eſſe locupletatos. Deum enim habent propitium, cui etiam confidenter loquuntur, neque Inferos metuunt, in pectore eum gerentes "quem & ipſi tremunt Dæmones. Nam hominum bonorum mentem templum eſſe Dei, è "Sacra Scriptura diſcimus. Ideo vir pius mortem ipſam invincibili gaudio ambabus manibus, ut dicunt, apprehendit, nullum felicitatis "detrimentum facturus ſi ad intima Tartari demergatur. Nam oculus non vidit, neque auris "audivit, neque in cor hominis aſcenderunt, quæ "ſolatia Deus paraverit diligentibus ipſum."

 §. XXXII. Eli-

Cum ob alia, tum ob Mendozæ Hiſpanorumque aſtutias animo angebatur Elizabetha. Fragmentum de Mendoza è Joanne Hotmanno Juriſconſulto.

§. XXXII. Elizabethæ autem dolores (nam neque hoc ſilentio diſſimulandum) præter alia vehementiſſime auxerunt diſſidia ex Hiſpanorum artibus orta, qui ægre tulerunt Mendozam legatum apprehenſum & deinde aliquandiu fuiſſe detentum ab ipſa. Mendoza in Hiſpaniam rediens ea de cauſſa regem exagitavit, qui ſummam ſibi injuriam illatam exiſtimans, miniſtrum ab Elizabetha miſſum ad facinus excuſandum coram audire dedignabatur. Quamvis enim Elizabetha *docta*, *erudita*, *omneſque artes eſſet virgo* (quod de virgine quadam Romana, quæ anno ætatis XIIII. diem obiit, in Inſcriptione veteri aſſeritur [1]) & nihil non tentaret quod Hiſpanum placaret, rerumque Anglicarum ſtudioſum redderet, is tamen callide egit, palamque oſtendit ſe vindicem eſſe legatorum contumeliis laceſſitorum. Proinde Elizabethæ miniſter, nullo cum Rege colloquio habito, dimiſſus, animo angebatur, & in Angliam redux, rem totam verbis retulit Elizabethæ, quæ iterum iterumque animo volvebat. De hoc negotio commentariolum confecit Camdenus, in quo tamen nonnulla diſcrepant ab iis quæ de eodem negotio ſcripſit Joannes Hotmannus,

1. Vide libellum rariſſimum, qui inſcribitur, *Epitaphia & Inſcriptiones lugubres. A Guilielmo Berchero, cum in Italia, animi cauſa, peregrinaretur, collecta. Excuſum Londini in ædibus Johannis Cawodi Regiæ Majeſtatis Tipographi. Anno Domini.* M.D.LX.VI. *Cum privilegio ad imprimendum ſolum.* 4to. pag. 5.

mannus, Juriſconſultus, Franciſci Hotmanni, viri doctiſſimi & clariſſimi, filius. Sic enim Hotmannus (nam verba [1], mecum in ſeceſſu litterario communicata à Roberto Kecko, è Templo Interiore Londini, Armigero, viro præſtantiſſimo ingenio, & flagranti ſtudio, reique antiquariæ peritiſſimo, conatuumque noſtrorum fautore ſummo, ſubjicere non pigebit:) "Au "fait de l' Ambaſſadeur d' Eſpagne (il y a en-"viron trente ans) la feu Reine d' Angleterre "n' uſa de main-miſe, ains lui donna quinzaine "pour ſortir hors de ſon Royaume. Ce ne fut pas "ſans conſulter s' il y avoit droit de le retenir "et chaſtier; diſans, qu' en vain ſe jette dans la "franchiſe des gens celuy qui viole le droit des "gens: et y en avoit aſſez d' exemples: ou du "moins ſi on le feroit garder tant qu' on en "eût averti et demandé raiſon a ſon maiſtre. "Me trouvant pour lors en la Court d' Angle-"terre, quelques Seigneurs du Conſeil et des "plus grands, me firent l' honneur, comme pa-"reillement au feu Docteur Alberic Gentilis, "d' en vouloir entendre noſtre avis; bien que "ce Royaume la ne manque de perſonnes d' "experience et d' erudition: nous leur diſ-"mes que le plus expedient et ordinaire "moien & le plus ſalutaire a l' Eſtat, eſtoit d'

1. E libro cui titulus, *De la Charge et Dignité de l' Ambaſſadeur: par Jan Hotman Sieur de Villiers. Quatrieme edition augmentée et meilleure. A Paris* 1617. Chapitre 4.

"en

"en avertir ſon maiſtre et attendre l' aveu ou
"le deſaveu: mais le gentil-homme qu' ils y
"envoierent, ne fut ni veu ni oüy du feu Roy
"d' Eſpagne; qui ſe faiſoit excuſer ſur ſon in-
"diſpoſition, afin de n' avoir a reſpondre ſur
"l' aveu ou le des-aveu, d' autant que ſes deſ-
"ſeins de long tems projettez ſur l' Angleterre
"eſtoient, comme on diſoit, trop découverts;
"et d' ailleurs il ne vouloit, comms Prince ge-
"nereux, ni mentir, ni abandonner celuy qu' il
"avoit poſſible mis en beſogne."

Libros itidem ludicros perlegebat Elizabetha.

§. XXXIII. Verum enimvero non eſt quod cenſeas ex illis quæ diximus iis tantummodo libris, qui de Conſolatione agunt, jam ſeneſcentem delectatam fuiſſe Elizabetham. Nam & illos etiam animi gratia identidem evolvebat, qui utcunque ludicri, nihil tamen continent quo boni mores corrumpantur. In quibus equidem jure optimo numerandi veteres. Imo quo vetuſtiores ſunt auctores, eo plerumque à verbis obſcenis ſunt purgatiores. Quo nomine & ipſi Patres eccleſiæ perlegebant. Mirum autem eſt quantum voluptatis ex iis percipiant eruditi. Neque minus proinde & ipſa Elizabetha. Adeo ut vir ille diſertiſſimus Daniel Rogerſius, qui legati ſive oratoris publici in partibus tranſmarinis regnante Elizabetha vicibus non ſemel perfunctus eſt, non abſurde hæc ſcripſerit ad initium Codicis cujuſdam (mihi dono dati ab amico egregio ex Æde Chriſti) tractatus

tractatus varios perraros complectentis:

*Votum* τοῦ φιλοβίβλου
παρῳδικῶς *expreſſum,*
*ex Eurip. Herc. fur.*

Μή μοι μήτ' Ἀσιήτιδος
Τυραννίδος ὄλβος εἴη,
Μὴ χρυσοῦ δώματα πλήρη
* Τῶν βιβλίων ἀντιλαβεῖν,
Ἃ κάλλιστα μὲν ἐν ὄλβῳ,
Κάλλιστα δ' ἐν πενίᾳ.

* Pro [τῶν βιβλίων] legitur [τᾶς ἥβας] apud Poëtam, Juventutis bona prædicantem ſub Chori perſona.

*Latine ſic,*
*Mihi haud ſient vel Aſiatici*
*Opes ſuperbientis imperI,*
*Domus vel auro plena fulgido,*
*Libris modo ipſe perfruar bonis,*
*Vitæ brevis ferentibus ſolatia*
*Optima divitibus,*
*Optimā pauperibus.*

§. XXXIV. Hoc modo quo explicuimus publicis privatiſque negotiis diſtenta Elizabetha vitam laudabiliter agebat, ſpatiumque ſeptuaginta pene annorum emenſa, ſummo cum gemitu ſubditorum animam cœlo reddidit, corpore partim laboribus partim doloribus diſcruciato & mire mutato, facieque rugis adeo tracta ut etiam contemptui eſſe cœperit. Quod quidem cum propria obſervatione tum aliorum indiciis quam optime ſciebat, & impatienter ferebat, utpote quæ ætate etiam decrepita pro pulchra

Animam cœlo reddit ætate devexiore; qua tamen pro pulchra haberi voluit.

pulchra haberi voluit, vehementerque iraſcebatur ſi quis minus formoſam eſſe prædicaret. Eſſexii igitur imprudentia valde inflammavit qui effutierat illam jam vetulam non minus animo quam corpore eſſe diſtorto. Imo infirmitatibus obnoxa ſi quando formam propriam in ſpeculo adſpiceret, indignatio idcirco illico erumpebat quod jam ætate ſenili laborans adoleſcentulæ ſpecies non compareret. Itaque quotieſcunque per conclavia cubiculaque ubi ſpecula adſervabantur tranſitura erat, ſpecula amovebant famulæ ne vultum forte fortuna conſpiceret, & è mutationis contemplatione iracundia incenderetur. Morbo correpta (nam valetudine proſperrima quaſi adhuc gaviſa fuerat) medicorum conſilia & auxilia aſpernari, & nihili æſtimare videbatur ; quippe quæ temperantiam medicinam optimam eſſe, nihilque in ſenectute ſi ea obſervetur medicis opus eſſe putabat. Ad mortem uſque hiſtoriam deduxit Camdenus ; longe tamen contractius quæ eo ſpectant litteris prodidit quam exoptant multi. Atqui in hac parte ideo mihi defeciſſe videtur quod aliis neſcio quibus negotiis (quorum moles, jam valetudine in deterius inclinante, pene oppreſſit) fuerit diſtrictus & abreptus, morteque ipſe etiam impeditus quo minus omnia ea copia verborum exornaret qua inſtituerat. Veritati conſentanea eſſe quæ dixerim inde liquere exiſtimo quod in Codice Smithiano ſchedulam

dulam invenerim, cujus auctor fuerit Camdenus, anno M.DCIII. conſcriptam, in qua plura de Elizabethæ obitu in impreſſis Codicibus deſiderata, quam hîc loci exhibere libet. Nec dubito quin æqui bonique conſules ſimul atque intellexeris eo conſilio ſcripſiſſe Camdenum ut typis excuderetur, & Smithum etiam noſtrum divulgare in animo habuiſſe, ſi vita ſuppeditaſſet. "Hac eadem hieme Elizabetha Angliæ Regi-"na ingraveſcente jam ætate, (annum enim "ætatis ſeptuageſimum, qui climactericus erat, "egit) in lentum morbum apud Regiam Weſt-"monaſterii incidit, eundemque auxit incle-"mentia cœli, quando poſt natalitia Chriſti "inde Richmondiam ad Tamiſim conceſſit, ut "otio, quod belliſſimum eſt ſenectutis ſubſi-"dium, frueretur. Sed indies magis magiſque "invaluit morbus, vitalique humore ſenſim de-"ficiente contabuit, opem omnem medicam, "ut antea ſemper vegeta ætate, nunc maxime "averſata. Moroſior etiam & magis anxia tum "ex ſenectute, tum ex eo, quod in illa ætate "miſerrimum, ſe ſuis minus eſſe gratam ſen-"ſerit, quum jam omnes alium *Solem orientem* re-"ſpicerent, Jacobum ſcilicet Regem Scotorum, "cujus juri in ſucceſſione, licet pro prudentia "minus aperte, ſemper tamen pro æquitate "vere favebat. Male etiam illam habuit, quod "bellum maximis impenſis in Hibernia contra "nefarium Rebellem, Hugonem O-Neal, quem

"ad dignitatem Comitis Tir-Oen evexerat, "ſuſceptum, ex incuria militum, qui bellum "quovis modo protrahere ſtuduerunt, ſive lo-"corum difficultate ſucceſſu caruiſſet: qui ta-"men à Barone Montjoyo eo tempore ita pro-"fligatus, ut paucis ante ejus mortem diebus "pacem ſupplex peteret & in pacem fuerit re-"ceptus. Interim Gallus per legatum ſuum "nihil non movit ad ſeditionem concitandam, "quo minus duo diviſa Britanniæ regna, An-"glia & Scotia, in unum coaleſcerent. Sed "fruſtra: quum omnes omnium ordinum ho-"mines, licet religione diſſidentes, de Jacobo, "qui indubitatus erat Regni heres, ſpem opti-"mam concepiſſent."

Alexandri Nowelli in Ænei Naſi Collegium munificentia.

§. XXXV. Ageſis nunc Præfationem claudamus. In hac expoſitum eſt, ut potui breviſſime, (licet equidem non dixerim brevius, quam res petebat,) de omnibus quæ percurrenda ac tangenda duximus. Ideoque, ut ſpero, cumulate ſatisfactum eſt voluntati tuæ. Imo, ni fallor, plura quam à te deſiderata erant ſum complexus. Nam in ejuſdem contextu præter alia illuſtravimus quemadmodum Elizabetha educata, quemadmodum inſtituta, morataque fuerit: tum quæ bene, quæque male geſſerit ſumma fide breviter indicavimus. Non deſunt tamen qui illa etiam notanda cenſeant in quibus ab aliis ſcriptoribus diſcedit Camdenus. Verum noſtrum non eſt commentarium ſcribere. Neque

que placuit molem minus neceſſariam ſtruere. Nam tametſi cauſſa hæc poſtulaſſe videatur, tamen quia poſtulare videtur, non flagitare, præterire viſum eſt; utpote de quibus non neceſſe habeo dicere ea, quæ me cupiunt amici, utcunque litterati, commemorare. Id velim credas, Camdenum à veritate (cui litaverat) opera dedita non aberraſſe, illos neutiquam audientem qui anilibus fabulis noctem protrudere ſolent. Nam ego ſic exiſtimo, Camdeni errores vel infirmitati humanæ (nam humanum eſt errare) vel teſtimoniis quæ ſecutus eſt tribuendos eſſe. Juxta mecum etiam ſentiunt cl. Smithus aliique non pauci ſcriptores maximi, & in rebus noſtris verſatiſſimi, qui omnes narrantis probitatem ſignificarunt, exiſtimationemque vindicarunt quotieſcunque in controverſiam venit. Id genus error ille (ne alia cieam exempla) de Alexandri Nowelli in Collegium Ænei Naſi Oxoniæ munificentia. In hanc ſententiam verba ſe habent[1]: *Collegium Ænei Naſi Oxoniæ, ubi educatus, annuis ducentarum librarum reditibus ad tredecim ſtudioſos alendos adauxit.* Id quidem verum eſt, Nowellum collegium adauxiſſe annuo reditu ducentarum librarum. At ea conditione dedit, ut ſexaginta quinque marcæ, ſive quadraginta tres libræ, ſex ſolidi, & octo denarii tredecim ſtudioſis ſive ſcholaribus (cuilibet nimirum quinque marcas, ſive tres libras, ſex ſolidos, & octo denarios

1. Pag. 905.

 in

in ſexennium quotannis percepturo) triginta libræ Archididaſcalo & Hypodidaſcalo ſcholæ publicæ de Middleton in agro Lancaſtrienſi ſingulis annis ſolverentur, pecunia vero quæ ſupereſſet in Principalis, Sociorum, Collegiique uſum (ſingulis quoque annis ſolvenda) cederet. Hæc è chartis authenticis me docuit Amicus eruditus & verecundus.

Tractatus de Succeſſione à nobis de induſtria omiſſi. Mantiſſæ tamen loco de Reginæ Scotorum morte libellum edidimus.

§. XXXVI. Dum ſub prelo opus ferveret plures ad nos amicorum beneficio pervenerunt tractatus de Succeſſione regia, quos otium nactus lectitavi, non alio conſilio quam ut de eadem ipſemet judicarem. Nec eſt quod publicationem eorundem à nobis exſpectes, quum hac de re multi jam exſtent libri ſummo acumine parique eruditione contexti, idque etiam à viris probitatis laude venerandis. Sed quum inter hoſce tractatus librum exilem invenerim de morte Reginæ Scotorum præſtantiſſimæ, (in qua dixi ingenium ſummum fuiſſe, ſummasque virtutes) mecum ab Amico erudito Richardo Rawlinſono, Thomæ fratre, communicatum, omniaque in eo lectu digniſſima videantur, ea de cauſſa mantiſſæ loco ſubjungendum duxi; una cum nonnullis eandem in rem è Guntoni Hiſtoria eccleſiæ Cathedralis Petriburgenſis.

Amicis gratiæ immortales agendæ. Meadorum encomium.

§. XXXVII. Jam nihil reſtat quam ut gratias agam operis promotoribus; in quibus certe eminet Richardus Meadus, M. D. vir omnibus

omnium

omnium virtutum numeris abſolutus; qui ante annos aliquammultos non tantum per litteras, amoris pleniſſimas, verum etiam per alia animi indicia ſignificavit ſe ſtudia noſtra laudare & probare, conatibuſque publicis impenſe favere. Imo tanta eſt ipſius erga me (& tamen nomen meum in eruditorum albo neutiquam ponendum) benevolentia, ut etiam cum aliis divinæ cujuſdam indolis & exquiſitæ eruditionis hominibus (in quibus ſane cenſendus eſt frater ejus natu major Samuel Meadus, juriſconſultus ille celeberrimus de patria & de omnibus bonis litteris optime meritus, in quo ab hiſtoria noſtra & antiquitate inſtructiſſimo ſingularem ſapientiam una cum eleganti doctrina conjunctam reperiunt clientes) provocet & incitet qua præmiis qua & hortationibus ad antiquitates hiſtoriaſque Britannicas excolendas, & ad Codices præſtantiores è ſitu atque tenebris eruendos nitorique ſuo reſtituendos. Adeo ut his ſtimulis incitatus ac incenſus plura volumina in lucem ediderim; non quod confiderem me præclarum aliquid docere poſſe, ſed libuit Auctores celebres à tineis atque blattis vindicando & typis mandando aliis, doctrina recondita præditis, & ad majora tendentibus viam munire, quo clare & dilucide ſententias de variis argumentis ad rem antiquariam & hiſtoricam pertinentibus, proferrent, & deinde caſtigatius quam hactenus ab ullis factum eſt de iiſdem ſcribe-

ſcriberent. Atque in iſtis voluminibus illa profecto ſunt numeranda quæ nunc emitto, Camdeni eruditiſſimi Annales regnante Elizabetha complectentia, quæ Academicis eo gratiora fore exiſtimo, quod Auctor Academiæ Oxonienſis alumnus eſſet, eamque munificentia ſua ditaverit; cujus exemplo & Medicus clariſſimus, quem dixi, Richardus Meadus Ædem Chriſti (in qua bonis litteris tam Camdenus vacabat, quam & magnus ille Aldrichius cujus ſummam eruditionem docti omnes ſuſpexerunt) totamque proinde Academiam beneficiis haud contemnendis cumulavit. Quinetiam poſteritati, poſtquam fatis conceſſero, teſtimonium erit hoc opus meæ erga amicos ſummæ obſervantiæ, præcipue erga Meadum illum, de quo locutus ſum, cum ob eruditionem ſingularem judiciumque acerrimum, tum ob eximias & rariſſimas ingenii dotes, animi candorem, morum ſuavitatem, Medicinæ peritiam (quippe qui inter Medicorum principes jure optimo numerandus, ſcientiaque non ſemetipſum modo, ſed & patriam quoque ſuam illuſtrat) diligentiamque admirandam in antiquitatis omnigeniſque ad rem litterariam ſpectantibus monumentis colligendis & coacervandis. Itaque obſecro Meadum alioſque per immortalitatem illam quæ ipſum ipſiuſque ſimiles manet, ut Camdeni Annalium editionem hanc noſtram, ipſius fratriſque (qui, ut jam innui, ſummam ingenii & doctrinæ

doctrinæ non laudem modo, ſed etiam admirationem eſt conſecutus) auſpiciis ſuſceptam ſumptibuſque promotam boni conſulant & in muſéis ſuis tanquam votivam grati animi tabulam appendi permittant.

Uti etiam Joannis Bridges Armigeri, cui Elizabethæ iconem debemus.

§. XXXVIII. Sed & gratiæ etiam maximæ nominatim habendæ Amico illi noſtro ſupra laudato, Joanni Bridges Armigero, varia multiplicique doctrina ornatiſſimo, induſtriaque in bonis litteris excolendis, & in libris præſtantioris notæ ſeligendis ac colligendis ſumme colendo, cujus curæ ac impenſis debemus effigiem Elizabethæ elegantiſſimam ad initium operis è prototypo in *miniatura* (quam vocant) expreſſo à Georgio Vertue Artifice plane peritiſſimo ſculptam. Annum ætatis viceſimum quintum, ut videtur, jam agebat Princeps Sereniſſima quum pinxit Hilyardus, qui ſane tanta uſus eſt ſubtilitate, ut gloriam tuliſſe non poſſis non fateri. Quin & mihi argutias vultus,elegantiam capilli, venuſtatem oris, totamque ſymmetriam ſpectanti, ingenue eſt fatendum, picturam hanc omnes quas hactenus vidi virginis regiæ atque ornatiſſimæ picturas facile ſuperare, dignamque proinde eſſe quæ inter opera nobiliſſima numeretur. Ex Aula Edmundi Oxoniæ Sept. 4. A. D. M.DCC.XVII.

*Monitum.*

# *Monitum.*

IN Præfatione noſtra ſuperiori [1] Inſcriptionem è lapide veteri edidimus, eodem nempe illo lapide de quo diſſerentes non ita pridem audiveram virum in dicendo admirabilem, maximoque animo, excellenti ingenio, judicio acerrimo, & doctrina exquiſita ornatum Franciſcum Atterburium Epiſcopum Roffenſem, Amicumque eruditiſſimum Carolum Batteleium Armigerum, Joannis Batteleii, τοῦ μακαρίτου, fratrem. Verba autem noſtra vix jam è prelo prodierant quum me certiorem fecerit Amicus lapidem ipſum ad Ædem Chriſti in Academiæ uſum re vera tranſmiſiſſe virum reverendum atque pereruditum Thomam Sprattum Archidiaconum Roffenſem (cui dono dederat Batteleius) ipſumque proinde jam tandem (poſtquam ſcilicet quæ animadverteram typis fuerint mandata) è cubiculo Palmeriano ad locum publicum (ubi alia Academiæ adſervantur marmora) tranſlatum eſſe. Hæc notavi rogatu viri cujuſdam docti, qui & id moneri voluit clariſſimum Sprattum pro donatore eſſe habendum.

1. Pag. CXIX.

Quin-

Quinetiam illud monendus es, me nuperrime, ea parte Præfationis, in qua de Hollingſhedo agitur, jam excuſa, ab Antiquario eximio, Thoma Palmero, Armigero, paucis abhinc annis Collegii Novi in Academia Oxonienſi ſuperioris ordinis commenſali, nunc vero procuratore digniſſimo, in inferiori regni ordinum conſeſſu, municipii de Bridgwater in agro Somerſettenſi, viro virtute ſua & ſingulari eruditionis laude florente, accepiſſe exemplar verum & authenticum Raphaëlis Hollingſhedi ultimi teſtamenti, quod ea quæ de Chronico ipſius nomen præferente in ſuperioribus ſcripſimus egregie & *ἀναντιῤῥήτως* firmat. Quapropter tuam in gratiam ſubnectam.

In the Name of God Amen. I Raphael Hollynſhed of Bromecote in the County of Warr. ordaine and make my laſt Will and Teſtament, In manner and form following: Firſt, I bequeath my ſinful Soule to Almighty God, the Creator of me and all mankind, truſting that by the merits and bloodſhedding of his Deareſt Son Jeſus Chriſt he will pardon me of all my Offences, and place my ſaid ſinfull Soule waſhed and purged from the filth of Sin among the number of his Elect in the Bliſs of Heaven. Secondly, for my worldly Goods whatſoever the ſame be, wherein I have any property to give, and beſtow the ſame, I give and bequeath them and every part and parcel of them, unto my Maſter Thomas Burdett of [1] Bromcote aforeſaid

1. Thomas Burdet ar. obiit 15. Julii 33. Eliz. = Brigitta filia Thomæ Curſon de Croxall ar. Dugdale Warr. p. 632.

u Eſq;,

Eſq;, making and Conſtituting him my onely and ſole Executor. In witneſs whereof I have written my laſt Will aud Teſtament with mine own hand, and ſubſcri-bed my Name, and put to my Seale; the firſt day of October in the Year of our Lord God a Thouſand five Hundred Seventy eight.

Per me Raphael Hollynſhed.

Prob'd Apr. 24. 1582.

# INDEX

# INDEX

## In PRÆFATIONEM noſtram.


A.

ABbatiarum mitræ honore inſignitarum, locumque in ſuperiori Regni Ordinum Conſeſſu habentium Narratio Hiſtorica Williſiana. 101, 108
Adamus Lofthoſus. 57. His Speech about building Trinity-College in Dublin. 57. & ſeqq.
Albericus Gentilis. 137.
Ælfredus Magnus. 53, 54, 131.
Æſopus. 17.
Æthelbert (King) 111.
Æthelmar. 111.
Aldrichius. 53, 146.
Alexander Henderſonus. 108, 109.
Alexander Nowellus. 142, 143.
Andreas Fulvius. 53.
Anna Ateſtina. 12.
Anna Bolena. 17. & ſeq. 46, 74.
Aræ Multiſcii Schedæ de Iſlandia. 120.
Arthurus Rex. 117.
Athenarum Oxonienſium conſarcinator. 13, 14, 65, 66, 67, 68.
Auguſtus Thuanus. 12.

B.

Bagfordius. 133.
Baleus. 116.
Beche (familia de la) 118.
Boëtius. 130, 132, 133, 134.
Bothuelius. 99.
Bourdetti. 83.
Brigitta Curſon. 149.
Buchananus. 98, 100, 102, 103, 104, 105, 106.
Bucſey. 118.

C.

Caligula. 107.
Callimachus. 54.
Canutus Rex. 123.
Carolus Batteleius. 148.
Carolus Brent. 117.
Carolus Eyſton. 27.
Carolus I. Rex Angliæ. 71, 72, 73, 102, 108, 110.
Carolus II. Rex Angliæ. 72, 73.
Charlot Counteſs of Derby. 112, 113.
Chriſtoph. Rawlinſonus. 131.
Chronicon Cantuarienſe. 22.
Cicero. 16, 130, 131.
Claude Tremoville Duke of Tours. 112.
Claudius Imp. 119, 120.
Collegium Ænei Naſi adauctum. 142, 143.
Cyprianus. 45.

D.

Daniel Rogerſius. 138.
Decius. 121.
Diodorus Siculus. 27, 115.
Domeſday Book. 122.
Dudleius. 15.
Dugdale. 149.

E.

Edmundus Bohunus. 15. & ſeqq.

Edmundus Boltonus. 100, 101.
Edmundus Campianus. 49. & ſeqq.
Edmundus Molineux. 62.
Edmundus Rex. 123.
Edmundus Spenſerus. 132.
Edward Earl of Derby. 111.
Edward North. 111.
Edward Stanley. 112.
Edward Waterhouſe. 93, 94, 95, 98.
Edwardus Burtonus. 54.
Edwardus Hallus. 64, 65.
Edwardus III. Rex Angliæ. 116, 128, 129.
Edwardus VI. Rex Angliæ. 20, 21, 61.
Edwardus Thwaiteſius. 63.
Edwardus Yate. 50.
Elagabalus. 107.
Eliz. Finch. 112.
Elizabetha Regina. A Licence of her's for tolerating ſports upon Sunday. 28. Her Advertiſements relating to the Church and Clergy. 32. Her Letter to Q. Mary relating to Wyat's Rebellion. 76. *De ea paſſim in hac Præfatione.*
Elzevirii. 11.
Eſſexienſis Comes. 82.
Etherickius. 125.
Euripides. 139.
Euſebius Pamphili. 115.
Eutropius. 121.
Eynſham Abbey. 111, 112, 113

F.

Fernando E. of Derby. 112.
Fleetwodus. 123.
Flodoardus. 123.
Foxus. 41, 42.
Franciſcus Atterburius. 148.
Franciſcus Cherrius. 20, 110.
Franciſcus Hotmannus. 137.
Franciſcus Thynnus. 84, 123.
Fraunces Agars. 93, 95.
Fyan. 95, 96.

G.

Galfredus Chaucerus. 132.
Georgius Colvile alias Coldewel. 133.
Georgius Vertue. 147.
Gray Bridges Lord Chandois. 112.
Gregorius Martinus. 65, 66, 67.
Gruterus. 119.
Gualterus D'Evereux Comes Eſſexienſis. 86. & ſeqq. A particular account of his Death and his Behaviour, taken from his own words. 89.
Guilielmus Bercherus. 136.
Guilielmus Camdenus *paſſim.*
Guilielmus Lilius. 126, 127.
Guilielmus Roperus. 127.
Guilielmus Rufus Rex Angliæ. 107.
Guil. Stansby. 6, 9.
Guntonus. 144.

H.

Henricus Beningfildus. 74.
Henricus Dodwellus. 55, 125.
Henricus Octavus Rex Angliæ. 18, 46, 54, 74, 106, 107, 108, 109, 110, 111.
Henricus Sextus Rex Angliæ. 126.
Henricus Sidneius. 61, 62, 63.
Henricus Tertius Rex Angliæ. 128.

**Hen. E. of Kingſton.** 112, 113.
**Hen. Lord Huntingdon.** 112.
**Hen. Marten.** 112.
**Hen. Savage.** 112.
**Henrie Savile.** 100.
**Henry Wynneman.** 26.
Herbertus. 106.
Heſychius Mileſius, cogn. Illuſtrius. 116.
Hickeſius. 127, 132.
Hilkias Bedfordius. 70.
Hilyardus. 147.
Hippo. 54.
Hollingſhedus. 62, 81, 82, 83, 84, 104, 123, 148. **His Will.** 149.
Hugo O-Neal. 141.
Hugo Pricius. 54.

I.

Jacobus Mazochius. 53.
Jacobus Primus, Rex Angliæ. 6, 44, 141, 142.
Jacobus Uſſerius Armachanus. 55
Jacobus Wrightus. 51.
**James E. of Derby.** 112.
**James Duke of Richmond and Lenox.** 71.
**James Ld. Strange.** 112.
**James Quaterman.** 113.
Jana Seimora. 18, 21.
Jeremias Collierus. 41.
Inſcriptio è lapide veteri quem Academiæ Oxonienſi dono dedit V. cl. Thomas Sprattus, Archidiaconus Roffenſis. 119.
Joanna Comitiſſa Cantii atque Sarisburiæ. 117.
Joannes Anſtis. 22, 75, 88.
Joannes Bagfordius. 133.
Joannes Batteleius. 148.
Joannes Bridges. 88, 147.
Joannes Cawodus. 136.
Joannes Cottonus. 7.
Joannes Daye. 26.
Joannes Evelyn. 28.
Joannes Hotmannus. 136, 137.
Joannes Joſſelinus. 84, 123.
Joannes Pecchamus. 122.
Joannes Rex Angliæ. 54.
Joannes Rogerſius. 111.
Joannes Sagius. 104, 105, 106.
Joannes Walkerus. 121.
Joannes Waltonus. 133.
**John Browne.** 93, 94, 95.
**John Darbye.** 30.
**Sir John Egerton.** 112.
**John Mychell.** 22.
**John Seconton.** 28.
Junius. 132.
Juſtinus Martyr. 115.

L.

**Lancelot Granger.** 113.
Leiceſtrius. 87.
Lelandus Antiquarius. 5, 20, 63, 108, 128, 130, 131.
Lelandus Grammaticus. 126, 127.
**Leonard Lichfield.** 108.
**Letymer.** 30.
Licentiatus Caſtillius. 56.
**Livie.** 101.
Lucianus. 115.
L. Florus. 101.
Ludovicus Molinæus. 14.

M.

Mareſcallus. 132.
Maria Angliæ Regina. 23, 41, 61, 62, 74, 76.

Maria

Maria Scotorum Regina. 13. & ſeq. 78, 98. & ſeqq.
Matthæus Parkerus. 84.
Mediobarbus. 120.
Mendoza. 136.
Miſſale ſecundum uſum Eccleſiæ Herefordenſis. 27. [Codex iſte rariſſimus ac quantivis pretii (quem mihi dono dedit Amicus omnibus virtutibus ornatiſſimus) hoc titulo inſignitur: Anno Incarnationis dominice ſecundo ſupra quingenteſimum atque milleſimum | die vero prima menſis Septembris opera & induſtria M. Petri oliuerii & Johannis mauditier Impreſſorum Rothomagi iuxta ſacellum diui apoſtolorum principis Petri commorantium. Impenſa vero Johannis richardi mercatoris: hoc nouum & egregium opus ſacri Miſſalis ad vſum famoſe ac percelebris eccleſie Helforden̄. nuper inſtanti ac peruigili cura viſum correctum & emendatum. Necnon auctoritate reuerendi in Chriſto patris & domini ejuſdem eccleſie epyſcopi merititiſſimi. ac dominorum decani & capituli: eſt in propatulo venale facili precio coram cunctis productum & exhibitum. Pro ratione ſcilicet titulos eo ſeculo ſcribendi: quotieſcunque nimirum Præfationibus libros non adornabant. Nec tamen omnia quæ in codice continentur, complectitur titulus, adaugendus proinde è Rubrica ſequenti ad calcem: ¶ Finis Miſſalis ad vſum celebris eccleſie Helforden̄. ſumma cura ac vigili opera nuper Impreſſi Rothomagi | cum additione Accentuarii legentibus in eccleſiis valde utili. Et hoc impenſis Johannis richardi eiuſdem Rothom̄ ciuis non imeriti: iuxta eccleſiam diui nicholai commorantis. Hinc colligo plura hujus Miſſalis exemplaria fuiſſe excuſa, eo fine ut omnibus paterent & vili ſeu (ut ipſe titulus) *facili* pretio comparari poſſent. Itaque mirandum hoc noſtro ſeculo ob raritatem tam difficulter cerni exemplaria. Imo ipſi itidem ejuſdem Codices MSS. ſunt admodum rari. Sed in mentem venire debet ſtrages librorum ſacrorum quo tempore Domos Religioſas evertit Henricus VIII. Inde ſane tot quotidie tam Bibliorum quam & aliorum Codicum ſacrorum reliquias, non aliis quam *prophanis* (quos vocant) uſibus deſtinatas, aliter atque inſtituerant qui donabant, offendimus. In qua re ipſi Turcæ nobis anteferendi, qui Alcorani ne fragmentum quidem ullo modo profanari permittunt.

tunt. Verum his omiſſis, è noſtro plane liquet Codice falli Amicum noſtrum Brownum Williſium in eo quod conjecerit Miſſale ſecundum uſum Eccleſiæ Herefordenſis typis nunquam fuiſſe mandatum. Ita enim Amicus ille [1]: In the Preface concerning the Service of the Church, compiled Tempore Edwardi VI, printed in our excellent Liturgy; we find mention made of a Miſſale ſecundum uſum Hereford, which prevail'd in ſeveral Churches before the Reformation; tho' that which was moſt generally followed, was the Saliſbury Miſſale, divers Editions of which we meet with in Print: whether any of the Hereford were publiſhed in like manner is not certain, but it is preſum'd they were not; the MS. is alſo very ſcarce. Ad initium Codicis noſtri eximii Oratio ſcribitur pro Henrico VIII. & Anna Bullena, digniſſima quæ & ipſa à nobis divulgetur, ut inde intelligatur Regem ipſum juſſiſſe ut preces pro femina ſuaviſſima celebrarentur, quantumvis jam in vivis eſſet Regina Catharina, virtutibus æternùm laudanda. Et tamen fatebris pleroſque id invitos feciſſe, tam ſcilicet Academicos quam & alios; uti etiam multi eruditi atque pii inviti pro Eccleſiæ Anglicanæ capite ſupremo agnoſcebant. Ceterum hæc è ſcriptoribus eccleſiaſticis eruenda relinquo. Proram vero puppimque obſervationis noſtræ facit Oratio quam dixi. Itaque ſubſequitur:

---

1. Vide mox poſt pag. 254. libri cui. tit. The Hiſtory and Antiquities of the City and Cathedral-Church of Hereford: containing an Account of all the Inſcriptions, Epitaphs, &c. upon the Tombs, Monuments, and Grave-Stones. With Liſts of the Principal Dignitaries; and an Appendix, conſiſting of ſeveral valuable Original Papers. London: printed for R. Goſling, at the Mitre and Crown againſt St. Dunſtan's Church in Fleetſtreet. 1717. 8vo.

## Oratio pro rege ⁊ regina.

Queſumus omnipotens ⁊ miſericors deus ut famulus rex noſter Henricus octavus, [1] in terris eccleſie Anglicane ſupremum caput, qui tua miſeratione ſuſcepit regni gubernacula, ⁊ famula tua Anna regina noſtra virtutum omnium percipiant incrementa, quibus decenter ornati coporis incolumitate gaudere ⁊ viciorum voraginem devitare, hoſtes ſuperare, ac in tranquilla pace dum in humanis agent, tam feliciter poſſint ſua tempora pertranſire, ut poſt huius vite decurſum ad te, qui via, veritas ⁊ vita es, gracioſi valeant pervenire. Per Xpm.

## Secreta.

Munera queſumus domine oblata ſanctifica, ut nobis unigeniti tui corpus ⁊ ſanguis fiant, ut famulo tuo Henrico octavo [2] rege noſtro ⁊ Anna regine noſtre obtinendū animabus corporumque ſalute ⁊ ad paragendum in firma fide ⁊ ſalida pace inſugtum (c) eis officium te largiente uſquequaque proficiant. Per do. noſtrum.

## Poſtcommunio.

Hec domine queſumus ſalutaris ſacramenti perceptio famulum tuum Henricum octavum regem noſtrum ⁊ Annam reginam noſtram ab omnibus tueantur adverſis, quatenus diuturnam ⁊ proſperam vitam in tranquilitate eccleſiaſtice pacis obtineant, ⁊ poſt huius vite decurſo ad eternam beatitudinem tua gracia coaperante perveniant. Per dnm.]

1. *Hæc verba* in terris eccl. A. ſ. cap. *delevit manus aliquantulum, ut videtur, recentior.* 2. *Haud aliter quidem hæc omnia concipiuntur in Cod. noſtro. Quæ ſane vitia ſcribendi ac loquendi non ſacerdotum, ut opinor, ignorantiæ ſunt adſcribenda, ſed eorum plane diligentiæ qui ex animo pro Anna tanquam Regina orandum eſſe non cenſebant.*

Montjoyus

Montjoyus Baro. 142.
Muretus. 119.

N.

Narciſſus Marſh Armachanus. 55, 56.
Naudæus. 99, 100.
Nero. 106.
Nicholaus Sanderus. 19.

O.

Occo. 120.
O. Cromwell. 112.
Orlando Bridgman. 112.

P.

Pæanius. 121.
Perſonius. 50.
Petrus Puteanus. 8, 9.
Philippus Hiſpaniæ Princeps. 73, 75.
Philippus Sidneius. 62, 93.
Phill. E. of Penbroke. 112.
Plotina. 120, 121.
Polybius. 11.
Polydorus Vergilius. 21, 29, 30.

R.

Ralph Bridoak. 112.
Ranulph Crew. 112.
Ranulphus Ceſtrenſis. 116, 117, 118.
Raphaël Hollingſhedus. 148, 149.
Reenhelmius. 119.
Ric. Caſtel. 113.
Richard Grafton. 29.
Richardus de Bury, ſive Richardus Aungervile. 129.
Richardus Dyerus. 126.
Richardus Meadus. 144, 145, 146.
Richardus Moſtyn. 118.
Richardus Rawlinſonus. 144.
R. Royſton. 108.
Richardus Tertius, Rex Angliæ. 17.
Richardus Verſteganus. 51.
Robert Langdon. 132.
Robert Wyllyams. 30.
Robert Wood. 26.
Robertus Bourdettus. 83.
Robertus Cottonus. 6, 7.
Robertus D'Evereux comes Eſſexienſis. 85, 86, 140.
Robertus Gloceſtrenſis. 128.
Robertus Holcot. 129.
Robertus Keckus. 137.
Robertus Titius. 119.
Robertus Whitintonus. 54, 55.
Robertus Winchelſeius. 122.
Rogerus Aſchamus. 20, 134.
Rogerus Ceſtrenſis. 119.
Rogerus Moſtyn. 118.
Roperus. 88.

S.

Samuel Meadus. 145, 146, 147.
Samuel Palmerus. 119.
Scaliger. 119.
Scipio Barbatus. 119.
Seneca. 88.
Sidneii. 62.
Sigonius. 131.
Simon Waterſonus. 6, 9.
Sirmondus. 119.
Speedus. 54.
Spelmanni. 132.
Spelmannus. 110.
Stephen Brice. 113.
Strada. 105.
Suetonius. 116.

T.

Themiſtocles. 101.
Thomas Bakerus. 6.

Thomas Barlovius. 84.
Tho. Batteleius. 148.
Tho. Burdett. 149.
Tho. Curſon. 149.
Tho. Girdlerus. 63.
Tho. Jordan. 113.
Thomas à Kempis ſive (ut in Cod. Dodwelliano) Thomas Kemper. 133.
Tho. Knell. 93, 96.
Tho. Langley. 29.
Tho. Merkes. 64, 83.
Tho. Morus. 127.
Tho. Nortonus. 44, 47.
Tho. Palmerus. 148.
Tho. Porterus. 111.
Tho. Poſthumous Hobby. 112
Tho. Rawlinſonus. 13, 22, 25, 26, 30, 31, 47, 51, 65, 69, 73, 75, 107, 118, 120, 125, 145.
Tho. Rycharde. 132.
Tho. Sebright. 125.
Tho. Smithus eques auratus. 22.
Tho. Smithus, S. T. P. è Coll. Magd. Oxoniæ. 7, 56, 100, 104, 106, 141, 143.
Tho. Sprattus. 148.
Tho. Whitus. 61, 62, 63, 64.
Tho. Wolſæus. 54, 55.
Tho. Wyatus ſive Viatus. 73, 74, 75, 76.
Tir-Oen. 142.
Titus Livius Foro-Julienſis. 20.
Trajanus. 120, 121.
Traverſe (Doctor) 93, 95.

U.

Urrius. 132.

W.

Walterus Pollardus. 126.
Wiclefus. 125, 126.
Will. Colgrave. 112.
William E. of Derby. 112.
William Dodington. 110.
William Howes. 97.
Will. Wiſe. 113.
Woodwardus. 43, 86.
Wormius. 119.
Wynandus de Worde. 55.

E Cod.

E Cod. MS. Viri doctiſſimi THOMÆ SMITHI, S. T. P. penes Editorem, n. XCVII. p. 41.

## Liſt of ſuch, as were executed in Henry VIII's time.

Titus B. I.

| | | |
|---|---|---|
| Sir Richard Empſon K.<br>Edmond Dudley Ar. | | 17/7 Aug. 1510. 2°. at Tower-hill. |
| Edward Duke of Buck. | | 22/17 May 1521. An. 13°. at Tower-hill. |
| Eliſabeth Barton Nun of Canterbury | | at Tiburn 20. Ap. 1533. 24°. / 1534 25°. |
| Edward Bocking Doctor<br>Jo. Dearing | Monkes of Cant. | |
| Hugh Rich<br>Ric. Risbee | Friers obſervant of Cant. | |
| Ric. Maſter, Parſon of Aldington in Kent. | | |
| Jo. Houghton, Prior of London<br>Auguſtine Webſter, Prior of Bevale<br>Thomas Lawrence, Prior of Hepſham<br>Dr. Richard Reynald, Monk of Sion<br>Jo. Haile, Vicar of Thiſtleworth | | at Tyburn 4. May 1535. 27. |
| Thomas Exmew<br>Sebaſtian Newdigate<br>Humphrey Midlemore | Monks of the Charter-houſe of London, | at Tiburn 18. Junii 1535. 27°. |
| Dr. John Fiſher, Biſhop of Rocheſter. | | At Tower-hill 22. Jun. 1535. 27°. |
| Sir Tho. More, K. Chancellor of England. | | At Tower-hill 6. July 1535. 27°. |
| A Prieſt hanged on a bough<br>A Butcher on a gibbet | | at Windſore 9°. Oct. 1536. 28°. by Marſhal Law. |
| Thomas Fitz-gerard E. of Kildare beheaded<br>Five more of his uncles hanged, drawn, and quartered | | at Tiburn [1] 29. March 1537. / 3 Febr. 28°. |
| L. Darcy at Tower-hill.<br>L. Huſhey at Lincoln.<br>Robert Ask at York.<br>Sir Robert Conſtable at Hull.<br>La. Margaret Bulmer in Smithfield brent. | | in June 1537. 29°. |

1. *Sic in MS. noſtro. Vide Stovei Annales Ed. fol. p. 574. col. 2.*



Sir

Sir Tho. Percy K.
Sir Francis Bigot K.
Sir Stephen Hambleton K.
Sir Jo. Bulmer K.
William Lomley
Nicolas Tempeſt
The Abbot of Gervaſe, Adam Nelſon
The Abbot of Fountains, Will. Thurſt
} at Tiburn in June 1537. 29°.

A Prieſt, called Sir John Allen
A Gentleman
} at Tiburn 25. Feb. 1537. 29°.

Henry Hurſham, Cuſtomer of Plymouth
Thomas Ewell
} at Tyburn 21. Martii 1537. 29°.

Jo. Foreſt, Frier Obſervant, hanged and burnt in chains } at Smithfield 28. May 1538. 30°.

L. Henry Marquis of Exeter
L. Henry Mountacute
Sir Edward Nevil
} at Tower-hill 9. Jan. 1538. an. 30°.

Crofts Prieſt
Collins Prieſt
Holland Maryner
} at Tyburn 9. Jan. 1538. 30°.

Sir Nicolas Carew, K. of the Garter and Maſter of the horſes. } at Tower-hill 3. Martii 1538. 30°.

Sir Adrian Forteſcue K.
Sir Tho. Dingley Knight of the order of St. John's
} at . . . 10. July 1539. 31°.

Griff. Clark, Prieſt, Vicar of Wandeſworth
The ſame Vicar's Chaplain,
The ſame Vicars ſervant,
A Frier called Waier,
} at St. Thomas of Waterings 8. July 1539. 31.

Hugh Faringdon Abbot of Reading
. . . . . Onyon Prieſt
. . . . . Rugge Prieſt
} at Reading 14. Nov. 1539. 31°.

Richard Whiting, Abbot of Glaſton, at Glaſtonbury 14. Nov. 1539. 31°.

ii. Monks, the one Treaſurer, the other Under-Treaſurer of the Church of Glaſtenbury. Their names were John Thorn and Roger James.

Jo. Pechey, Abbot of Colcheſter, at Colcheſter 1°. Dec. 1539. 31°.

For treaſon and hereſy. { L. Thomas Cromwell E. of Eſſex
L. Walter Hungerford
} at Tower-hill 28. July [1] 1539. 31°.

Dr. Thomas Abell, Prieſt
Dr. Edward Powell Prieſt
He was 7. years in priſon. { Dr. Richard Fetherſton, Prieſt
} at . . . . . . 30. July [2] 1539. 31°.

1. *L.* 1540. 32°. 2. *L.* 1540. 32°.

Laurence

| | |
|---|---|
| Laurence Cook, Prior of Duncaſter<br>Will. Horn, Layebrother of the Charterhouſe<br>Giles Heron Gent.<br>A Monk of Weſtminſter<br>A Frier<br>Clement Philpot Gentl.<br>Gerves Carew | at Tiburn 4°. Aug. 1540. 32. |
| Leigh Tatterſhall<br>. . . . Thorneton | at Tiburn London 28. May 1541. 33°. |
| Sir John Nevil K.<br>10. others with him | at York May 1541. 33°. |

Lady Margaret, Counteſs of Sarum, within the Tower 28°. May 1541. 33°.

L. Leonard Gray, Deputy of Ireland : at Towerhill 28°. Junii 1541. 33°.

A Welſhman at . . . . . . primo Julii 1541. 33°.

| | |
|---|---|
| German Gardiner<br>. . . . Lark Parſon of Chelſey<br>. . . . Asheby Gentleman | at Tiburn 7°. Marcii 1543. 34°.<br>35. |

L. Henry E. of Surrey : at Towerhill 19°. Jan. 1546. 38.

*Vide quædam nomina in fine Statuti de anno* 32. *Henrici* 8*vi. cap.* 48.

James Mallet, Dr. of Law, ſometimes Chaplain to Q. Katharine, at Chelmesford.

. . . : . Aſtlebe Monk of Gervaux.

. . . . . Abbot of Whally.

. . . . . Abbot of Salley in comit. Lancaſt.

Robert Hobbs Abbot of Woborn in com. Bed. at Woborne. So the Prior of that houſe.

. . . . . Parſon of Puddington in com. Bed.

Matthew Mackerel, Dr. of Divinity, Prior of Barling in March 1537.

William Would alias Thompſon, Prior of Bridlington, at Tiburn in Jun. 1537.

. . . . . Wilſon, Monk of the Charterhouſe of Mount-grace.

ii. Prieſts at Callis 10. Ap. 1540.

Vicar of Louth in March 1537.

| | |
|---|---|
| William Peterſon, Commiſſary of Calles<br>William Richardſon, Prieſt of St. Maries at Callis | 10. Ap. 1540. hanged and quartered at Callis. |

E Codice

E Codice MS. penes Richardum Raw-
linſonum, A. M.

# The Death of the Q. of Scotts.

## To the right honorable Sir William Cecill.

IT maye pleaſe your good Lordſhipp to be advertiſed, that according as your honour gave me in Commaund I have heer ſett downe in writing the trew order and manor of the execucion of the Lady Mary laſt Q. of Scotts, the 8. of February laſt in the great hall within the Caſtle of Fotheringhay, togither with relation of all ſuch ſpeeches and actions ſpoken and done by the ſayde Queen or any others, and all other circumſtances and proceedinges concerning the ſame from and after the delivery of the ſayde Scottiſh Queen to Thomas Andrews Eſquire, High Sheriff for hir Majeſtyes Countye of Norff. unto the end of the ſayde execucion: as followeth.

It being certyfied the 6. of Februarye laſt to the ſayde Queen, by the right honorable the Earle of Kent, the Earle of Shrewsberry, and alſo by Sir Amias Pawlet, and Sir Drue Drurye hir governors that ſhee was to prepare hir ſelf to dye the 8. of Februarye nexte, ſhee ſeemed not to be in any terror for ought that appered by any hir outward geſture or behaviour (other then marvelling ſhee ſhould dye) but rather with ſmiling cheer and pleaſing Countenaunce, digeſted and accepted the ſayde admonition of preparacion to hir (as ſhee ſayde) unexpected execution, ſaying that hir death ſhould be welcome unto hir ſeing hir Majeſtye was ſo reſolved, and that that ſoule were too too farr unworthye the fruition of the joyes of heaven for ever, whoſe bodye would not in this world be content to endure the ſtroake of the executioner for a moment: And that ſpoken ſhee wept bitterlye and became ſilent.

The ſayde 8. day of Februarye being comme, and tyme and place appointed for the execution, the ſayde Queen being of ſtature tall, of bodye corpulent, rownde ſhouldred, hir face fatt and broade, double chinned, and hazell eyed, hir borrowed haire aborne, hir attyre was this.

On

On hir head ſhee had a dreſſing of lawne edged with bone lace, a pomander chayne and an *Agnus dei* about hir necke, a Crucifix in hir hande, a payre of beades att hir girdle with a golden croſs att the end of them. A vale of lawne faſtned to hir caule bowed out with wyer, and edged round about with boane lace. Hir gowne was of black ſattin printed, with a trayne and longe ſleeves to the growndе, ſett with acorne buttons of Jett trymmed with pearle, and ſhorte ſleeves of ſattyn black cutt, with a payre of ſleeves of purple velvett whole under them. Hir kirtle whole, of figured black ſattin, and hir petticoate skirtes of Crimſon velvett, hir ſhooes of Spanniſh leather with the rough ſide owtward, a payre of green ſilke garters, hir nether ſtockinges worſted, coulored watchett, clocked with ſilver, and edged on the topps with ſilver, and next hir leg, a payre of Jarſye hoſe white &c. Thus apparreled ſhe departed hir chamber and willinglye bended hir ſtepps towardes the place of execution.

As the Commiſſioners, and divers other Knightes were meeting the Queen comming forthe, one of hir ſervantes called Melvin kneeling on his knees to his Queen and Mrs, wringing his handes and ſhedding teares, uſed theſe wordes unto hir. "Ah! Madam: unhappy me, what "man on earth was ever before the meſſinger of ſo im-"portant ſorrow and heavines as I ſhall be, when I "ſhall reporte that my good and gracious Queen and "Miſtris is beheaded in England"? This ſayde, teares prevented him of further ſpeaking. Where upon the ſayde Queen powring forth hir dying teares thus anſwered him. "My good ſervant, ceaſe to lament, for thow haſt "cauſe rather to joye then to mourne. For now ſhalt thow "ſee Mary Stewardes troubles receive their longe ex-"pected end and determinacion. For know" (ſayde ſhee) "good ſervant, all the world is but vanitye, and ſubiect "ſtill to more ſorrow, then a whole Ocean of teares can "bewayle. But I pray thee" (ſayde ſhee) "carry this "meſſage from me, that I dye a trewe woman to my re-"ligion, and like a trewe Queen of Scotland and Fraunce. "But God forgive them" (ſayde ſhee) "that have longe "deſired my end and [1] thriſted for my bloud, as the harte "doth for the water brookes. Oh god" (ſayd ſhee) "thow

1. *Sic.*

"that

"that arte the author of truthe and truthe it ſelfe, knoweſt "the inward chamber of my thought, how that I was "ever willing that England and Scotland ſhould be united "togither. Well" (ſayd ſhee) "commend me to my ſonne, "and tell him that I have not done any thinge prejudi-"ciall to the ſtate and kingdome of Scotland:" and ſo re-ſolving hir ſelf agayne into teares ſayde, "good Melvin, "farwell," and with weeping eyes, and hir cheekes all beſprinkled with teares as they were, kiſſed him, ſaying once agayne, "farwell, good Melvin, and praye for thy "Miſtres and Queen." And then ſhee turned hir ſelfe unto the lordes, and tolde them, ſhee had certayne re-queſtes to make unto them. One was, for certayne mo-nye to be payde to Curle hir ſervant. Sir Amias Pawlet knowing of that monye anſwered to this effect, "it ſhoulde." Next, that hir poore ſervantes might have that with quiet-nes which ſhee had given them by hir will, and that they might be favourably intreated, and to ſend them ſafely into their Countries. "To this" (ſayde ſhee) "I conjure "yow." Laſt, that it would pleaſe the Lordes, to per-mitt hir poore diſtreſſed ſervantes to be preſent about hir att hir deathe, that their eyes and hartes maye ſee and wittnes, how paciently their Queen and Miſtris would endure hir execucion, and ſo make relacion when they camme into their country that ſhee dyed a trew conſtant Catholique to hir religion. Then the Earle of Kent did anſwer thus: "Madam, that which yow have deſired can "not conveniently be graunted. For if it ſhould, it weare "to be feared, leaſt ſomme of them, with ſpeeches or "other behaviour, would bothe be grevous to your grace, "and troubleſome and unpleaſing to us and oure com-"panye, wherof we have had ſomme experience. For if "ſuch an acceſs might be allowed, they would not ſticke "to putt ſomme ſuperſtitious trumperye in practiſe, and "if it were but in dipping their handkerchiffes in your "Graces bloude, wherof it were very unmeet for us to "give allowance."

"My Lord," (ſayde the Queen of Scotts) "I will give "my worde, although it be but dead, that they ſhall not "deſerve any blame in any the accions you have named. "But alas, (poore ſoules) it would doe them good to bidd

"their

"their Miſtris farwell: and I hope your Mrs." (meaning the Queen) "being a mayden Queen, will vouchſafe in "regard of womanhood, that I ſhall have ſomme of my owne "people about me att my deathe: and I know hir Ma- "jeſtye hath not given you any ſuch ſtreight charge or "commiſſion, but that you might grant me a requeſt of "farr greater Courteſie then this is, if I were a woman "of farr meaner calling then the Queen of Scottes." And then perceiving that ſhee could not obtayne hir requeſt without ſomme difficultye, burſte out into teares, ſaying: "I am Coſen to your Queen, and diſcended from the "bloud roiall of Hen. the 7. and a marryed Queen of "Fraunce, and an annoynted Queen of Scotland." Then upon great conſultacion had betwixte the 2. Earles and the others in commiſſion, it was granted to hir what ſhee in- ſtantly before earneſtly intreated, and deſired hir to make choice of 6. of hir beſt beloved men, and weomen. Then of hir men ſhe choſe Melvin, hir Apothecary, hir Surgeon, and one old man more, and of hir weomen, thoſe 2. which did lye in hir chamber. Then with an unapalled coun- tenance, without any terror of the place, the perſons, or the preparacions ſhe camme out of the entrye into the hall, ſtept upp to the Scaffold, being 2. foote high and 12. foote broade, with rayles rownd about hanged and covered with black, with a lowe ſtoole, longe fayre Cuſhion, and a block covered alſo with black. The ſtoole brought hir ſhee ſatt downe. The Erle of Kent ſtood on the right hande, the Erle of Shrewsberry on the other, other knightes and gentlemen ſtoode about the rayles. The Commiſſion for hir execucion was redd (after ſilence made) by Mr. Beale, clarke of the counſell; which done, the people with a lowde voice ſayde, "God ſave the Queen." During the reading of this Commiſſion, the ſayde Queen was verye ſilent, liſtning unto it with ſo careleſs a regard, as if it had not concerned hir at all, nay, rather with ſo merry and cheer- full a countenaunce, as if it had byn a pardon from hir Majeſtye for hir life, and with all uſed ſuch a ſtraunge- neſs in hir wordes, as if ſhee had not knowne any of the Aſſembly, nor had been any thing ſeene in the Engliſh tongue.

Then Mr. Doctor Fletcher Deane of Peterborough,

ſtanding directly before hir without the rayles, bending his bodye with great reverence uttered this exhortacion followinge.

"Madame: the Queen's moſt excellent Majeſtye, (whome "God preſerve longe to reighne over us) havinge, (not-"withſtanding this preparacion for the execucion of Ju-"ſtice juſtly to be done upon you for your many treſpaſſes "agaynſt hir ſacred perſon, ſtate, and government) a ten-"der care over your ſowle, which preſently departing out "of your bodie, muſt eyther be ſeperated in the trew fayth "in Chriſte, or perriſh for ever: doth for Jeſus Chriſte "offer unto yow the comfortable promiſes of God, wherin "I beſeech your Grace, even in the bowells of Jeſus "Chriſte, to conſider theſe 3. thinges:

"Firſt, your ſtate paſte, and tranſitory glorie.

"Secondly, your condicion preſent: of deathe.

"Thirdly, your eſtate to comme, eyther in everlaſting "happines, or perpetuall infelicitye.

"For the firſt, lett me ſpeake to your Grace with David "the King: forgett (Madam) your ſelfe, and your owne "people, and your fathers howſe: forgett your naturall "birthe, your regall and princely dignitye, ſo ſhall the "King of Kinges have pleaſure in your ſpirittuell bew-"tye. &c.

"Madam, even now, Madam, doth God Almightye open "yow a doare into a heavenly kingdome: ſhutt not ther-"fore this paſſage by the hardning of your harte, and "greeve not the Spiritt of God, which maye ſeale your "hope to a daye of redempcion."

The Queen, 3. or 4. times ſayde unto him, "Mr. Deane "trouble not your ſelfe nor me. For know, that I am ſet-"tled in the auncient, catholique and Romaine religion, "and in defence therof, by God's Grace, I minde to "ſpend my bloud."

Then ſayde Mr. Deane, "Madam, change your oppi-"nion, and repent yow of your former wickednes. Settle "your faythe onlie upon this grownde, that in Chriſt Je-"ſus yow hope to be ſaved." Shee anſwered agayne, and agayne with great earneſtnes, "Good Mr. Deane, trouble "not your ſelfe any more about this matter, for I was "borne in this religion, have lived in this religion, and "am reſolved to dye in this religion."

Then

Then the Earles, when they ſawe how farr unconformable ſhee was to heare Mr. Deane's good exhortacion ſayde, "Madam, we will praye for your Grace with Mr. Deane, "that yow maye have your minde lightned with the trew "knowledge of God and his worde."

"My Lordes," anſwered the Queen, "if yow will praye "with me, I will even from my harte thanke yow, and "thinke my ſelfe greatly favoured by yow. But to joyne "in prayer with yow in your manner, who are not of one "religion with me, it weare a ſinne, and I will not."

Then the Lordes called Mr. Deane agayne and badd him ſaye on, or what he thought good els. The Deane kneeled and prayed, as follows:

"Oh moſt gracious God, [[1] and merciful Father, "who, according to the multitude of thy mercies, doſt ſo "put away the ſins of them that truly repent, that thou "remembreſt them no more; Open, we beſeech thee, thine "eyes of mercy, and behold this Perſon appointed unto "death, whoſe eyes of underſtanding, and ſpiritual light, "albeit thou haſt hitherto ſhut up, that the glorious beams "of thy favour in Jeſus Chriſt do not ſhine unto her, but "is poſſeſſed with blindneſs and ignorance of heavenly "things (a certain token of thy heavy diſpleaſure, if thy "unſpeakable mercy do not triumph againſt thy judgment) "yet O Lord our God, impute not, we beſeech thee, un"to her thoſe her offences, which ſeparate her from thy "mercy, and, if it may ſtand with thine everlaſting pur"poſe, and good pleaſure, O Lord, grant unto us, we be"ſeech thee, this mercy, which is about thy throne, that "the eyes of her heart may be enlightned, that ſhe may "underſtand, and be converted unto thee, and grant her "alſo, if it be thy bleſſed will, the heavenly comfort of "thy Holy Spirit, that ſhe may taſte, and ſee, how gra"cious the Lord is: Thou haſt no pleaſure, good Lord, "in the death of a ſinner, and no man ſhall praiſe thy "Name in the pit; renew in her, O Lord, we moſt hum"bly beſeech thy Majeſty, whatſoever is corrupt in her, "either by her own frailty, or by the malice of the ghoſtly

1. *Incluſa è Guntono adjecimus. Nam eorum loco* (&c.) *tantummodo habemus in Cod. MS.*

"enemy: viſit her, O Lord, if it be thy good pleaſure, with "thy ſaving health, as thou didſt the offender at the ſide "of thy Croſs, with this conſolation, This day ſhalt thou "be with me in Paradiſe: ſay unto her ſoul, as thou "didſt unto thy ſervant David, I am thy ſalvation, ſo "ſhall thy mercy, being more mighty, be more magnified. "Grant theſe mercies, O Lord, to us thy ſervants, to the "increaſe of thy Kingdom, and glory at this time. And "further, O moſt merciful Father, preſerve we moſt humbly beſeech thy Majeſty, in long and honorable peace and "ſafety, Elizabeth thy ſervant, our moſt natural Sovereign Lady and Queen; let them be aſhamed and confounded, O Lord, that ſeek after her ſoul; let them be "turned backward, and put to confuſion that wiſh her evil: "and ſtrengthen ſtill, Lorde, we pray thee, the hand and balance of juſtice amongſt us, by her gracious government: "So ſhall we, both now, and ever, reſt under thy faithfulneſs and truth, as under our ſhield and buckler, and "bleſs thy Name and magnifie thy mercy, which liveſt, "and reigneſt one moſt Gracious God, for ever and ever. "Amen."]

All the aſſembly, ſave the Queen and hir ſervantes, ſayde the prayer after Mr. Deane as he ſpake it, during which prayer, the Queen ſatt upon hir ſtoole, having hir *Agnus Dei*, Crucifixe, Beades, and an office in Lattyn. Thus furniſhed with ſuperſtitious trumpery, not regarding what Mr. Deane ſayde, ſhee began verie faſtly with teares and a lowde voice to praye in Lattin, and in the middſt of hir prayers with overmuch weeping and mourning ſlipt of hir ſtoole, and kneeling preſently ſayde divers other Lattin prayers. Then ſhee roſe, and kneeled downe agayne, praying in Engliſh, for Chriſtes afflicted Church, an end of hir troubles, for hir ſonne, and for the Queene's Majeſtye, to God for forgivenes of the ſinns of them in this Iſlande: ſhee forgave hir ennemyes with all hir harte that had longe ſought hir bloud. This done ſhe deſired all Saintes to make interceſſion for hir to the Saviour of the worlde Jeſus Chriſt. Then ſhe began to kiſs hir Crucifix, and to croſs hir ſelf, ſaying theſe wordes: "Even as thy armes oh Jeſu Chriſt were ſpredd heer "upon the croſs, ſo receive me, ſo receive me into the

"armes

"armes of mercye." Then the 2. executioners kneeled downe unto hir, deſiring hir to forgive them hir death. Shee anſwered, "I forgive yow with all my harte. For "I hope this death ſhall give an end to all my troubles." They with hir 2. weomen helping began to diſroabe hir, and then ſhee layde the Crucifix upon the ſtoole. One of the executioners tooke from hir neck the *Agnus Dei*, and ſhee layde hold of it, ſaying, ſhee would give it to one of hir weomen, and withall, told the executioner that he ſhould have monye for it. Then they tooke of hir chayne. Shee made hir ſelf unready with a kinde of gladnes, and ſmiling, putting on a payer of ſleeves with hir owne handes, which the two executioners before had rudely putt of, and with ſuch ſpeed, as if ſhee had longed to be gone out of the worlde.

During the diſroabing of this Queen, ſhee never altred hir countenance, but ſmiling ſayde, ſhee never had ſuch groomes before to make hir unreadye, nor ever did putt of hir cloathes before ſuch a companye. Att lengthe unattyred and unapparelled to hir petticoate and kirtle, the 2. weomen burſt out into a great and pittifull skricking, crying, and lamentation, croſſed themſelves, and prayed in Lattine. The Queen turned towardes them, embraced them, and ſayde theſe wordes in Frenche: "Ne cry vous, "j'ay preye pur vous:" and ſo croſſed, and kiſſed them, and bad them praye for hir.

Then with a ſmiling countenaunce ſhee turned to hir men ſervantes Melvin, and the reſt, croſſed them, badd them farwell, and pray for hir to the laſt.

One of the weomen having a Corpus Chriſti cloathe, lapped it upp 3. corner wiſe, and kiſſed it, and putt it over the face of hir Queen, and pynned it faſt upon the caule of hir head. Then the 2. weomen departed. The Queen kneeled downe upon the Cuſhion reſolutely, and without any token of feare of deathe, ſayde allowde in Lattin the Pſalme: *In te domino confido.* Then groaping for the block, ſhee layde downe hir head, putting hir cheane over hir backe with bothe hir handes, which holding their ſtill, had been cutt of, had they not been eſpyed.

Then ſhee layde hir ſelf upon the blocke moſt quietly, and ſtretching out hir armes and legges cryed out: *In*

*manus*

*manus tuas, domine, commendo ſpiritum meum*, 3. or 4. tymes.

Att laſt while one of the Executioners held hir ſtreightly with one of his handes, the other gave 2. ſtroakes with an Axe before he did cutt of hir head, and yet lefte a little griſsle behinde.

Shee made very ſmale noyſe, no part ſtirred from the place where ſhee laye. The Executioners lifted upp the head, and bad God ſave the Queen. Then hir dreſſinge of Lawne fell from hir head, which appeared as graye as if ſhee had byn threſcore and ten yeares olde, powled very ſhorte. Hir face much altred, hir lipps ſtirred upp and downe almoſt a quarter of an hower after hir head was cutt of. Then ſayde Mr. Deane: "ſo perriſh all the "Queen's ennemyes." The Erle of Kent camme to the dead body, and with a lower voice ſayde, "Such end happen "to all the Queen's, and Goſpell's ennemyes." One of the Executioners plucking of hir garters, eſpyed hir little dogg which was crept under hir cloathes, which would not be gotten forth but with force, and afterwardes would not departe from the dead corps, but camme and layde between hir head and ſhoulders: a thing much noted. The dogg embrewed in hir bloud was carryed awaye and waſhed as all thinges els were that had any bloud, ſave thoſe thinges which were burned. The Executioners were ſent awaye with mony for their fees, not having any one thing that belonged unto hir. Afterwardes every one was commaunded forth of the hall, ſaving the Sherife and his men, who carryed hir upp into a great chamber made ready for the Surgeons to imbalme hir, and there ſhee was embalmed.

And thus I hope (my very good Lord) I have certifyed your honour, of all accions, matters, and circumſtances as did proceed from hir, or any other att hir death: wherin I dare promiſe unto your good Lordſhipp (if not in ſomme better or worſe woordes then were ſpoken I am ſommewhat miſtaken) in matter, I have not any whitt offended. Howbeit, I will not ſo juſtefye my dutye heerin, but that many thinges might well have been omitted, as not worthie notinge. Yet becauſe it is your Lordſhipp's faulte to deſire to know all, and ſo I have certyfied all, it is an offence pardonable. So reſting at your honor's further

com-

commaundement I take my leave this 11. of February 1586.

Your honors in all humble ſervice
to commaund
R. W.

*E Guntono, p. 77.*

The manner of the Solemnity of the Scotiſh Queen's Funeral, being the firſt of Auguſt, 1587. when ſhe was buried in the Cathedral Church of Peterburgh.

Upon Tueſday being the firſt of Auguſt were the Funerals appointed to be celebrated for the Scotiſh Queen in the Cathedral Church of Peterburgh, and accordingly there were ſent thither from the Court, the Queen's houſhold Officers, to make preparation for the Diet, Mr. Dorrel and Mr. Cox, for the Funeral Offices Mr. Forteſcue Maſter of the great Wardrobe. The Heralds came down three or four days before, and appointed (together with the Biſhop and the Dean) the place for the body to be interred, which was deviſed over againſt the lying of Queen Katherine, near to the tomb of John laſt Abbot, and firſt Biſhop of that Church. There was a rich Hearſe erected above the firſt ſtep of the Quire, near to the place of the burial, and the whole Quire and Church were hanged with black. Upon Sunday at night the thirtieth of July, the body was brought by Torch-light from the Caſtle of Fotheringhay (where it had lain ſince the time of Execution, being the eighth of February before) by Garter King at Arms, and other Heralds, with ſome number of Horſe, in a Chariot made of purpoſe, covered with black Velvet, and adorned with her Enſigns accordingly, between one and two of the Clock in the night: where attended for it before the Church, the Biſhop of Peterburgh, and the Dean of the Cathedral Church, the Maſter of the Ward-robe, Clarentius King at Arms, and divers, as well of her Majeſtie's Servants, as other perſons. There came with the body, ſix of the Scotiſh Train, as Melvin, the Maſter of her Houſhold, and Phyſician, and others. The body with the cloſures weighed nine hundred weight, which being carried, and attended orderly by the ſaid perſons, was committed to the ground in the Vault appointed, and immediately the Vault was covered, ſaving a ſmall hole left open for the Staves to be broken into.

There

There was at that time not any Offices of the Church-ſervice done, the Biſhop being ready to have executed therein, but it was by all that were preſent, as well Scotiſh as others, thought good, and agreed, that it ſhould be done, at the day, and time of ſolemnity. Upon Munday in the afternoon, came to Peterburgh, all the Lords, and Ladies, and other Aſſiſtants appointed, and at the Biſhop's Palace was prepared a great Supper for them, where all at one Table ſupped in the great Chamber being hanged with Black, where was a State ſet on the right ſide thereof of purple Velvet. Upon Tueſday morning, the chief Mourners, Lords, and Ladies, and other Aſſiſtants being ready, about ten of the clock they marched from the Hall of the Biſhop's Palace, as followeth.

The Counteſs of Bedford Chief Mourner.

The Earl of Rutland.
The Earl of Lincoln.
The Counteſs of Rutland.
The Counteſs of Lincoln.
The Biſhop of Peterburgh.
The Biſhop of Lincoln.
L. Dudley L. Chamberlain.
L. S. John of Baſing L. Stew.
L. Willoughby of Parham.
L. Compton.
L. Mordaunt.
The Dean of Peterburgh.
Lady Mordaunt.
Lady Talbot.
Lady Dudley.
Lady S. John of Baſing.
Lady S. John of Bletſhoe.
Lady Mary Savel.
Lady Cecil.
Lady Mountague.
Lady Nowel.
Lady Mannors.
Mrs. Allington as a Lady.
8. Scotiſh Gentlewomen.
Sir Tho. Cecil.
Sir Tho. Mannors.
Sir Edw. Mountague.
Sir George Haſtings.
Sir Richard Knightly.
Sir Andrew Nowell.
Sir George Savel.
Sir James Harrington.
Mr. John Mannors as a Knight.
18. Scotiſh Gentlemen.
Divers Eſquires with Gent.
2. Kings at Arms { Garter. Clarentius.
5. Heralds at Arms.
An hundred poor women.

The ſolemnity being ſetled, the Prebends, and the Quire, which received them at the Church door, ſung an Antheme, the Scotiſh, all, ſaving Mr. Melvin, departed, and would not tarry at Sermon, or Ceremonies. The Biſhop

ſhop of Lincoln preached, out of that 39. Pſalm 5,6, 7. ver. "Lord let me know mine end," &c. "Who ſhall gather "them," &c. "In the prayer, when he gave thanks for "ſuch as were tranſlated out of this vale of miſery, "he uſed theſe words: Let us give thanks for the happy "diſſolution of the High and Mighty Princeſs Mary "late Queen of Scotland, and Dowager of France, of "whoſe life and death, at this time, I have not much "to ſay, becauſe I was not acquainted with the one, "neither was I preſent at the other. I will not en- "ter into judgment further, but becauſe it hath been "ſignified unto me that ſhe truſted to be ſaved by the "bloud of Chriſt, we muſt hope well of her Salvation. "For, as Father Luther was wont to ſay, many one that "liveth a Papiſt, dieth a Proteſtant." In the diſcourſe of his Text, he only dealt with general doctrine of the vanity of all fleſh. The Sermon ended, the offering of the Chief Mourner and hatchments were received by the Biſhop of Peterburgh, and the offerings of the reſt by the Dean, which ended, the mourners departed. The Ceremony of burial was done by the Dean, the Officers breaking their Staves, and caſting them into the vault upon the Coffin: And ſo they departed to the Biſhop's houſe, where was a great Feaſt appointed accordingly. The concourſe of people was of many thouſands, and after dinner the Nobles departed away every one towards his own home. The Maſter of the Wardrobe paid to the Church for the breaking of the ground in the Quire and making the grave 10*l.* And for the blacks of the Quire and Church 20*l.*

Wick-ham.

When Cardinal Barbarini, afterwards Pope Urban 8. wrote his Poem upon this Queen's death, wherein he hath this,

*Regalique tuum funus honore caret,* &c.

either he was ignorant of this her manner of interment, or elſe he undervalued it, as not ſuitable to her quality.

Shortly after this interment, there was a table hanged up againſt the wall, which contained this Inſcription:

*Maria Scotorum Regina, Regis filia, Regis Gallorum*
*Vidua, Reginæ Angliæ Agnata, & Hæres proxima;*
*Virtutibus Regiis, & animo Regio ornata, jure Regio*
*Fruſtra ſæpius implorato, barbara, & tyrannica*

*Crudelitate ornamentum noſtri ſeculi, & lumen*
*Vere Regium extinguitur. Eodem nefario judicio*
*Et Maria Scotorum Regina morte naturali, & omnes*
*Superſtites Reges, plebeii facti, morte civili mulctantur.*
*Novum, & inauditum tumuli genus, in quo cum vivis*
*Mortui includuntur, hic extat. Cum ſacris enim Divæ*
*Mariæ cineribus, omnium Regum, atque Principum violatam, atque proſtratam Majeſtatem hic jacere ſcito:*
*Et quia tacitum Regale ſatis ſuperque Reges ſui*
*Officii monet, plura non addo, Viator.*

Which in Engliſh may be rendred thus: Mary Queen of Scots, daughter of a King, Widow of the King of France, Couſin, and next heir to the Queen of England, adorned with Royal vertues, and a Royal mind (the right of Princes being oftentimes in vain implored) by barbarous, and Tyrannical cruelty, the ornament of our age and truly Royal light, is extinguiſhed. By the ſame unrighteous judgment, both Mary Queen of Scots, with natural death, and all ſurviving Kings (now made common perſons) are puniſhed with civil death. A ſtrange and unuſual kind of monument this is, wherein the living are included with the dead. For, with the ſacred aſhes of this bleſſed Mary, know, that the Majeſty of all Kings, and Princes, lieth here violated, and proſtrate. And becauſe Regal ſecrecy doth enough and more admoniſh Kings of their duty, Traveller, I ſay no more.

This Table continued not long, but was taken away, and caſt aſide, by whoſe hand, or order I know not. Yet the Royal Enſigns of an Helmet, Sword, and Scutcheon remained to the year 1643. hanging high over the place of her burial. Yet did not their height ſecure them from the ſtorms, which then fell upon this Church, and Monuments.

After that the body of this Queen had reſted in this place the ſpace of 25. years, her Son King James being minded to remove it to Weſtminſter, wrote to the Church of Peterburgh, as followeth.

JAMES

JAMES R.

Truſty, and well-beloved, we greet you well. For that we think it appertains to the duty we owe to our deareſt Mother, that like honour ſhould be done to her Body, and like Monument be extant of Her, as to others, Hers, and our Progenitors have been uſed to be done, and our ſelves have already performed to our dear Siſter the late Queen Elizabeth, we have commanded a memorial of her to be made in our Church of Weſtminſter, the place where the Kings and Queens of this Realm are uſually interred: And for that we think it inconvenient, that the Monument, and Her body ſhould be in ſeveral places, we have ordered that her ſaid Body remaining now interred in that our Cathedral Church of Peterburgh ſhall be removed to Weſtminſter to her ſaid Monument. And have committed the care, and charge of the ſaid tranſlation of her body from Peterburgh to Weſtminſter to the Reverend Father in God, our right truſty and well-beloved ſervant the Biſhop of Coventry and Lichfield bearer hereof, to whom we require you (or to ſuch as he ſhall aſſign) to deliver the Corps of our ſaid deareſt Mother, the ſame being taken up in as decent, and reſpectful manner as is fitting. And for that there is a Pall now upon the Hearſe over Her Grave, which will be requiſite to be uſed to cover Her ſaid Body in the removing thereof, which may perhaps be deemed as a Fee that ſhould belong to the Church, we have appointed the ſaid Reverend Father to pay you a reaſonable redemption for the ſame; which being done by him, we require you that he may have the Pall to be uſed for the purpoſe aforeſaid. Given under our Signet at our Honour of Hampton Court, the eight and twentieth day of Septemb. in the tenth year of our Reign of England, France and Ireland, and of Scotland the ſix and fortieth.

Rich. Neile.

In obedience to this Letter the Body of the Queen of Scots was taken up the eleventh of October following, in the year of our Lord, 1612. and tranſlated to Weſtminſter.

# SUBSCRIBERS

## To this Edition of CAMDEN's ELIZABETH.

NB. *An Aſteriſk is put before thoſe that Subſcrib'd for Royal Paper, a Dagger after thoſe that Subſcrib'd for ſeveral Copies.*

JOHN Adenbroke, of London, M. D.
J Edward Alexander, Eſq.
* Thomas Allen, M. A. Rector of Murſton and Kingſdown in Kent. †
Richard Allin, B.D. Fellow of St. John's-Coll. Cambridge.
Henry Andrewes, M.A. Rector of Shafton in the County of Dorſet.
* Francis Anneſly, Eſq.
John Anſtis, Eſq. Garter principal King of Arms.
* Richard Arundell, Eſq. †
The Honourable Bertram Aſhburnham, Eſq.
The Right Reverend Father in God, Francis (Atterbury) Ld. Biſhop of Rocheſter, and Dean of Weſtminſter.
* Thomas Bacon, alias Sclater, of Catley near Linton in Cambridgeſhire, Eſq.
Samuel Bagnale of London, Gent.
Thomas Baker, B. D. of St. John's-Coll. Camb.
* John Baron, D. D. Maſter of Balliol-College, Vice-Chancellor of the Univerſity of Oxford, Prebendary of Briſtoll, and Rector of Heath in the County of Oxford.
Charles Battely, Eſq.
Charles Beale, M. B.
Hilkiah Bedford, M. A.
Charles Bernard, Gent. Clerk of the Chirurgeons Company Lond.
Robert Betham, M.A. Rector of Silcheſter in Hampſhire.

John

John Blackbourne, M. A.
William Blackſtone, of London, Apothecary.
Sir John Bland, Baronet.
Thomas Bootle, of the Inner Temple, Eſq.
Thomas Bowdler, Eſq. †
Jo. Bowles, B. A. of St. Mary-Hall Oxon.
Henry Box, Eſq.
Charles Brent, M. A. Student of Chriſt-Church Oxon.
* The Right Hon^ble^ James (Bridges) Earl of Carnarvon.
* John Bridges, of Barton near Kettering in Northamptonſhire, Eſq. Fellow of the Royal Society. †
Nathaniel Bridges, M. A. Rector of Orlingbury in Northamptonſhire.
Ralph Bridges, M. A. Vicar of Southweald in Eſſex, and formerly Chaplain to the Right Reverend Father in God Henry (Compton) Ld. Biſhop of London.
* William Brome, of Ewithington near Hereford, Gent. †
William Bromley (Junior) Eſq. Gentleman-Commoner of Chriſt-Church Oxon.
Legh Brooke, M. A. Fellow of Brazen-Noſe Coll. Oxon.
Daniel Browne, Bookſeller of London. †
John Browne, Chirurgeon of London.
Bezaliel Brownſmith, of London, Merchant.
Edward Burton, of the Middle-Temple, Eſq. †
Salisbury Cade, of London, M. D. Phyſitian to St. Bartholomew's Hoſpital.
The Honourable Benedict Leonard Calvert, Eſq. Gentleman-Commoner of Chriſt-Church Oxon.
John Campbell, Gentleman-Commoner of Clare-Hall in Cambridge.
Hugh Chamberlain, of London, M. D.
* Arthur Charlett, D. D. Maſter of Univerſity-College Oxon. and Rector of Hambledon in Bucks. †
* The Right Honourable the Ld. Cholmondley.

Robert

Robert Cholmondley, of Holford in Cheſhire, Eſq.
* Walter Clavell, of the Inner-Temple, Eſq. Fellow of the Royal Society.
Henry Clements, Bookſeller of Oxford. †
* Henry Clements, Bookſeller of London. †
William Clinch, of Canterbury, M. D.
Edward Coles, of Richmond, M. D.
William Coles, of Mile End Green, M. D.
Jonathan Colley, M. A. Chantor and Chaplain of Chriſt-Church Oxon.
Mr. John Cottle, of Doctors Commons London, Proctor of the Court of Arches.
Francis Croft, of London, Merchant.
Thomas Crowe, of London, M. D.
Robert Dale, Eſq. Suffolk Herald.
John Davys, M. A. Vice-Principal of Hart-Hall Oxon.
Thomas Deacon, of London, Gent.
Henry Diſton, Eſq.
John Dod, M. D.
Peirce Dod, M. D. Fellow of All-Souls-Coll. Oxon.
* The Honourable Brigadier James Dormer.
* Philip Dwight, D. D. Vicar of Fulham in Middleſex.
Richard Dyer, M. A. Fellow of Oriel-Coll. Oxon.
Matthias Earbery, M. A. late of St. John's-Coll. Camb.
Maurice Emmet, Gent.
Henry Englefyeld, of Whiteknights in the County of Berks, Eſq.
Sir John Evelyn, of Wotton in Surrey, Kt. and Baronet.
Thomas Eyre, of Hundercomb in Bucks, Eſq.
Charles Eyſton, of Eaſt-Hendred in Berks, Eſq. †
Colſon Fellowes, Gentleman-Commoner of Chriſt-Church Oxon.
John Fenwick, Eſq. Fellow-Commoner of St. John's-College Camb.

* The

* The Right Rev. Father in God William (Fleetwood) Ld. Biſhop of Ely. †
Stephen Fletcher, Bookſeller of Oxford.
* The Right Honourable Thomas Ld. Foley, Baron Foley, of Kidderminſter in Worceſterſhire.
Thomas Frankland, Eſq.
John Freeke, of London, Gent.
* John Freind, M. D.
Richard Frewin, M. D.
Roger Gale, Eſq.
Samuel Gale, Gent.
William Gibbons, M. D.
Thomas Girdler, B.D. Fellow of Wadham-College Oxon.
* Thomas Granger, of London, Gent.
* Edward Green, Gent. Chirurgeon to St. Bartholomew's Hoſpital London.
Henry Gregory, M. A. Student of Chriſt-Church Oxon.
John Griffin, of Sareſden in Oxfordſhire, M. A.
John Guiſe, Eſq. Col. of the Guards.
Francis Guyn, of Ford-Abbey in Devonſhire, Eſq.
Fletcher Gyles, of Holbourne, Bookſeller. †
Richard Hale, M. D. Phyſitian to Bethleem and Bridewell Hoſpitals.
William Hale, Eſq.
Colonell James Hales.
* John Hales, Eſq. Bencher of the Inner-Temple.
Anthony Hall, M. A. Fellow of Queen's-College Oxon.
George Harbin, M. A.
* The Right Honourable Simon Ld. Harcourt, Baron Harcourt of Stanton Harcourt in the County of Oxford.
John Harding, Eſq. M. A. of the Univerſity of Camb. and Deputy to the Remembrancer of the Exchequer.
John Hare, Eſq.
* Edward Harley, Eſq. Gentleman-Commoner of Chriſt-Church Oxon.

* The

* The Right Honourable Edward Ld. Harley. †
John Harwood, LL. D. of Doctors Commons and F.R.S.
Chriſtopher Haſlam, B.A. Student of Chriſt-Church Oxon.
Joſeph Herne, of the Inner-Temple, Eſq.
James Hill, of the Middle-Temple, Gent.
Samuel Hill, Eſq.
Thomas Hinton, M. A. Rector of Laſham in Hampſhire.
* George Holmes, Gent. Deputy-Keeper of the Records in the Tower. †
John Holte, B. A. Student of Chriſt-Church Oxon.
The Right Rev. Father in God George (Hooper) Ld. Bp. of Bath and Wells.
Hugh Howard, of London, Gent. Keeper of the Paper-Office at White-Hall.
Joſ. Hunt, M. A. Fellow of Balliol-College Oxon.
Robert Huntman, of London, Gent.
Walter Jefferies, of London, Merchant.
Robert Jenkin, D.D. Maſter of St. John's-Coll. and Margaret Profeſſor of Div. in the Univerſity of Cambridge.
Charles Jenner, of London, Apothecary.
Jeſus-College Library in Oxford.
John Innys, Bookſeller of London. †
* William Jones, of Lond. Gent. F. R. S.
* Charles Joy, of London, Merchant.
* James Joy, of London, Gent.
* Robert Keck, of the Inner-Temple, Eſq.
The Rev. Mr. . . . . Kelſal, Miniſter of Boſton.
Robert Keylway, of Lond. Gent. Chirurgeon to St. Bartholomew's Hoſpital.
* Corbert Kynaſton, Eſq.
Gilbert Lake, B. D. Vicar of Chippenham in Wilts.
Roger Laurence, M. A.
Henry Leach, M. A. Fellow of Brazen-Noſe Coll. Oxon.
Matthew Lee, B.A. Student of Chriſt-Church Oxon. †

Thomas

Thomas Leigh, M.A. Fellow of Brazen-Noſe Coll. Oxon.
* Henry Levett, M. D. Phyſitian to Sutton and St. Bartholomew's Hoſpitals London.
J. Lewis, of Margate in Kent, M. A. †
John Lewis, Bookſeller of Covent-Garden Lond.
John Loder, M. A. Vicar of Napton near Southam in Warwickſhire.
Francis Luttrell, of the Middle-Temple, Eſq.
* John Markham, of London, Apothecary.
The Right Hon^ble^. Robert (Marſham) Earl of Rumney.
* Richard Mead, M. D. †
* Samuel Mead, Eſq. †
George Medcalfe, of the Cuſtom-Houſe London, Eſq.
Roger Meredith, of Leed's Abbey, Eſq.
John Merrik, Eſq.
Roger Metcalfe, of London, Chirurgeon.
Mr. Middleton.
* Richard Moſtyn, of Penbedw, Eſq.
John Murray, of London, Gent.
Thomas Newey, D. D. Prebendary of Wincheſter, Chantor of Exeter, and Chaplain to the Right Rev. Father in God Jonathan Ld. Biſhop of Wincheſter.
John Nicoll, M. A. Student of Chriſt-Church Oxon. and Second Maſter of Weſtminſter School.
Thomas Northey, of London, Apothecary.
* The Honourable Mrs. Anna Henrietta Oglethorpe.
* The Right Rev. Father in God Adam (Otteley) Ld. Biſhop of St. David's.
Samuel Pake, of Yarmouth, M. D.
* Samuel Palmer (of the Lock Hoſpital belonging to St. Bartholomew's Hoſpital) Gent.
* Thomas Palmer, Eſq.
James Pearſe, of Arundel Street in Lond. Gent.
Pembroke-Hall Library in Cambridge.
Thomas Peſtell, of London, Gent.

Charles Peters, B. A. of Chriſt-Church Oxon.
William Phipps, LL. D. of Doctors Commons Lond.
Charles Pinfold, LL. D. of Doctors Commons Lond. and Commiſſary to the Dean and Chapter of Weſtm.
* Walter Plummer, Eſq.
Henry Plumtree, M. D. F. R. S.
John Radcliffe, M. A. of St. John's-Coll. Oxon.
Chriſtopher Rawlinſon, of Carke-Hall in Lancaſhire, Eſq.
* Richard Rawlinſon, M. A. of St. John's-College Oxon. and F. R. S.
* Thomas Rawlinſon, Eſq. F. R. S. †
Sir Robert Raymond, Knight.
Henry Raynes, LL. D. Chanc. of Lichf. and Coventry.
James Richardſon, M.A. Maſter of Black-heath School.
Richard Richardſon, of North-Bierley in Yorkſhire, M.D.
George Andrew Ruperti, Chaplain to his Majeſtie's High-German Chapel in St. James's, and Miniſter to the High-German Lutheran Congregation in the Savoy.
Mr. Benjamin Ruſſell of Merton-College Oxon.
Thomas Sclater, Eſq. *See* Bacon.
Thomas Sergeant, of the Tower, Gent.
* Sir Thomas Sebright, Baronet. †
William Shaw, Eſq.
Sir Hans Sloane, Baronet, Fellow of the College of Phyſitians and of the Royal Society. †
George Smith, of the Middle-Temple, Gent.
Samuel Smith, of the Middle-Temple, Gent.
* James Sotheby (Junior) of London, Gent.
* The Rt. Honble. Charles (Spencer) Earl of Sunderland.
Edward Staples, Gent. one of the Clerks to the Houſe of Commons.
Lewis Stephens, M.A. Student of Chriſt-Church Oxon.
* William Stratford, D.D. Canon of Chriſt-Church Oxon.
Sir Philip Sydenham, of Brimpton D' Evercy in Somerſetſhire, Baronet. †

Joſ. Tayler,

Joſ. Tayler, of London, Gent. Clerke of the United Hoſpitals of Bridewell and Bethleem.

Brook Taylor, of Doctors Commons Lond. LL. D. Fellow of and Secretary to the Royal Society.

Lewis Thomas, of London, Gent.

Timothy Thomas, B. A. Student of Chriſt-Church Oxon.

William Thomas, Gent.

Thomas Tonkin, of Trevawnance in Cornwall, Eſq.

The Right Rev. Father in God (Sir) Jonathan (Trelawny Baronet) Ld. Biſhop of Wincheſter.

* Arthur Trevor, Eſq.

* The Honourable Sir William Trumbull of Eaſt-hamſtead Park in Berks.

* Samuel Tuffnaile, of Langley's in Great-Waltham in Eſſex, Eſq.

Richard Tyſon, of London, M. D.

Thomas Wadſworth, M. D. and Phyſitian to the Hoſpital of St. Thomas in Southwark.

Thomas Wagſtaffe, Gent.

William Wagſtaffe, M. D.

Lionel Walden, Eſq.

James Wallwyn, of Longworth in Herefordſhire, Eſq.

Edward Waterman, M. A. Curate of Leeds and Vicar of Hollingbourn.

Joſeph Weſt, Gent. Mayor of Shaftesbury in the County of Dorſet.

John White, M. A. Student of Chriſt-Church Oxon.

John Whiteſide, M. A. Miniſter of King's Walden in Hartfordſhire, Chaplain of Chriſt-Church and Keeper of the Aſhmolean Muſéum in Oxford.

Browne Willis, of Whaddon-Hall in Buckinghamſhire, Eſq.

* John Woodward, M. D. Fellow of the Royal Society and Profeſſor of Phyſick in Greſham-College Lond. †

To theſe muſt de added, Richard Atherton, Eſq. Gent. Commoner of Brazen-Noſe-Coll. Oxon.

# *Advertiſement.*

THE Publiſher is now printing in 8vo. ***Guilielmi Neubrigenſis Hiſtoria rerum Anglicarum.*** Which work is done from the moſt authentick MS. of this ancient Author now exſtant in the World, by the Help whereof a great many Paſſages will be retriev'd never before publiſhed, and the groſs Faults in the former Editions, which could not be avoyded becauſe the Publiſhers had not the uſe of this MS. will be faithfully and carefully corrected. To prevent any miſtake about the Credit of the MS. it is to be obſerv'd that Sir Roger Twyſden (to whom it once belong'd) ſet ſo great a value upon it, that, finding ſo many Things of Moment wanting in the former Editions, he intended to have publiſhed a new Edition of this Hiſtory from it himſelf. There will be only an hundred and fifty Copies Printed, fifty of which will be on Royal Paper. The Price to Subſcribers will be a Guinea the large, and fifteen ſhillings the ſmall Paper; whereof half is to be paid at the time of Subſcribing, and the reſt when the Copies are delivered. Subſcriptions are taken in either by the Publiſher at Edmund-Hall, or by John Rance at the THEATRE Printing Houſe in Oxford.

Edmund-Hall Oxon. Jan. 8. 17$\frac{17}{18}$.

GUILIELMI CAMDENI

# ANNALIUM

RERUM

ANGLICARUM

ET

HIBERNICARUM,

REGNANTE

ELIZABETHA,

VOLUMEN PRIMUM,

Complectens operis partem primam.

THO. HEARNIUS

THOMÆ RAWLINSONO,

ARMIGERO,

S.

OPERE ad umbilicum pene perducto, ecce litteræ à Te, Vir amiciſſime, in quibus de pictura Elizabethæ Reginæ à Bridgeſiana plane diverſa agitur. Penes ſcilicet Virum celeberrimum Richardum Meadum, M. D. ſtudiorumque noſtrorum fautorem ſummum. Tuas autem

tem vix jam perlegeram ac perpenderam, quum ab ipſo quoque Meado litteras accipio, quibus pollicetur Vir optimus & vere maximus ſe ejuſdem picturæ iconem, ſumptibus ſuis exſculptam & excuſam, tranſmiſſurum eſſe ſi edere in animo eſſet. De hoc beneficio gratias illico ago, nefaſque eſſe duco lectores tanta benevolentia fraudare. Itaque poſt pauculas ſeptimanas in manus traditur icon, archetypo (ut ex aliis cl. Meadi litteris colligo) altero tanto major. Mirum eſt quanta voluptate fuerim perfuſus ſimul atque adſpexi. Et quidem jure. Nam & ipſi etiam amici, quibus oſtendi, gaudent eo nomine,

mine, vehementerque lætantur. Laudant omnes, monentque ut juris publici faciam. Nempe eo conſilio communicatam eſſe intelligunt, tum ut Reginæ ingenium clarius ex ea pateat (nam certe ex ipſa icone, ſi tacuiſſent hiſtorici, tantum animum Reginæ fuiſſe diſcimus, ut aulico inſolenti, ſuperbo, ac ingrato, quantumvis jam antea apud Principem gratioſiſſimo ipſiuſq; quaſi deliciis, alapam impingere non gravaretur) tum etiam ut una cum Bridgeſiana conferatur, chalcographique, de quo [1] jam antea mentionem feci, qui cum viris maximis noſtri ſeculi in certamen deſcendere poteſt,

1. Vide Præfationem noſtram, §. XXXVIII.

in

in arte venuſtas plenius cognoſcatur. Tandem igitur decretum, ut mox poſt Camdeni Præfationem affigatur. Et quidem digniſſima eſt quæ non tantum ibi collocetur, ſed quæ etiam in collectione (quam tanti æſtimant Meadus aliique Viri principes) magni Aldrichii, Ædis Chriſti (egregii & nobilis illius eruditionis & ſapientiæ domicilii, omnibus maximarum artium diſciplinis exculti, rerumque omnium copia ad ſtudia litterarum ſatis inſtructi, quoque proinde cura Parentum adoleſcentes undique conveniunt ad animos clariſſimis diſciplinis excolendos) nuper Decani, harumque rerum ſi quis unquam peritiſ-

peritiſſimi, adſervetur. Gratulor igitur eruditis, rerumque noſtrarum ſtudioſis (quorum judicium in minoribus etiam rebus conſequi pulcherrimum arbitror) quod doctiſſimi Meadi ſumptibus hæc prodeat icon elegantiſſima, Symbolo lingua Italica concepto inſignita, Auctore ſcilicet ipſa Regina, quæ ut multarum linguarum ſcientiſſima erat, ita & varia Symbola affectabat. Quin & tu quoque mecum gratulaberis. Nec eſt quod hominum poſtremorum judicium metuamus. Vale, mi amice, ſingulari fide ac virtute ornate, & Guilielmum Neubrigenſem (qui nunc prelum exercet) ad fidem Codicis præſtantiſſimi

tiſſimi in Bibliotheca prænobilis Domini D^ni^. Thomæ Sebright Baronetti perpolitum innumeriſque locis emendatum & adauctum brevi à me exſpecta. Scribebam Oxoniæ in Aula Edmundi pridie Nonas Januarias anno Æræ Chriſtianæ, qua quidem à Kalendis Januarii (à quibus cum Chronographis noſtris antiquis exorditur ipſe Camdenus) numeratur, CIↃ.IↃCC.XVIII. ſed CIↃ.IↃCC.XVII. qua à Martii Juliani die cenſetur XXV°. pro calculo Eccleſiæ Anglicanæ.

GUILI-

# GUILIELMUS CAMDENUS

# LECTORI.

*ANTE annos octodecim, Guilielmus Cecilius Baro Burghleius, Summus Angliæ Theſaurarius, mihi ne cogitanti quidem, primum ſua, deinde Regia tabularia aperuit; atque inde primordia regni* ELIZABETHÆ *filo Hiſtorico contexere juſſit. Neſcio, quo conſilio, niſi* [1] *dum ille proſperæ Reginæ famæ conſuleret, ut induſtriæ etiam meæ hoc in genere præ-*

1. Quod ille *Edd. Belg.*

*ludium videret. Obſecundavi, nec invitus quidem, ne optimæ Principis memoriæ, ejus exſpectationi, & V*ERITATI*, quæ mihi utriuſque inſtar, defuiſſe viderer. Illam enim ſubterfugientem, & ſeſe occultantem, aut ibi, aut nullibi, deprehendere ſperavi.*

*Primo autem limine, implicatiſſima difficultas quodammodo abſterruit. In condenſas enim omnis generis ſcriptorum & inſtrumentorum ſtrues, pro temporum ratione ſatis digeſtas, pro argumentorum varietate confuſiſſimas incidi. In quibus excutiendis, dum pulvere obſitus, totus deſudo; materiamque idoneam ſedulo quæſitam, ſed exſpectato rarius inventam, conveho; & ille vivere deſiit, & induſtria mea admodum deferbuit. Poſtquam in-*

*compa-*

*comparabilis etiam illa Princeps cœleſtem animam cœlo reddiderat, ſpe avidiſſima aliquandiu exſpectavi, non ſolum ſi quis, ſed etiam ſi aliquis è tanto eruditorum numero, qui ejus beneficio, & opibus & otio abundant, hanc debitam gratiam, meritamque rependeret. Sed quum certo comperiſsem, aliis, qui optime poterant, per graviora negotia non licuiſſe; alios, neſcio quibus de cauſſis, etiam deprecando ſpecioſe recuſaſſe: ad intermiſsum ſtudium denuo me accinxi, & acrius, quam antea, incubui. Omnia undique ad ſcribendum ſubſidia conquiſivi, Regum & Magnatum Diplomata, Litteras, Conſultationes in Regio Conſiſtorio, Legatorum documenta, & Epiſtolas ſedulo volvi, & revolvi:*

*Parlamentaria Diaria,* Actus *&* Statuta *percurri, & ſingula Edicta perlegi. Quorum omnium longe plurima, Clariſſimo viro* Roberto Cottono Equiti Aurato & Baronetto, *qui rei Hiſtoricæ & Antiquariæ lectiſſimam ſupellectilem magnis impenſis, & felici induſtria ſibi comparavit, ut debeo: (lumen enim maximum mihi* [1] *libentiſſime de lumine accendit ſuo) ita,* Lector, *ſi te hac in parte juvero, aut delectavero, eidem gratias meritiſſime referre debes.*

*Mea etiam ipſius ſcrinia excuſſi, qui, etiamſi Venerandæ Antiquitatis admirator, recentium tamen non incurioſus, multa vidi, obſervavi, à majoribus, atque fide dignis, qui rebus gerendis interfuerunt, & partium*

1. Lubentiſſime *Edd. Bélg.*

*tium*

*tium utrinque, in hoc Religionis diſcidio, ſtudioſis, accepi. Quæ ſingula judicii mei (quantulumcumque eſt) ſtatera examinavi, ne quando fallaci credulitate ad falſa propenderem.* VERITATIS *enim ſtudium, mihi ad hoc opus aggrediendum, ut ſolus ſtimulus; ita & ſcopus unicus. Quam Hiſtoriæ detrahere, nihil aliud eſt, quam pulcherrimo animanti oculos effodere, & pro ſalubri ſucco, Lectorum animis venenum propinare.*

*Quæ* Veritatis *igitur lumini obſtruere ſolent, amoliri ſtatui ſingula.* Inſcitiam, *& quæ inde exſiſtunt* Dubietatem & Falſitatem, *incorruptæ fidei ſplendore ex monumentis illis omni exceptione majoribus, quantum poſſum, diſpuli; & fortean,*

*non*

*non minorem inde rerum illarum notitiam, quam qui in Republica diu multumque verſatus, mihi comparavi.* Præjudicium *vitavi, quandoquidem judicium tollit; & mentes cum in Religione, tum in Republica ita perſtringit, ut perinde ac oculi glaucomate obſeſſi, nihil clare intueantur.* Periculum *non metui, ne quidem ab iis, qui præſenti potentia ſuccedentis ævi memoriam exſtingui poſſe opinantur. Et meminerint, quotquot in ſcriptores veri cultores ſævierunt, ſibi dedecus, illis gloriam accumulaſſe.* Spes lucelli *tranſverſum non egit: Hiſtoriæ dignitatem promercalem habere, mihi (cui cum compoſita paupertate ſemper bene convenit) ſordidum viſum, & ſervile.* Suſpicioni gratiæ aut

ſimul-

ſimultatis *locum reliqui nullum. Qui enim mihi memorandi, vix unus & alter beneficio, injuria ne unus cognitus; ut inter* obnoxios *vel* inſenſos *non habear. Superſtites vix brevi elogio memoravi. Patriæ hoſtes inſectando, boni civis laudem cum mali Hiſtorici nota aucupari, ridiculum exiſtimavi. Hæc curavi, ut, quod Polybius juſſit*, ſoli VERITATI litarem. *Nec* ΠΑΡΡΗΣΙΑΝ, *ingenuam illam cum modeſtia loquendi libertatem Hiſtorico dignam, aliquis, ut ſpero, in me deſiderabit. Illam, quæ cum obtrectandi malignitate falſam libertatis ſpeciem induit, & propitiis auribus ubique excipitur, ex animo deteſtor.* Manifeſta *non reticui,* dubia *mollius ſum interpretatus,* occultiora *non indagavi.*

Abdi-

Abditos Principum ſenſus(*inquit magnus ille Hiſtoriarum Anteſignanus,*)& ſi quod occultius parant, exquirere, illicitum, anceps; nec ideo aſſequare. *Atque cum Halicarnaſſeo curioſulis ſuccenſeo, qui plura quam legibus permiſſum, quærere aut cognoſcere volunt.*

*Ad cetera quod ſpectat: Quamvis me minime lateat,* ΠΟΛΕΜΙΚΑ *&* ΠΟΛΙΤΙΚΑ *maxime propria eſſe Hiſtoriæ, Eccleſiaſtica tamen nec potui, nec ſane debui prætermittere.* (*Inter* Religionem *enim,&* Rempub. *divortium eſſe non poteſt.*) *Sed quum Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ ſcriptor hæc ſuo ſibi jure vendicet, ego non niſi levi, & quaſi pendenti quidem manu attigi. Quum ex Hiſtoriæ lege & dignitate ſit,* per negotiorum

rum

rum celſitudines diſcurrere, non minutias indagare, *minutiis non inſtiti. Minutula tamen ſunt, quæ ſi non hunc, alium ſcire juvet.* Circumſtantias *vero haudquaquam omiſi, ut non modo rerum eventus, ſed rationes etiam, cauſſæque noſcerentur. Illud Polybii mihi perplacet*: Si tollas ex Hiſtoria QUARE, QUOMODO, QUO FINE, quidque fuerit actum, & an ex ratione res geſta ſucceſſerit, quicquid reliquum eſt, ludicrum magis erit, quam documentum. Et in præſens quidem oblectet, in poſterum non proſit. Judicium *affectibus non tradidi, dum ſedato animo ſcribens, aliorum potius exquiſivi; nec meum fere uſquam, ne aliud quidem agens, interpoſui; quum an*

 *Hiſto-*

*Hiſtorico liceat, controvertatur. Suum cuique pro captu per me liberum eſto. Orationes, niſi ipſiſſimas, vel in pauciora redactas, non admiſcui, multo minus finxi. Sententiolas rarius adſperſi, nec obſervationibus illis, quas Græci* ΕΠΙΣΤΑΣΕΙΣ *apposite vocant, narrationes exornavi, dum occulte animum erudire ſategi. Digreſſiones vitavi.* Verba formalia *adhibui.* Topographica & Genealogica *non neglexi: nec* Chronologica; *temporum ſeriem, quantum fieri potuit, ſecutus; annum à Calendis Januarii, ut noſtri Chronographi olim ſoliti, exorſus.*

ANNALIUM *nomine inſcripſi, quod quæque in ſuum annum retulerim, quod* res illuſtres *Annalibus* mandandas, *Tacitus docuerit;* &

eorum

eorum munus eſſe præcipuum, ne virtutes ſileantur, utque ex prave dictis factiſque, ex poſteritate & infamia metus proponatur. *Imo etiam, quod in* Annalibus *aridius & contractius ſcribendi genus, quale hoc meum, maxime requiratur.*

*His initiis animum ad ſcribendum appuli, hoc conſilio porro perrexi: & in his concinnandis, limandis, & perpoliendis, omne ſubciſivæ induſtriæ curriculum conficere, atque ſupremis tabulis, ampliſſimo viro Jacobo Auguſto Thuano, qui hiſtoriam ſui temporis ſumma fidei & modeſtiæ laude inchoavit, legare deſtinavi. Ne quod exteri ſolent, ille mihi cum primis charus, in rebus noſtris, tanquam hoſpes in Re-*

 *publica*

*publica aliena, peregrinaretur.*

*Ecce autem, hoc conſilium, neſcio quo fato, mihi præreptum, & magna pars eorum ante aliquot annos ad eum tranſmiſſa, dum adhuc primis lineamentis adumbrati, & vix inchoati jacerent, lituris & lacunis deformati, ſegmentis hinc inde aſſutis, mendis, ut tumultuante calamo exciderunt, ſcatentes; & à librario peſſime accepti. Ex his ille Tomo ſuæ Hiſtoriæ Undecimo, & Duodecimo, paucula demendo, mutando, addendo, ſed recto ſane cum judicio, interpolata, intexuit. Quum autem ille pro ſuſcepti operis ratione (Univerſalem enim ſui temporis Hiſtoriam aggreſſus) pauca* Anglica & Hibernica *decerpſerit, plurima quæ noſtros cognoſcere juvet, & forſan inter-*

*interſit, prætermiſerit: & ego rerum noſtrarum notitiam ab exteris non ſine convitio efflagitari audiverim; humeros oneri aliquandiu ſubductos iterum appoſui, totos relegi, recognovi, plurima addidi, & aliquem orationis cultum adhibui, ſed ſine conquiſitis verborum lenociniis. Satis enim mihi videtur, ſi tanquam tabulam dilutioribus coloribus minus eleganter pictam, bono lumine collocavero.*

*An publici tamen juris facerem, inter ancipites curas ſuſpenſo animo hæſitavi. Verum enimvero* Judicia, Præjudicia, Odium, Obtrectatio, *quæ ſigna efferre, & claſſicum canere prævideo, non tantum deterruerunt, quantum* Veri ſtudium, Patriæ charitas, & Principis illius

lius memoria (*quæ apud Anglos grata & ſancta eſſe debeat*) *contra eos excitarunt: qui quum fidem in* Patriam, & Principem *exuerint; tam hujus exiſtimationem, quam illius gloriam atterere famoſis apud exteros libellis, ex animis malevolentia ſuffuſis, non deſiſtunt; & nunc, quod non diſſimulant, improbitatis ſuæ monumentum juſto volumine poſteris ſunt prodituri. Nihil ego malim quam me mei ſimilem eſſe, & illos ſui.* Suum cuique decus rependet poſteritas. *Quod argumenti ſublimitas poſtulat, dolens fateor, non præſtiti: operam vero quam potui, ſane lubens impendi. Mihi, ut in aliis, ita in his nequaquam ſatisfeci. Satis ſuperque tamen habebo, ſi ex propenſa voluntate memo-*

*riam*

*riam rerum conſervandi, vera narrandi, & animos ad probitatem, aut prudentiam, erudiendi, inter minutos magnarum rerum ſcriptores locum tantiſper invenero.*

Quicquid ſit,

DEO, PATRIÆ, ET POSTERIS,

AD VERITATIS ARAM

dedico, conſecroque.

ER-

# ERRATA.

Pag. 290. lin. 2. lege *cum eo.* P. 440. lin. penult. in notis l. *Bourkorum.* P. 548. lin. 13. l. *primum.* P. 576. lin. 21. l. *claſſis.* P. 732. lin. 2. l. *ſubjiciantur.* P. 819. lin. 6. l. *propugnaculum.* P. 893. lin. 15. l. *Bantreian.*

APPA-

# APPARATUS.

ELIZABETHÆ, Angliæ Reginæ, genus paternum vere Regium erat. illa enim Regis *Henrici* Octavi filia, *Henrici* Septimi neptis, *Edwardi* Quarti proneptis. Maternum impar quidem, nobile tamen, & multis magniſque affinitatibus per Angliam & Hiberniam diffuſum. Abavus erat *Galfredus Bolenus*, claris in Norfolcia natalibus, Prætor Urbis Londini, Anno M. CCCC. LVII. eodemque tempore Equeſtri dignitate ornatus. Vir integer, ea exiſtimatione, ut *Thomas* Baro *Hoo*, & *Haſtings*, ex Ordine *Georgiano*, filiam & heredum unam illi in uxorem dederit; ea opulentia, ut filias in ſplendidas familias *Cheneiorum*, *Heidonorum*, & *Forteſcuorum* elocaverit, filio lautum patrimonium reliquerit, & mille libras monetæ Anglicæ egenis in Urbe Londino, & ducentas in Norfolcia erogandas legaverit. Huic natus

*Elizabethæ genus paternum.*

*Maternum.*

*Guilielmus Bolenus*, inter octodecim lectiſſimos Equites Balnei ad inaugurationem Regis *Richardi* III. adſcitus. cui *Thomas* Comes Ormondiæ (qui ea dignatione apud Angliæ Reges fuit, ut ſolus ex Hiberniæ Proceribus ſedem & ſuffragium in Comitiis Parlamentariis Angliæ, & ſupra Angliæ quidem Barones habuerit) filiam & heredum alteram connubio junxit. Ex hac ille (præter filias *Sheltono*, *Calthropo*, *Clero*, & *Sackvillo*, opibus & genere conſpicuis, enuptas, liberoſque alios) genuit *Thomam Bolenum.* quem juvenem *Thomas Howardus* Comes Surriæ, qui poſtea Dux Norfolciæ, bellica laude celeberrimus, in generum delegit, data *Elizabetha* filia in matrimonium: & *Henricus* VIII. una & altera ampliſſima legatione perfunctum, primum Aulæ Regiæ Quæſtorem, Ordinis *Georgiani* Equitem, & Vicecomitem Rochfordium; deinde Comitem Wiltoniæ & Ormondiæ, privatique Sigilli Cuſtodem conſtituit. Ille, inter alios liberos, *Annam Bolenam* procreavit, quæ tenella in Galliam miſſa, famulabatur primum *Mariæ* Anglicæ *Ludovici* XII. deinde *Claudiæ* Britannicæ *Franciſci* Primi uxori; eaque defuncta, *Margaretæ Alenconiæ*, quæ enaſcenti Proteſtantium Religioni cum primis in Gallia favit. In Angliam reverſam, & inter honoratas Reginæ Virgines admiſſam, jam ad viginti duos annos natam, *Henricus* duodequadrageſimum agens, ob formam venuſtam, & modeſtiam Gallica feſtivitate temperatam

*Anna Bolena* nata M. D. VII.

A Rege uxorem repudiaturo amata.

peratam efflictim deperiit. Quum vero pudicitiam expugnare non potuiſſet, in uxorem ſpe prolis maſculæ ambivit.

Jam antea, ut rem paullo altius repetam, ille *Catharinam* conjugem, feminam moribus ſanctiſſimis, & Hiſpanica gravitate, ſed ſæpius abortientem, & quæ filiam unicam ſuperſtitem habuit *Mariam*, faſtidire, poſt XVII. annos, cœperat; idque artibus *Thomæ Wolſæi* Cardinalis, qui jam in faſtigio potentiæ apud Regem, ſui quodammodo erat impotens. Ille enim *Carolo Quinto* Imper. *Catharinæ* è ſorore nepoti, infenſior, quod Archiepiſcopatum Toletanum negaſſet, & ad Papatum aſpiranti non faviſſet; Galloque in *Caroli* invidiam adeo jam devotus, ut uxorem è Gallia *Henrico* deſtinaret; Regi in ſuas cupiditates prono,[1] & ægerrime ferenti quod Carolus, ſponſalibus, quæ cum Maria filiola contraxerat, diremptis, Iſabellam *Luſitanam* duxerat, ſcrupulum injici curavit, nuptias illas cum *Catharina*, quæ prius fuerat *Arthuri* fratris ipſius uxor, lege divina eſſe prohibitas, licet *Julius* II. P. R. diſpenſaſſet. Poſtea ipſe in aures inculcavit, quam graviter in Deum commiſiſſet *Catharinam* ducendo, quanto peccato volutaret illam retinendo; Excommunicationis ſententiam incurriſſe, Deumque in has tam injuſtas nuptias iram effudiſſe, qui prolem maſculam ſemel atque iterum ſuſceptam ſupereſſe noluit: nec aliud quid-

Repudii cauſſa.

1. *Deſunt in Edd. prioribus uſque ad*, ſcrupulum injici *&c.*

quam exſpectari poſſe, quam ut funeſta illa bella, nuperrime conſopita, novis cladibus reſuſcitarentur, niſi de legitimo regni herede certo conſtiterit. Illam igitur repudiandam, ut omnis ſcrupulus Regi ex animo tolleretur, ejuſque animæ tot annos inceſtu pollutæ, & ſimul Regni ſaluti ex certa legitimæ prolis ſucceſſione conſuleretur.

Ad PP. relata. Hinc Rex *Clementi* VII. Pontifici Rom. ſupplicat, ut delegaret qui de cauſſa cognoſcerent, utque vel diſpenſatio *Julii* PP. ſacrarum litterarum auctoritate confirmaretur, vel ipſe ab *Excommunicationis ſententia abſolveretur, & matrimonium ipſum nullum, & invalidum fuiſſe, ipſique licere cum quacunque alia muliere* (*alio non obſtante Canone*) *matrimonium contrahere, declararetur.* Delegavit ille *Wolſæum*, & Cardinalem *Campegium*, cui & Bullam clam tradidit, in qua Regis *votis favorabiliter annuens quantum cum Deo potuit, ſingula concedit, ſi contingat matrimonium cum* Catharina *alias contractum nullum fuiſſe, & eſſe declarari*: Verum hanc Bullam, prout res Imperatoris in Italia ſuccederent, vel celandam, vel publicandam. Agitabantur jam paſſim quæſtiones, An jure divino liceat fratri relictam fratris accipere in uxorem? Si hoc jure divino vetitum, an Papali interveniente diſpenſatione non poſſit fieri licitum? Quum autem hujuſmodi matrimonium Sacroſanctis utriuſque Teſtamenti legibus adverſari, etiamſi Pontificis Rom. acceſſerit diſpenſatio,

In Academiis agitata.

penſatio, plures Orbis Chriſtiani Academiæ, virique doctiſſimi ſuis ſuffragiis comprobaſſent: Rex in amorem *Annæ Bolenæ* exardere cœpit, ſimulque Cardinalis (incepti ſero pœnitens) ira incitatus, clandeſtino effecit, ut Pontifex Rom. Academiarum ſententias Pontificia auctoritate confirmare abnueret, & cauſſa Romæ, & in Anglia, de die in diem ampliando protraheretur. Cardinalis enim à *Bolena*, quæ doctrinæ Evangelicæ addicta faſtum ipſius pompa pleniſſimum oderat, timebat; itidem & Pontifex ab Imperatore jam in Italia præpotente, qui *Catharinæ* materteræ cauſſam acerrime defendebat. Nec Pontifex *Henricum* irritare volebat, qui ipſum jampridem à Cæſarianis captum ſua opera & pecunia liberaverat. *Henricus*, etſi hinc animus ira æſtuaret, occultavit tamen, & primum ipſe aſſidue & humillime per Legatos & litteras, deinde Præſules & Proceres Angliæ per libellum ſupplicem chirographis ſuis ſubſignatum demiſſis precibus ad *Pontificis pedes advoluti obſecrarunt, ut Apoſtolica auctoritate firmaretur* (ipſorum verbis utor) *quod duæ Academiæ Angliæ, quod Academia Pariſienſis, quod multæ aliæ Academiæ, quod doctiſſimi & integerrimi viri domi foriſque verum eſſe affirmarant, ac pro vero defendere tam verbo quam calamo paratiſſimi erant. Infelicitatem autem ſingularem eſſe, ſi à ſede Apoſtolica hoc ille Princeps non obtineret, cujus ſolius ope ſua ſtat ſedi Apoſtolicæ auctoritas à multis impetita, quibus partim*

Ampliando dilata.

Rex ut expediretur, rogat.

Præſules etiam & proceres.

*tim ferro, partim calamo, partim voce atque auctoritate ſæpius reſtitit, & tamen ſolus illius auctoritatis beneficio non frueretur. Ut frueretur, iterum atque iterum obteſtati ſunt, ne inteſtina bella de jure ſucceſſionis denuo recrudeſcerent.*

Et præſules ſeorſim. Præſules etiam veriti ne Pontifex regnum Interdicto, aut Regem excommunicatione innodaret, ſuis ſeorſim litteris triſte inter *Alexandrum* tertium Pontificem Romanum, & *Henricum* ſecundum Angliæ Regem diſſidium in memoriam revocarunt, &, inter alia rationum momenta, his ipſiſſimis fere verbis, quibus *Gilbertus*, Epiſcopus Londinenſis, tunc temporis uſus erat, infimis cum precibus admonuerunt: *Zelum veſtrum accenſum ut ad tempus intra fines modeſtiæ cohibeatis, ſubmiſſiſſime ſupplicamus: ne vel Interdicti ſententiam, vel ultimum illud præciſionis elogium proferendo, Eccleſias innumeras ſubverti miſere patiamini; & tam regem ipſum, quam innumeros cum eo populos, à veſtra, quod abſit, obedientia irrevocabiliter avertatis. Melius eſt membrum capiti cohærere vel ſaucium, quam à corpore projici jam præciſum. Redeunt ad ſanitatem ſaucia, vix corpori coaleſcunt jam præciſa. Adducit deſperationem præciſio, quum ſanet vulnus ſæpiſſime caute medicantis operatio. Unde, ſi placet, conſultius eſt, ut ſanando vulneri, ſi quod eſt, ad præſens operam detis, quam Eccleſiæ Dei partem nobiliſſimam præcidendo, quæ turbata ſunt hoc tempore, longe ſupra quam poſſit exprimi, perturbetis. Sanguis regius tunc ſcit demum vinci,*

*quum*

*quum vicerit. Nec erubeſcit cedere quum ſuperaverit. Manſuetudine leniendus eſt, monitis & patientia ſuperandus. Quid enim ſi jacturam quandam temporalium infert vel exhibita, vel in tempus exhibenda adhuc etiam patientia? Numquid non ſeveritati retrabendum eſt, quum ſtrages imminet populorum? Numquid non in mare multa jactanda ſunt, quum jam ſpondet interitum confuſio fœda maris & fluctuum?* Verum quum hæc ſurdis auribus Pontifex & Cardinales per quinque plus minus annos negligerent, ægerrime ferentes Pontificiam in diſpenſando poteſtatem in quæſtionem devocari, Regemque Romam citandum cenſerent; perpulerunt Principem animi pleniſſimum, protervia Eccleſiaſticorum quorundam domi irritatum, qui pro cauſſæ æquitate iniquiſſime, pro Regia dignitate indigniſſime, & pro meritis in Eccleſiam Romanam ingratiſſime ſecum agi exiſtimavit, ut uno fere eodemque tempore *Catharinam* repudiaret, *Wolſæum* Cardinalem bonis exueret, Epiſcopos, quod Legatinam ejus auctoritatem in Regiæ præeminentiæ fraudem agnoverant, ingente pecunia mulctaret, Pontificis Romani auctoritatem profligaret, titulum SUPREMI CAPITIS ECCLESIÆ ANGLICANÆ SUB CHRISTO, à Synodo & Angliæ Academiis delatum admitteret, *Annam Bolenam* trabea honoraria indutam, ſertoque aureo redimitam honore Marchioniſſæ Pembrochiæ *cum aſſenſu procerum Regni ob generis nobilitatem, virtutumque meritum*

Rex neglectus Pontifici Rom. renunciat.

*Annam* ducit.

*meritum* (ita ſe habent verba) exornaret, in uxorem duceret, Reginamque ſacrari juberet; *Clemente* VII. fruſtra indignante, *matrimonium prius validum & Canonicum eſſe* decernente, & Regem *Majoris excommunicationis pœnam incurriße*, pronunciante.

*Elizabetha nata.* Ex his nuptiis nata eſt *Elizabetha* Greenwici ad Tamiſim die VII. Septembris M. D. XXXIII. Mox vero nuptiæ illæ cum *Catharina* contractæ, irritæ, & inceſtuoſæ: hæ cum *Anna* licitæ, & ex jure divino, Parlamentaria auctoritate judicantur. *Regni heres declarata.* *Elizabetha*, ſi maſcula Regi ſoboles defuerit, regni heres declaratur, & in Regis fidem, & heredum ex *Anna*, à ſingulis juratur. Quumque *Paulus* tertius in has nuptias denuo Romæ *Holy Maide of Kent.* pronunciare ſtatueret, & domi Virgo ſacra in Cantio à religioſis ſubornata, quaſi divino furore percita, in eaſdem atque Regem multa effutiret; *Auctoritas in Eccleſiaſticis Regi delata.* titulus *Supremi Capitis Eccleſiæ Anglicanæ, cum omnimoda auctoritate errores, hæreſes, & abuſus in eadem reformandi*, Regi à regni Ordinibus defertur, & jusjurandum illud in fidem heredum Regis ex *Anna* confirmatur. Anno tamen tertio vix exacto, ille in amores, ſuſpiciones, iram, cædem, & ſanguinem projectus, ut novo *Janæ Seimoræ* amori viam patefaceret, *Annam*, quæ abortum maſculum fecerat, violati thori ex levi ſuſpicione inſimulatam in judicium vocat. Illa objecta ita diluit, ut multitudini adſtanti innocens circumventa videretur; Pares

tamen

tamen damnarunt. Damnata Regi per nuncium belle & feſtive ſingulares gratias de cumulatis in eam beneficiis egit, *ſcilic.* quod genere minus illuſtri ad illuſtrem Marchioniſſæ dignitatem, conſortis honorem, & Reginæ celſitudinem evexerit: quodque longe maximum, quum in terris ſublimius evehere non poſſit, in cœlum, ubi æterna inter innocentes gloria fruatur, extollere jam voluerit. Supplicium placide & Chriſtiane ſubiit, proſpera quæque regi comprecando, & inimicis ignoſcendo.

*Anna* obtruncata.

Ille poſtridie *Janam* in uxorem ducit, nuptias cum *Anna* non minus quam cum *Catharina* plane illicitas & irritas Parlamentaria auctoritate declarat, earum filias *Mariam* & *Elizabetham* inde eſſe illegitimas, & regni ſucceſſione excludendas. Illa *Edwardum*, qui patri in regno ſucceſſit, ex utero exciſum enixa, ſtatim periit. Rex de uxoris morte parum ſollicitus novis amoribus & in Italia & in Gallia, ut ſibi amicos conciliaret, ſtatim vacat. Animi tamen ambiguus & ad ſingula pavidus, dum à Pontificiis ob rebelliones excitatas timet; ex nobilioribus, ne ſeditiones commoverent, aut exteris hoſtibus ſe conjungerent, alios leviculis de cauſſis, alios inauditos capite truncat. Religioſos ob pervicaciam in Pontificia poteſtate aſſerenda proditorum ſupplicio crebrius afficit, & ex avaritia, Monaſteria majora, ut antea minora, venerandæ vetuſtatis & majeſtatis pleniſſima diruit, opeſque

*Jana* poſtridie nupta. *Maria* & *Elizabetha* illegitimæ declaratæ. *Jana* in partu obiit.

Rex in Pontificios, Lutheranos, & Monaſteria ſævit.

que tot annos congeſtas diripit, cauſſis ex humanæ fragilitatis vitiis, & ſolutiore vita quæſitis. Simulque Proteſtantes ut Hæreticos comburit ex lege, quam vocarunt, ***Sex Articulorum***, contra eos qui Romanæ Eccleſiæ doctrinam de Tranſubſtantiatione, una in Sacramento Euchariſtiæ ſpecie, Sacerdotum cœlibatu, Votis, Miſſa privata, & Auriculari Confeſſione impugnarunt. Adeo ut uno eodemque loco & tempore in Pontificios laqueo & dilaniatione, & in Proteſtantes vivicomburio ſæviretur. Unde quum domi terribilis & foras tyrannicus haberetur, primum rejectus à Maria Lotharinga Ducis Guiſii filia, quam ***Jacobo*** Scotorum Regi nepoti rivalis factus ambivit, deinde à Chriſtiana Danica Ducisſa Mediolanenſi ***Caroli*** v. nepte, ægre ***Annam Clivenſem***, dum Proteſtantium in Germania amicitiæ ſe applicaret, in uxorem obtinet. Eam autem ſtatim atque duxerat, quaſi forma principe indigna, averſatus abjicit, in faſtidium ac libidinem juxta laſcivus, cauſſatus illam Ducis Lotharingiæ filio prius fuiſſe deſponſatam, & neſcio quam muliebrem impotentiam; ut ***Catharinam Howardam, Edmundi Howardi*** filiam, Thomæ ducis Norfolciæ neptem ſuperinduceret, quam anno vertente, pudicitiæ jam ante violatæ ream peractam obtruncat, thorumque regium ***Catharinæ Parræ*** ex equeſtri familia iterum viduæ aperit.

Legem 6. Articulorum ſancit.

*Annam* Clivenſem ducit, & repudiat.

*Catharinam Howardam* ducit, & capite plectit.

*Catharinam Parram* ducit.

Quum

Quum jam ex intemperanti juventute corpus effœtum ſentiret, irritatior in Gallum quod Scotis ſubſidia contra Anglos ſubmiſerat, & æquior *Carolo Cæſari*, qui *Catharinæ* materteræ repudium penitus oblitus, ſpem certam reconciliandi ipſum Eccleſiæ Romanæ occulte fecerat, (qua in re Gallus jam illuſerat) cum *Carolo* fœdus contra Gallum iniit. Deinde Galliam cogitans, ut majorem apud *Carolum* gratiam iniret, & ſimul conſcientiæ exulceratæ ſatisfaceret, Regni Ordinibus in Comitiis propoſuit, ut ſi ipſe & *Edwardus* filius ſine ſobole diem obirent, primum *Maria*, & ſi ei proles deficeret, *Elizabetha* deinde in regno ſuccederet. Sin autem hi ſine prole obirent, Corona Angliæ ad eos devolveretur, quibus ille vel litteris Patentibus, vel ſupremis tabulis aſſignaverit. Quod lubentiſſimis omnium animis ſcitum & ſancitum erat, læſæ Majeſtatis pœna contraëuntibus inflicta. E Gallia, Bononia capta, & ingenti pecunia profuſa reverſus dum ipſe anxius Angliam novis quotidie ſuborientibus opinionibus diſtractam ingemiſceret, & ipſa Anglia opibus exhauſtis, pecunia ære intermixto depravata, Monaſteriis priſcæ pietatis monumentis dirutis, Nobilium, Præſulum, Pontificiorum, & Proteſtantium cruore promiſcue effuſo, & Scotico bello implicata, luctuoſa ſuſpiraret, ſupremum ſpiritum, pinguedine diffluens, ex virulenti herpetis in crure inflammatione, Anno M.D.XLVII. inchoante exhalavit.

*Carolo* Imp. reconciliatur.

Succeſſionem in liberis ſtabilit.

Bononiam capit.

Moritur.

lavit. Princeps magnanimus, in cujus maximo ingenio inerant confuſo quodam temperamento virtutes magnæ & vitia non minora.

*Edwardus* Sextus ſuccedit.

*Edwardus* filius vix decennis ſucceſſit, *Edwardo Seimoro*, Duce Somerſetti, ejus avunculo, Protectore conſtituto. Cujus auſpiciis inſignis victoria de Scotis ad Muſelburgum reportatur, dum Angli pacti fœderis fidem de *Maria* Scotorum Regina *Edwardo* deſponſanda armis repetunt: & feralis lex *Sex Articulorum*, aliæque ab *Henrico* VIII. contra Proteſtantes latæ refiguntur, illæ ad Pontificiam auctoritatem profligandam confirmantur, Miſſa abrogatur, Imagines è Templis emoventur, utriuſque Teſtamenti libri vulgari lingua procuduntur, Officia divina in eadem celebrantur, & utraque ſpecies in Euchariſtia præbetur. Ceterum, ſacrilega avaritia in res Eccleſiaſticas, Collegia, *Cantarias*, Noſocomia, & pauperibus dicata, quaſi ſuperſtitioſa, rapaciter involavit, ambitio & æmulatio inter proceres, audacia & inobedientia inter plebeios adeo inſolenter exſultarunt, ut Anglia quaſi lymphata intemperiis agi ſibi videretur, rebellionibus, tumultibus, partium ſtudiis, pecuniæ depravatione & omnibus malis quæ ſub Rege puero accidere ſolent, intus miſere intabeſcens. Acceſſerunt etiam damna foris accepta: propugnacula Anglorum in Scotia, necnon in Gallia amiſſa: Bononia quæ tanti conſtitit, & omnes arces in agro Bononienſi ab Anglis

Evangelii doctrina inducitur.

Infelix ſub puero Rege regnum.

Anglis exſtructæ, cum tormentis & omni apparatu bellico, pacta pecunia, non ſine inſigni Anglici nominis probro, Gallis tradita: quum Anglia ſeditionibus divulſa defendere non valeret, *Carolus* Imperator ex fœdere rogatus auxiliari negaret, (utpote quæ Anglis poſt initum fœdus acquiſita) etiam gratis oblatam recuſaret. Et ad infelicitatis cumulum, Protector adverſus *Dudlei* Ducis Northumbriæ fraudes incautus, *feloniæ* damnatus ex lege recenti de conſilio inito occidendi Conſiliarios Regios, Northumbrium ſcilicet, & alios, capite plectitur; filius ex privata lege, maxima patrimonii parte & paternis honoribus ſpoliatur; & ipſe Rex ſuorum præſidio nudatus, ambitioſorum immanitati expoſitus, immature (morbo an veneno, incertum) præripitur; incredibili ob eximias ſupra ætatem virtutes deſiderio apud populum relicto.

Protector è medio tollitur.

Et ipſe Rex.

Triſti hoc tempore quum *Dudleius* malis artibus fraternum amorem inter Protectorem & *Thomam Seimorum* fratrem diſſolviſſet, occaſione arrepta ex muliebri æmulatione inter Reginam Dotariam *Thomæ* conjugem, & Duciſſam Somerſetti Protectoris uxorem, inter alia ad *Thomam* læſæ Majeſtatis convincendum, objiciebatur, illum cogitaſſe de Rege in ſuam poteſtatem redigendo, & *Elizabetham* Regis ſororem in uxorem ducendo. Illa autem totius rei ignara, & longe ab omni ſuſpicione interea adoleſcebat, ſumma

*Elizabethæ* apud fratrem gratia.

ſumma apud *Edwardum* fratrem, (qui non alio quam *dulcis ſororis* TEMPERANTIÆ nomine ſalutavit) & ſingulari apud proceres, & plebem gratia. Forma enim erat inprimis venuſta & imperio digna, gravitate modeſta, ingenio ſplendido, animo regio, memoria felici, & optimarum litterarum ſtudio indefeſſo; adeo ut ante XVII. ætatis annum Latinam, Gallicam, Italicam linguam calleret, & Græcam mediocriter. Nec Muſicam, quantum Principem deceret, neglexit, ut quæ ſcite & jucunde caneret, pſalleretque. Cum *Rogero Aſchamo*, qui ejus ſtudiis admotus, Locos communes *Melanſthonis*, integrum *Ciceronem*, magnam partem Hiſtoriarum *T. Livii*, ſelectas *Iſocratis* Orationes, (quarum duas in Latinum convertit) *Sophoclis* Tragœdias, Novumque Teſtamentum Græce legit, è quibus & linguam puriſſima dictione, & mentem aptiſſima præceptione inſtruxit, boniſque litteris non ad pompam, ſed ad vitam & virtutem ita fuit aſſidua, ut ad miraculum uſque fuerit inter ſui ſeculi Principes erudita.

Studia.

Liberalia autem hæc ſtudia fratris *Edwardi* mors interrupit. Vix dum exſpiraverat, quum à *Dudleio* Northumbriæ Duce (qui regnum *Janæ Greiæ*, cui filium deſponderat, affectabat) internuncii interpellarent, ut pacta pecunia, & latifundiis quibuſdam aſſignatis, jure ſuo in regnum cederet. Illa modeſte reſpondit, cum *Maria* ſorore natu majore prius tranſigendum,

qua

qua ſuperſtite, ſe nihil juris ſibi poſſe arrogare. Mox publica præconis voce *Jana Greia*, *Henrici* VIII. è ſecunda ſorore proneptis, Regina Angliæ promulgatur. Cauſſæ quæſitæ, *ſcilicet*, Quod *Maria* & *Elizabetha* illegitimæ Parlamentaria lege judicatæ, quæ nunquam rite abrogata, (licet illas Rex pater ſuo ordine poſt *Edwardum* VI. ſi ſoboles deficeret, ſucceſſuras eadem lege declaraſſet.) Quodque ſorores illæ civili Anglorum jure *Edwardo* ſucceſſores hereditario eſſe non poſſent, quia non germanæ, ſed (ut Juriſperiti noſtri loquuntur) **of the halfe bloud**. Subinnuitur etiam, *Henricum* VIII. ſupremis Teſtamenti tabulis jus regni in *Janam* illam *Greiam* tranſcripſiſſe, ſimulque demonſtratur, quanti ſit periculi, ſi *Maria* aut *Elizabetha* exteris Principibus nuberent, qui Pontificis Romani auctoritatem jam Anglia eliminatam revocarent, externoque jugo Anglos ſubjicerent. Et in eandem ſententiam *Litteræ Patentes Edwardi* ſexti paullo ante mortem confectæ, pluriumque Procerum, Epiſcoporum, Judicum, & aliorum chirographis munitæ proferuntur.

*Jana Greia* fruſtra Regina declaratur.

Nihilominus propenſiſſima procerum & plebis in *Henrici* VIII. filias voluntas hanc tempeſtatem fato Duci & *Janæ* funeſto intra viceſimum diem diſpulit, *Mariaque* per univerſam Angliam Regina declarata. Cui ad Urbem Londinum cum exercitu accedenti *Elizabetha* (ne ſororis, & ſuæ etiam ipſius cauſſæ quæ tunc agebatur, deeſſet)

*Maria* Regina promulgatur. *Elizabetha* ſe adjungit.

deeſſet) cum quingentis equitibus obviam proceſſit. Primis quæ *Maria* habuit Comitiis Parlamentariis, quæcunque contra matrimonium inter *Catharinam* Reginæ matrem & *Henricum* VIII. decreta fuerant, antiquantur, illudque legi divinæ conſonum & ad omnia validum eſſe ex his rationibus judicatur; quod cum parentum ipſorum, Principum prudentiſſimorum conſenſu, virorum graviſſimorum tam Angliæ quam Hiſpaniæ conſilio, & matura eruditiſſimorum in Orbe Chriſtiano deliberatione contractum, celebratum, & liberorum procreatione conſummatum fuiſſet. Idem etiam religionis cultus, & Sacramentorum adminiſtratio quæ in uſu fuerant moriente *Henrico* VIII. revocantur, ſine ulla tamen omnino Pontificiæ poteſtatis agnitione vel mentione. Quod Reginam & Cardinalem *Polum* inprimis ſollicitos habuit, qui in re matrimonii parentum conſenſum & prudentum judicium non aliunde quam ex *P P. Julii* II. diſpenſatione dependere crediderunt; & Sacramentorum uſum nondum in Eccleſiam rite receptis ſine Pontificis auctoritate permitti ſuccenſuerunt. Verum Ordines regni, quod *Maria* deprehendit, auctoritatem Pontificis Romani jam excuſſam denuo admittere & agnoſcere verebantur. Nec ferebant ut Regina titulum

Angli Pontificis poteſtati ægre ſe ſubjiciunt.

*Supremi Capitis Eccleſiæ Anglicanæ* deponeret, in quem ipſorum plerique Præſules, Proceres, & plebeii, *Henrico* Octavo, heredibus, & ſucceſſoribus

ribus juraverant, & plurimi rem ex Eccleſiæ bonis auxerant. Illa autem deponere ex animo geſtiit, perſuaſa, univerſum jus ſuum ad regnum non aliunde quam ex poteſtate Pontificis Rom. qui pro ea ſententiam tulerat, firmari; poſtquam pater eam illegitimam pronunciari curaſſet. Certe plurimi hoc tempore Pontificiam poteſtatem & externum jugum adeo exoſi ſunt, ut *Thomas Wiatus* & Cantiani nonnulli decimo die poſt nuptias *Mariæ* cum *Philippo* Hiſpano pactas, in rebellionem proruperint, perſuaſi, non alio conſilio pactas, quam ad Anglorum cervices Hiſpanorum viribus gravius ſub Romano jugo deprimendas, atque ad *Elizabetham*, proximam regni Angliæ heredem, è medio tollendam. Et *Carolus* V. Imperator gnarus animorum in Anglia, ejuſmodi moras *Polo* Cardinali, cum Legatina à Pontifice poteſtate Angliam cogitanti, injecit (nec ſine Reginæ conſilio) ne rebus nondum conſtitutis offenſionem concitaret, ut in Angliam non veniret niſi poſt quindecim menſes, quum jam tertium Parlamentum haberetur, nuptiæ inter *Mariam* & *Philippum* eſſent celebratæ ex *Julii* III. Pont. Rom. diſpenſatione, *eo quod ſecundo & tertio conſanguinitatis gradu fuerint conjuncti, &* CAROLUS *ipſe Imperator ſponſalia cum* MARIA *impubere de futuro quondam contraxiſſet.* Tum demum ille ab Imperatore dimiſſus in Angliam venit, & natalibus reſtitutus, Ordinibus rogando & obteſtando propoſuit,

poſuit, ut leges contra Hæreticos reſtabilirentur, omnes leges à viceſimo Regis *Henrici* VIII. anno contra Romanam ſedem promulgatæ abrogarentur, & univerſum regni corpus Eccleſiæ Rom. reconciliaretur. Quæ ægre impetravit, nec prius, quam bona Monaſteriis, Collegiis, Epiſcopatibus, &c. ab *Henrico* Octavo & *Edwardo* Sexto ablata, Reginæ, & poſſeſſoribus ſimul eadem ſanctione confirmarentur, *ne quies regni turbaretur*. Hinc ille ſtatim *Clerum populumque ſchiſmatis crimine abſolvit*, *Romæ præ gaudio ſolennis Miſſa ab ipſo* JULIO III. *P P. celebrata*, *ſupplicationes decretæ*, *Jubilæum indictum*, *& plenaria conceſſa indulgentia ſingulis qui pro unione Regni Angliæ Deo gratias egerint*. Eoque miſſi *Antonius* Vicecomes Montiſacuti, *Thomas Thurlbeius* Epiſcopus Elienſis, & *Edwardus Carnus*, *ad gratias de ſchiſmatis venia agendas*, *debitamque Papæ & ſedi Apoſtolicæ ſubmiſſionem & obedientiam Regis*, *Reginæ*, *Regnique nomine præſtandam*. *Quibus in Palatio Apoſtolico & Aula Regum publicum datur à* Paulo IV. (*Julius* enim jam obierat) *Conſiſtorium*, *obedientia admiſſa*, *venia & abſolutio à Cardinale Polo data*, *approbata & denuo data*. Atque ad *Mariam* & *Philippum* magis demerendos, Papa Hiberniam *in Regnum ex Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine perpetuo erexit*, *& titulo*, *dignitate*, *præeminentiis regiis*, *&c. inſignivit & decoravit*. Quæ tamen ſingula Ordines Hiberniæ ex ſua auctoritate *Henrico* VIII. cumulate detulerant, & ipſa Regina

Qua Lege Eccleſiæ Rom. reconciliati.

Hibernia à P. R. in regnum erecta.

Regina jam antea utebatur & fruebatur. Sed hæc non hujus loci.

Religio Romana nunc in Anglia conſtituta videbatur. Eccleſiaſtica tamen hominum natio quum ex Regina jam quadragenaria, exſucca, & valetudinaria prolem vix ſperarent, ab *Elizabetha* etiamnum timuerunt. Illam enim Proteſtantium religioni innutritam norunt, & in illam quaſi Solem orientem omnium animos & oculos conjectos perſpexerunt. Serio igitur à primordio regni *Mariæ* conſultarunt, ne religio jam revocata quid detrimenti per illam caperet. Prolem regiam ſcelere tollere ſanioribus, & ipſi *Mariæ* Principi pientiſſimæ (licet in illam ob maternas ſimultates iniquiori) piaculum viſum; contra quibuſdam male-ſanis, qui ad religionem Catholicam ſtabiliendam nihil non audendum, nihil non perpetrandum, quo jure, qua injuria cenſuerunt. Percommodum vero illis acciderat, quod *Thomas Wiatus*, *Petrus Carewus*, *Jacobus Croftus*, & alii è Proteſtantium numero turbulenta & temeraria ſeditioſe moliti eſſent, & *Elizabetham Edwardo Courtenæo* Devoniæ Comiti matrimonio jungere ſategiſſent. Hinc illa quaſi conſcia in carcerem contruſa, ſeditionis affinem eſſe primum incerti rumores ſparſi, deinde nonnulli ad quæſtionem in caput abrepti, aliis tormenta adhibita. *Croftus* minime conſciam fuiſſe & extra omnem ſeditionis culpam religioſa aſſeveratione coram affirmavit. *Wiatus*

Pontificii ab *Elizabetha* timent.

Eam exagitant.

item (qui ſubaccuſaſſe ferebatur) extremum ſupplicium ſubiturus, idem palam profeſſus eſt. Nihilominus illa adpoſitis cuſtodibus huc illuc raptata, famuliſque & ancillis in vincula ſubinde adductis, durius quam pro dignitate tractata.

Gallus & Danus conſolantur.

Interea *Henricus* II. Rex Galliarum clandeſtinis litteris amore pleniſſimis recreat, multa & magna pollicitus in Galliam evocat; an ex amore, aut dolo, ut majus periculum crearet, Scotorumque Reginæ nurui deſtinatæ viam ad Angliæ Coronam poſt *Mariam* muniret, non dixero. *Chriſtianus* etiam tertius Rex Daniæ, qui jampridem Proteſtantium religioni nomen dederat, ſtudium omne defert, ſimulque de nuptiis cum *Frederico* filio clandeſtino agit. Quod quum Pontificiis in Anglia ſuboluiſſet, minas & pericula denuo intentant, & ſibi timentes clamitant, omnia religioni Romanæ, Reginæ, & regno intuta eſſe, dum illa ſupereſſet: itaque vel læſæ Majeſtatis, vel hæreticæ pravitatis neceſſario damnandam. Eaque tempeſtate dum in minoris notæ Proteſtantes ſæviretur, *J. Storius* Legum D. & alii ingenio immiti per circulos paſſim dictitarunt, Hæreſis radicem (illam innuentes) exſcindendam, non ramuſculos amputandos. Quum tamen illa, ut navigium ingruente tempeſtate, ſeſe moderans, ad Romanæ religionis normam ſacra audiret, & ſæpius confiteretur, imo Cardinale *Polo* aſperius interpellante,

lante, ſe Romano-Catholicam præ terrore mortis profiteretur. Hoc *Maria* tamen haud credidit, non oblita ſe mortis terrore propulſam, litteris ſua manu ad patrem ſcriptis (quas ipſe vidi) & Pontificis Romani auctoritati in Anglia in æternum renunciaſſe, ſimulque agnoviſſe patrem *Supremum ſub Chriſto Eccleſiæ Anglicanæ caput*, matriſque ſuæ nuptias cum *Henrico* patre inceſtuoſas & injuſtas fuiſſe. Nec Cardinali ipſi ceteriſque præſulibus hoc perſuaderi poterat, qui eam in Romanæ religionis ſecuritatem ſublatam optarunt. Quod tamen *Philippus Mariæ* maritus, & Hiſpani æquis auribus audire non poterant, in *Elizabetham* æquiores, non tam quod afflictæ Principis Virginis fortuna miſericordiam allexerit, quam ſuis rationibus provide conſulentes. Præviderant etenim, *Elizabetha* ſublata, per *Mariam* Scotorum Reginam, heredem regni Angliæ proximam, jam Galliæ Delphino deſponſatam, Angliæ, Hiberniæ, & Scotiæ regna ſceptro Gallico poſſe adjungi, quo nihil Hiſpanorum magnitudini, quibus continentia jam erant cum Gallis bella, formidoloſius erat.

Ad Rom. religionem terrore cogunt.

Quum igitur *Elizabetham* tollere ſine impietate non poſſent, longe ex Anglia amovere conſultiſſimum nonnullis viſum & *Emanueli Philiberto* Sabaudiæ Duci elocare. Nec hoc Hiſpano placuit, qui *Carolo* filio eam antea deſtinaverat. Et *Thomas Cornwallius* Reginæ à Conſiliis

Regno emittere, & ſucceſſione excludere ſatagunt.

diſſuaſit,

diſſuaſit, utique populum Anglicum ægerrime laturum, imo minime paſſurum, ut proxima regni heres à regno peregre abduceretur. Quo quidem tempore *Maria* pro inveterato in *Elizabetham* odio, & quod illa à nuptiis cum Sabaudo alienior eſſet, ita ira excanduit, ut contumeliis onerarit, & *Mariam* Scotorum Reginam certam & indubitatam eſſe Anglici Imperii heredem ſibi proximam ſubinde affirmare non dubitaverit. Has in *Elizabetham* conſultationes intervertit bellum, à *Maria* in mariti gratiam Gallo denunciatum, quæ licet prima & præcipua cauſſa, aliæ tamen additæ, & illæ quidem veriſſimæ, *ſcil.* Quod Gallus contra fœderis leges, Ducis Northumbriæ & *Thomæ Wiatti* rebelliones, *Dudlei* & *Aſhtoni* machinationes in ipſam per adminiſtros foverit, piratas in Anglicos Mercatores emiſerit, *Staffordum* armis & navibus ad Caſtrum Scarburgum occupandum inſtruxerit, Caletum malis artibus tentaverit, Anglicam monetam in Gallia adulterari permiſerit, Belgiumque, quod Angli ex pacto tueri tenentur, invaſerit. Hoc bello flagrante, & Scotis, quos Gallus excitarat, limites Angliæ infeſtantibus, Caletum, arces *Risbank*, *Newnambrig*, *Mere*, *Oye*, *Hammes*, *Sandgate*, arx & oppidum *Guinarum* amittuntur, & inter crebra præſulum funera, quæ triſti omine iram divini numinis denunciaſſe videbantur, *Maria* à marito neglecta, & mœrore ex Caleto amiſſo

Caletum amittitur.

(quod

(quod annos CC. juris fuerat Anglici) confecta, febre ſemeſtri & aqua intercuti die XVII. Novembris è vita migravit M. D. LVIII. quum quinque annos & IV. menſes regnaſſet. Princeps apud omnes ob mores ſanctiſſimos, pietatem in pauperes, & liberalitatem in nobiles atque Eccleſiaſticos nunquam ſatis laudata. Ceterum tempus infame fuit ex immani præſulum ſævitia, qui Proteſtantium vivicomburiis Angliam triſtiſſimo ubique ſpectaculo funeſtarunt. Plures enim ex omni ordine Epiſcopos, verbi Miniſtros, & plebeios hoc diro ſupplicio quinquennio abſumpſerunt, quam (ut quidam obſervarunt) *Henricus* VIII. totis XXXVII. annis, vel Anglia viderit, ex quo, regnante *Joanne*, Chriſtiani in Chriſtianos apud nos flammis ſævire cœperint. Eodem quo *Maria* obiit die, poſt paucu-las horas *Polus* Cardinalis Archiepiſcopus Cantuarienſis, quartana conflictatus exſpiravit. Vir quem pietas, doctrina, & integritas multo magis quam Regii generis ſplendor illuſtrarunt, licet ille *Georgii* Ducis Clarentiæ, fratris *Edwardi* Quarti Regis Angliæ, è filia nepos.

*Maria* obiit.

Et *Polus* Cardinalis.

ELIZA-

# ELIZABETHA
# A N G L I Æ, &c.
# R E G I N A.
## *P A R S P R I M A.*

M. D. LVIII.

*Mors Mariæ* ſignificata.

MORS Mariæ aliquot horas celata Præſulibus & Proceribus in Camera Parlamentaria (Ordines enim Regni ad Parlamentum jampridem convenerant) primum annunciatur. Illi ex præcipuo quodam dolore aliquantiſper obmuteſcunt, mutua tamen conſolatione ſe brevi colligunt, & luctu lætitiam miſcentes, ne vel de ſucceſſura triſtari, vel de mortua lætari viderentur, ad publicas curas converſi, ELIZABETHAM veram legitimamque regni heredem ex ſucceſſionis lege anni XXXV. Henrici VIII. declarandam, ſumma animorum conſpiratione decernunt. Mox illis ex inferiori conſeſſu convocatis Heathus Archiepiſcopus Eboracenſis Regni Cancellarius, inter medios ſingultus ſignificat, optimam Reginam religioni & Reipub. morte imma-

1558. immatura præreptam eſſe; ſingulos inde dolorem tantum hauſiſſe, ut omnem conſolationem vinceret, niſi Deus Optimus Maximus, ex ſua in Anglorum gentem miſericordia, Elizabetham, alteram Regis Henrici filiam, incolumem conſervaſſet. De cujus certiſſimo in ſucceſſione jure quum nemo dubitare poſſit, nemo debeat; præſules & proceres una voce & una mente Reginam jamjam promulgare decreviſſe, modo illi aſſenſerint. Vix dixerat, quum omnes undique uno ore conclamantes ingeminarent: *Vivat Regina* ELIZABETHA; *Regnet diutiſſime, Regnet feliciſſime.* Nec mora, Parlamento ſoluto eam tubis clangentibus in majori Weſtmonaſterii Palatio, & ſtatim in primario urbis Londini foro, Reginam Angliæ, Franciæ, & Hiberniæ, fideique propugnatricem fauſtis populi acclamationibus & lætiſſimo applauſu promulgarunt. Feliciſſimis ſane auſpiciis, nec alterum unquam Principem populus proniore & conſtantiore mente & amore, majore obſervantia, lætiori applauſu, & votis repetitis, quoties in publicum prodiret, toto vitæ decurſu, unquam proſecutus eſt.

*Elizabetha* Regina promulgatur.

Jam illa annos XXV. nata, uſu & adverſitate efficaciſſimis Magiſtris edocta, prudentiam ſupra ætatem comparaverat, cujus primum ſpecimen in Conſiliariis deligendis dedit. In ſanctius enim conſilium ſibi adſcivit Nicholaum Heathum Archiepiſcopum Eboracenſem, quem dixi, magna prudentia & modeſto ingenio virum, Guil. Powlettum Wintoniæ Marchionem ſummum Angliæ Theſaurarium, Henricum Fitz-Alanum Arundeliæ, Fr. Talbottum Salopiæ, Edwardum Stanleium Derbiæ, Guil. Herbertum Penbrochiæ, Comites; Edwardum Baronem Clintonum maris præfectum, & Guil. Baronem Howardum Effinghamium Cubicularium; Thomam Cheineium, Guil. Petrum, Joannem Maſonum,

Conſiliarios ſibi adſciſcit.

num, Richardum Sackvillum ex ordine Equeſtri, & Nicholaum Wotonum Decanum Cantuarienſem, qui omnes fuerunt Mariæ à conſiliis, & ejuſdem cum ea religionis. His è ſuis adjunxit temperamento quodam pro temporum ratione, Guil. Parrum Marchionem Northamptoniæ, Franciſcum Ruſſelium Comitem Bedfordiæ, Tho. Parrium, Edwardum Rogers, Ambroſium Cavum, Franc. Knolles, & Guil. Cecilium, qui Regi Edwardo Sexto fuerat à ſecretis, virum longe prudentiſſimum & inſtar multorum; paulloque poſt Nicholaum Baconum (cui cuſtodiam magni Sigilli commiſit:) ſingulos Proteſtantium doctrinam amplexos, nulloque ſub Maria loco; quos, ut reliquos in eorum locum jam inde ſuffectos, ita temperavit & cohibuit, ut ſibi eſſent devotiſſimi, & ipſa ſemper ſui juris, nulli obnoxia. 1558.

Primis auſpiciis primam curam, ſed cum pauculis intimis adhibet de Proteſtantium religione reſtauranda, quam ſacris litteris, & primævæ Eccleſiæ ſynceritati maxime conſonam & veriſſimam eſſe, tum ex informatione à teneris, tum ex judicio, ad veritatem ſibi perſuaſerat; & reſtaurare quidem certa & ſtabili ſententia apud animum ſtatuerat: Deinde cum reliquis, ut portus intercluderentur, Arx Londinenſis alicui probatæ fidei committeretur, novum Diploma ad Thom. Comitem Suſſexiæ Hiberniæ Proregem tranſmitteretur (qui Hiberniam non alias pacatiorem CCCXX. equitibus, DCCCLX. peditibus præſidiariis in officio continebat,) Diplomata itidem juridicis Magiſtratibus renovarentur, (ne juridicus conventus qui tunc agebatur, ſolveretur) cum clauſula adjecta (*ne aliquod Officium conferrent,*) novi Juſtitiarii & Vicecomites per Comitatus conſtituerentur, pecunia in ***excambium*** in tranſmarinas regiones non exportaretur, & concionatores à

De religione prima cura.

Domeſtica diſponit.

 contro-

1558. controverſis in religione quæſtionibus abſtinerent. Quod ad externa, ut legati ad Principes orbis Chriſtiani mitterentur qui Mariæ obitum ſignificarent. Ad Ferdinandum igitur Imperatorem protinus mittitur Thomas Chalonerus cum litteris, quibus Regina ſua ipſius manu edocuit, *Sororem obiiſſe, ſe Dei benignitate, jure hereditario, & ſubditorum conſenſu in regna ſucceſſiſſe; nihilque magis exoptare, quam ut vetus inter Anglicam & Auſtriacam familiam amicitia non ſolum conſervetur, ſed etiam augeatur.* Ad Hiſpanum in Belgio mittitur Baro Cobhamus cum documentis in eandem ſententiam, necnon cum diplomate, quo comes Arundeliæ, Thurlbeius Epiſcopus Klienſis, & D. Wottonus à Maria ad pacem Cameraci tractandam nuper delegati, Reginæ nomine denuo delegantur; illiſque Guilielmus Baro Howardus Effinghamius adjungitur. Henricus etiam Killegreus ad Germanorum Principum animos ex purioris religionis ſtudio conciliandos clam ſubmittitur, D. B. ad Danorum Regem, & Armigillus Waadus ad Ducem Holſatiæ.

Externa curat.

Ab Hiſpano ambitur.

Philippus morte Mariæ uxoris comperta, veritus ne Regni Anglici vires & nomen, quæ ſibi inprimis uſui erant, amitteret, & regna Angliæ, Hiberniæ, & Scotiæ per Scotorum Reginam Galliæ coaleſcerent; per Comitem Feriæ, quem ad ægrotantem uxorem, atque Elizabetham inviſendam miſerat, ſerio cum Elizabetha agit de nuptiis cum illa contrahendis, pollicitus ſe gratiam peculiari diſpenſatione à Pontifice Romano impetraturum. Hoc eam admodum anxiam habuit, quod potentiſſimum Europæ Principem de ſe optime meritum, nuptias ultro ambientem rejicere, cum minus prudentis, tum parum gratæ videretur. Sollicitum hoc etiam habuit Gallorum Regem, qui Galliæ non poterat non timere, ſi Anglia novis nuptiis Hiſpano hoſti denuo

nuo accederet. Ille igitur Romæ nihil non agit per E-piſcopum Engoliſmenſem, ut nulla hujuſmodi diſpenſatio impetraretur, quandoquidem Elizabetha Proteſtantium doctrinæ favere crederetur, imo etiam ut illegitima pronunciaretur. Sed hæc occultiſſime, ne Anglos, rebus nondum compoſitis, irritare videretur. Comes Feriæ ut has nuptias conficeret, Pontificiis in Anglia ubique inculcat, non aliam ſupereſſe illis rationem ad Catholicam religionem conſervandam, & priſtinum honorem tuendum; quibus neglectis, ſe non poſſe non miſereri Angliæ, quaſi opibus exhauſtæ, militaribus viris indigæ, præſidiis & munimentis male firmatæ, ab apparatu bellico minus inſtructæ, & quaſi Conſiliarii regni conſilii eſſent inopes. Et ſane res Anglicana afflictiſſima nunc jacuit, hinc Scotico, inde Gallico bello implicata, ære alieno, quod Henricus VIII. & Edwardus VI. contraxerant, oppreſſa, ærario exhauſto, Caleto & regione *Oyenſi* cum magno apparatu bellico, non ſine Anglici nominis dedecore, amiſſis, populo diſcordibus de religione ſententiis diſtracto, Regina ab amicis potentibus nuda, & nulla exterorum principum cognatione munita. 1558.

Illa quum de his nuptiis animo attentius agitaſſet, mox deprehendit matrimonium mulieris cum relicto ſororis, *ex rationis paritate*, æque ac viri cum relicta fratris, ſacra auctoritate prohiberi, ideoque illicitum eſſe, etiamſi ſummi Pontificis accederet diſpenſatio: perſpexitque, hujuſmodi matrimonium ex diſpenſatione contrahendo, non poſſe non agnoſcere ſe ipſam injuſtis nuptiis natam eſſe, quam pater Henricus (abdicata Catharina Hiſpana quia fratris relicta) genuerat. Quas tamen orbis Chriſtiani Academiæ & Synodus Londinenſis ex lege divina juſtiſſimas comprobaverat, ut illas cum Catharina injuſtas & omnino indiſpenſabiles.

Eum amolitur.

Amoliendi cauſſæ.

1558. biles. Procum itaque Philippum reſponſo modeſtiſſimo, honeſto, & virginali pudore, ſed vere ex conſcientiæ ſcrupulo paullatim amolitur. Quum autem ille crebris litteris urgendo inſtaret, & illa compoſitos tanti Regis mores modeſtiſſima gravitate atque gratia, Majeſtate digniſſimos, ſubinde prædicando admiraretur & imitari gauderet; prodierunt aulici qui contra Hiſpanos ut faſtu tumidos declamitarunt; & nonnulli ex intimis Conſiliariis in aures aſſidue inſuſurrarunt molliſſimo ingenio Virgini, dum timerent ne animus in dubio facillime impelleretur, actum de ipſa & amicis eſſe, conclamatum de Anglia, ſi Pontificiam auctoritatem in diſpenſando, aut alia quacunque re agnoſceret, duos Pontifices matrem illegitime Henrico VIII. enuptam pronunciaſſe, & inde ex eorum ſententia jam lata, Scotorum Reginam jus in regnum Angliæ ſibi arrogare. Pontificem ſententiam iſtam nunquam reſciſſurum, nec aliquid æqui à Romanis exſpectari poſſe, qui in matrem & illam fuerant iniquiſſimi; ad hæc, Gallum jam Romæ enixe agere, ut Maria Scotica legitima Angliæ Regina declararetur.

Illa animo ab hujuſmodi nuptiis averſiſſimo, & Proteſtantium religionem promovendi cupidiſſima, nihil Deo gratius, nihil ad importunum procum amoliendum efficacius cenſuit, quam ut religio quamprimum mutaretur. Mutata enim religione, & ejus de nuptiis ambiendis animum mutatum iri minime dubitavit. Conſultationem itaque inter intimos conſiliarios, quo modo Proteſtantium religio, Pontificia profligata, reſtabiliretur, maturari juſſit, omnibus periculis, quæ inde exſiſtere poſſint, perpenſis; & quibus rationibus depellantur. Illi hæc vel externa, vel interna fore præviderunt. Externa, vel à Pontifice Romano, qui Excommunicationis fulmen emitteret, & regnum in prædam inva-

De Proteſtantium religione inducenda deliberat.

Pericula perpendit.

Externa.

invadentibus exponeret: vel à Gallo, qui occaſione 1558.
inde arrepta, pacis negotium Cameraci inchoatum procraſtinaret, aut potius Reginæ Scotorum nomine in Anglos bellum moveret, non ſolum ut in hoſtes, ſed etiam hæreticos, Scotiamque ad idem excitaret, quæ jam ad ejus nutum: vel ab Hibernicis Romanæ religioni addictiſſimis, & ad rebelliones projectiſſimis: vel ab Hiſpano in vicino Belgio præpotente. Illi Pontificis excommunicationem, ut brutum fulmen minime formidandum, pacem à Gallo ſi offeratur amplectendam, ſin minus, ambiendam ſtatuerunt, quandoquidem eadem pax etiam Scotiam complectatur, Proteſtantes tamen Galliæ & Scotiæ neutiquam deſerendos; Berwicum, & limites ad Scotiam, uti etiam Hiberniam, præſidiis majoribus firmanda: cum Hiſpano vero amicitiam inprimis, quoquo modo colendam, & antiquum fœdus Burgundicum confirmandum. Pericula interna Interna.
præviderunt fore à Nobilibus regio conſilio amotis, ab Epiſcopis, & Eccleſiaſticis de gradu dejiciendis, à Judicibus qui pro tribunalibus ſederunt, ab Eirenarchis per ſingulos Comitatus, & à plebeiis qui regnante Maria re & æſtimatione magni erant, quia Romanæ religioni devoti. Hos loco deturbandos & legum ſeveritate coërcendos, (quod & Maria contra Proteſtantes fecerat) nulloſque niſi Proteſtantes ad rerum adminiſtrationem adhibendos, & in Collegia utriuſque Academiæ cooptandos cenſuerunt, ſimulque Pontificios Præſides ex Academiis, Scholarchas ex Wintonienſi, Ætonenſi, ceteriſque ſcholis ſubmovendos. Proteſtantes illos, qui novandi ſtudio abrepti, novam omnino Politiam Eccleſiaſticam tunc procudere cœperunt, tempeſtive comprimendos, nec niſi unam eandemque religionem tolerandam, ne religionis diverſitas inter Anglos (gentem animoſam & bellicoſam) perpetuas ſeditionibus

1558. bus faces ſubjiceret. Cura Liturgiam emendandi, quæ ſub Edwardo VI. lingua patria edita, Parkero, Billo, Maio, Coxo, Grindallo, Whitheado, & Pilkingtono, Theologis eruditis & moderatis, Thomæque Smitho Equiti doctiſſimo demandatur, re nemini communicata niſi Marchioni Northamptoniæ, Comiti Bedfordiæ, Joanni Greio de *Pyrgo*, & Cecilio.

Miniſtrorum impatientiam reprimit.

Quidam autem verbi Miniſtri moræ impatientes, dum legibus præcurrere quam exſpectare mallent, primum per privatas ædes, mox per Eccleſias doctrinam Proteſtantium liberius proſeminare, & plebs novitatis avida ad eos magno numero confluere, & de controverſis in religione quæſtionibus adeo inter ſe & cum Pontificiis rixari cœperunt, ut ad contentionum occaſiones præcidendas Regina ſevere edixerit, ne hujuſmodi quæſtiones agitarent. Permiſit vero ut Epiſtolæ, Evangelia, atque Decalogus Anglica lingua, ſine ulla tamen expoſitione, plebi prælegerentur, item Oratio Dominica, Symbolum Apoſtolorum & Litania vernacula lingua haberentur. Romano autem ritu in ceteris omnibus uterentur, donec de religionis cultu ex auctoritate Parlamentaria ſtatueretur. Interim Mariæ ſorori juſta in Templo Weſtmonaſterienſi magnifico apparatu ſolvit, & paullo poſt Carolo Quinto, qui ante biennium raro inter Cæſares exemplo, (ſed quod omnibus victoriis glorioſius eſt,) ſe vicerat, imperio renunciaverat, & mundo vivere deſierat, ut Deo ſoli totus viveret & vacaret.

Sacra in parte vulgari lingua permittit.

Juſta *Mariæ*, & *Carolo* V. ſolvit.

## M. D. LIX.

Nobiles reſtituit & evehit.

ANNO novo ineunte, Guil. Parrum, ob læſam Majeſtatem ſub Maria gradu dejectum, Northamptoniæ Marchionem denuo creat, Edwardum Seimorum magna parte patrimonii, & paternis honoribus ex privata

privata quadam lege, adverſantium invidia ſpoliatum, 1559.
in Baronem Bellocampium & Hertfordiæ Comitem erigit, Thomam Howardum, filium ſecundum Thomæ Ducis Norfolciæ, honore Vicecomitis Howardi de *Bindon*, Henricum Carium de *Hunſdon*, ex Maria Bolena conſobrinum, & Olivarium à Sancto Joanne de *Bletneſho* Baronum titulo exornat, qui ſinguli à Pontificia religione alieni. Jam regia pompa ab Arce Londinenſi per mediam urbem incredibili applauſu, quem (viſu & auditu juxta venerabilis) ſupra modum adauxit, Weſtmonaſterium deducitur, ubi poſtridie patrum ritu inauguratur & inungitur ab Oglethorpo Epiſcopo Carlioleniſi, quum Archiepiſcopus Eboracenſis & reliqui hoc munere defungi recuſarent ex ſuſpicioſo & ſollicito de religione Romana metu, quem tum prima ejus inſtitutio in Proteſtantium religione illis injecerat, tum quod nuperrime Epiſcopum ſacra celebrantem, hoſtiam ad adorationem tollere vetuerit, & Litaniam cum Epiſtola & Evangelio populari lingua habendam (quæ illi inter piacula habuerunt) permiſerit. Vere tamen illa pia, quæ Deo quotidie, ubi primum ſurrexit, aliquandiu vacavit, inde ſtatis horis in Sacrario privato; ſingulis diebus Dominicis & Feſtis Sacellum adiit, nec uſquam alius Princeps majore cum devotione ſacris interfuit. [1] Concionibus Quadrageſimalibus atrata, more priſci ævi ſemper interfuit, quanquam ſæpius dixerit, quod de Henrico Tertio prædeceſſore legerat, ſe malle devote precibus Deum alloqui, quam alios de Deo diſerte loquentes audire. [2] De Cruce, Beata Virgine, & Sanctis haudquaquam contemptim ſenſit, nec de iis ſine quadam reverentia unquam locuta, nec alios loqui patien-

Inauguratur.

De ſacris quid ſentit.

1. Conciones Quadrageſimales atrata, & more priſci ævi attente audivit, quanquam *Edd. priores, quæ & ſentiat pro ſentit in margine habent*. 2. De Cruce autem, Beata *in Edd. priorib.*

1559. ter audivit. [1] Et ne jejunium Eccleſiaſticum in Quadrageſima violaret, licentiam pro carnium eſu ſingulis annis ab Archiepiſcopo Cantuarienſi rite rogavit.

Parlamentum habet. Pauculis diebus interjectis, Comitia habentur Parlamentaria, in quibus primum omnibus omnium ſuffragiis ſancitur, Elizabetham *eſſe, & jure divino, civili Anglorum, & regni Statutis debere eſſe* (ut ipſa formula utar) *legitimam, indubitatam, & certiſſimam Angliæ Reginam, & juſte legitimeque è Regio ſanguine prognatam, juxta ſucceſſionis rationem ab Ordinibus regni anno* XXXV. *Henrici* VIII. *præſcriptam.* Lex tamen iſta, qua pater eam & Mariam ſucceſſione in regno excluſerat, non refigitur: in quo Baconi prudentia (cui, ut juris oraculo, in ejuſmodi rebus Regina tota innitebatur) à nonnullis deſiderabatur, maxime quum Northumbrius id contra Mariam & eam objeciſſet, eoque nomine, Maria quantum ad ſe refixerat; & ſeditioſi nonnulli hinc pernicioſa in eam quaſi minus legitimam Reginam poſtea arriperent; licet Juriſprudentia Anglica jam olim pronunciarit, *Coronam ſemel ſuſceptam omnes omnino defectus tollere.* Ab aliis autem hoc ipſum prudentiæ Baconi dabatur, qui in tanta legum atque Actorum perplexitate, & inconſtantia, quum quæ pro Elizabetha facerent, cum ignominia & probro Mariæ conjuncta viderentur, ulcus vetuſtate obductum refricare noluit, atque ad eam igitur legem ann. XXXV. Henrici ſe applicuit, quæ utriuſque famæ & dignitati quodammodo ex æquo conſulit.

Quæ in eo ſtatuuntur.

De religione mutanda refertur. In his Comitiis deinde poſt alia refertur de Corona Angliæ ad priſtinam in rebus Eccleſiaſticis juriſdictionem reſtituendam. Scilicet leges Henrici VIII. contra ſedem Romanam, & Edwardi Sexti pro Proteſtantibus,

1. *Deſunt in Edd. prioribus uſque ad,* Pauculis diebus interjectis,&c.

à Maria

à Maria abrogatas revocando, atque etiam ſanciendo, 1559.
*ut quæcunque juriſdictiones, privilegia, præeminentiæ ſpirituales, quacunque Eccleſiaſtica auctoritate in uſu jam olim fuerant, ad Eccleſiaſticos viſitandum, & omnimodos errores, hæreſes, ſchiſmata, abuſus, enormitates corrigendum, imperiali Angliæ Coronæ in perpetuum adjungerentur; ut Regina & ſucceſſores Litteris Patentibus certos homines delegare poſſent, qui illam auctoritatem exerceant; ea tamen lege, ut nihil hæreſim eſſe definiant, niſi quæ jam olim è ſacris litteris Canonicis, aut quatuor prioribus Conciliis Oecumenicis, aut aliis Conciliis ex vera & germana ſacrarum litterarum ſententia, hæreſes ſunt definitæ, aut jam inde ex auctoritate Parlamenti, cum aſſenſu Cleri Anglicani in Synodo definientur. Singuli Eccleſiaſtici, Magiſtratus, penſiones ex ærario accipientes, ad Academicos gradus promovendi, pupilli emancipandi, & ad prædiorum inveſtituram, atque inter regios famulos admittendi, &c. jurejurando obſtringerentur ad agnoſcendam regiam Majeſtatem unicum & ſupremum eſſe ſuorum regnorum gubernatorem (titulus enim* Supremi Capitis Eccleſiæ Anglicanæ *minime placuit) in omnibus tam ſpiritualibus rebus aut cauſſis, quam temporalibus: omnibus exteris Principibus & Poteſtatibus à cauſſis intra ſuas ditiones cognoſcendis, prorſus excluſis.*

His legibus in ſuperiori conſeſſu novem qui eo die XVIII. Martii.
aderant Epiſcopi (nec plures quam quatuordecim in vivis jam ſupererant) Eboracenſis ſcilicet Archiepiſcopus, Londinenſis, Wintonienſis, Wigornienſis, Lhandavenſis, Coventrenſis, Exonienſis, Ceſtrenſis, & Carliolenſis, Abbaſque Weſtmonaſterienſis obfirmate refragati ſunt; E proceribus homo plane nemo præter Comitem Salopienſem, & Antonium Brownum Vicecomitem Montis-acuti, quem Maria regnante, regni Ordines cum

1559. Thurlbeio Epiſcopo Elienſi Romam legaſſe dixi, ut Anglia in unitatem Romanæ Eccleſiæ, & Apoſtolicæ ſedis obedientiam reduceretur. Hic ex quodam religionis ardore, & honoris ratione acriter inſtabat, magno Angliæ dedecori eſſe, ſi ab Apoſtolica ſede, cui nuper ſe ſubmiſſe reconciliarat, mox deficeret: & majori periculo fore, ſi excommunicatione effulminata, vicinorum hoſtium furori, ex hujuſmodi defectione exponeretur. Se Ordinum Angliæ auctoritate univerſæ Angliæ nomine Pontifici Romano obedientiam detuliſſe, eandemque non poſſe non præſtare. Majorem igitur in modum etiam atque etiam obteſtando contendit, ut à Romana ſede non ſecederent, cui Chriſtianam fidem primum acceptam & perpetuo conſervatam debent. At in conſeſſu inferiori quum de his referretur, longe plurimi unanimes ſuffragati ſunt, Pontificiis obmurmurantibus, plures è Proteſtantibus data opera tum è Comitatibus, tum è Civitatibus & Burgis fuiſſe electos, & Norfolciæ Ducem, Arundeliæque Comitem, inter proceres potentiſſimos, in ſuam ſive rem ſive ſpem, Ceciliumque ſua ſolertia ſuffragia emendicaſſe.

Diſputatio inſtituitur. Jam animis hominum de religione diſcordantibus, uno eodemque edicto prohibetur, ne quis irreverenter de Sacramento Altaris loqueretur, & utraque ſpecies permittitur. Colloquium etiam Weſtmonaſterii inter Pontificios & Proteſtantes coram Regni Ordinibus in ultimum diem Martii indicitur. Pro his eliguntur Rich. Coxus, Whitheadus, Edmundus Grindallus, Rob. Hornus, Edwinus Sandes, Ed. Gueſtus, Joan. Elmarus, & Joannes Juellus: pro illis Joan. Whitus Epiſcopus Wintonienſis, Radulphus Bainus Epiſcopus Coventrenſis & Lichfeldenſis, Th. Watſonus Epiſcopus Lincolnienſis, D. Colus Decanus ad S. Pauli, D. Langdallus Archidiaconus Lewiſenſis, D. Harpesfeldus Archidiaconus Cantuarienſis,

tuarienſis, & D. Chadſeius Archidiaconus Midleſexiæ. 1559.
Quæſtiones propoſitæ erant: de ſacris in lingua populari celebrandis, de auctoritate Eccleſiæ in cærimoniis ad ædificationem conſtituendis & abrogandis, & de ſacrificio Miſſæ. Verum hoc in nihilum recidit. Poſt pauca enim verba ultro citroque de ſcripto recitata, quum de ratione diſceptandi haudquaquam convenire poſſent, Proteſtantibus quaſi parta victoria triumphantibus, Pontificiis conquerentibus durius cum illis actum eſſe, quod non niſi ante unum & alterum diem de quæſtionibus præmoniti eſſent, quodque Baconus Cuſtos Magni Sigilli (homo in Theologicis parum verſatus, & Pontificiis infeſtiſſimus) tanquam Judex præſideret; quum ille tantum ordinis vindex eſſet conſtitutus. Sed quod veriſſimum, illi rem ſerius perpendentes, non auſi ſunt, Pontifice Romano inconſulto, res tantas & in Eccleſia Romana minime controverſas in quæſtionem vocare; ubique exclamantes, *Quando de fide conſtabit, ſi ſemper liceat de fide diſputare? Diſputationes de religione* [1] *eo quo ſceptra ſemper vergere*, & id genus alia. Adeoque indignati ſunt Lincolnienſis & Wintonienſis, ut Reginam, & hujus ab Eccleſia Rom. defectionis auctores, excommunicationis cenſura feriendos cenſuerint, qui hanc ob cauſſam incarcerati. Prudentiores autem Pontifici Romano hanc potius committendam ſtatuerunt, ne ipſi ſubditi obedientiam in Principem exuere, & ſeditionis ſignum tollere viderentur. Nec fefellerunt hæc Pontificem Romanum, qui jam commotior juſſit Edw. Carnum Cambro-Britannum, Equeſtris dignitatis Juriſconſultum, qui legationem pro Henrico VIII. & Maria Regina Romæ, & nunc pro Elizabetha, egerat, Legati munus deponere, atque (ut ipſiſſimis

Quo ſucceſſu.

Carnus Romæ detinetur.

1. Eo ſemper quo ſceptra, vergere, *in Edd. prioribus.*

verbis

1559. verbis utar) *vigore mandati vivæ vocis ſanctiſſ. D. Papæ oraculo facti, in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub majoris Excommunicationis, necnon bonorum omnium amiſſionis pœna, ne urbe excederet, ſed Hoſpitalis Anglorum adminiſtrationem ſuſciperet,* (ſcilicet ne occultas Gallorum in Elizabetham molitiones edoceret, quod ſedulo ante ex charitate in patriam fecerat.) A nonnullis tamen creditur ſolertem illum ſenem hoc exſilium ex inflammato Rom. religionis ſtudio ſponte elegiſſe.

De Caleto diſceptatur. Interea (ut temporis ſeriem ſecutus, hæc Eccleſiaſtica & Parlamentaria aliquantiſper omittam) Delegati Angliæ & Hiſpaniæ (qui Cameraci de pace tractabant) cum Gallis acriter de Caleto reſtituendo diſceptantes, nullo modo ut Caleto cederent conſequi poterant, etſi ſupra tres aureorum milliones legitima obligatione à Gallis debitos è rationibus hoc nomine expungendos proponerent. Hiſpanus, quum ſui cauſſa Angli amiſerint, & in Belgii uſum eſſe proſpiceret ut Anglici juris eſſet, vere quidem, & honeſte ab Anglis ſtetit, alioqui pacem omnino detrectaturus. Obſtiterunt contra Galli, unum Caletum non poſſe reſarcire damna Gallis ab Anglis illata, oppidis eorum ope ab Hiſpanis captis, plurimis viculis Britanniæ Armoricæ ab Anglica claſſe incenſis & direptis, navibus interceptis, commercio (quod regni nervus) interrupto, & infinita pecunia ad prohibendas Anglorum exſcenſiones profuſa. Præterea Caletum vetuſtum eſſe Imperii Gallici patrimonium, bello olim amiſſum, bello jam recuperatum, minime igitur reſtituendum: immo & Galliæ Ordines hoc decreviſſe. Reſtituere enim nihil aliud eſſe, quam gladium hoſti in manus reddere, & Gallorum animos à rege ſuo æternùm avertere; inique igitur & abſurde Anglos repetere. Illi contra, ſe æquiſſime & ſumma cum ratione repetere contenderunt: ſcilicet, Caletum Regni

Angliæ

Angliæ particulam uno & altero ſeculo exſtitiſſe, nec 1559.
tantum jure belli, ſed hereditariò acquiſitum, & pactionibus pro aliis quibuſdam locis, quibus reges Angliæ ceſſerant, conceſſum. Damna illa accepta Hiſpanis imputanda, qui Anglos invitos in belli ſocietatem pertraxerunt, ex quo, locis munitiſſimis amiſſis, & ducibus captis, detrimentum ceperunt longe maximum, commodum vero plane nullum: Quicquid Galliæ Ordines decernunt quia ipſis fructuoſum eſt, non eo nomine juſtum eſſe. Nec Caletum juſte poſſe detineri, quum pactis jam conditionibus ſingula loca ſuperiore bello capta ceteris Principibus reſtituantur. Reſponderunt Galli, hoc fieri ratione nuptiarum quæ inter reliquos Principes contrahendæ. Propoſuerunt igitur, ut primogenita filia Mariæ Scotorum Reginæ & Delphini Galliæ, nuberet filio primogenito Elizabethæ, quæ Caletum in dotem referret, ſimulque Scotorum Regina jure, quod in Anglia habet, cederet; vel filia Elizabethæ primogenita nuberet filio primogenito Reginæ Scotorum, ſimulque Angli juri ad Galliæ regnum, quod vindicant, renunciarent, omniaque quæ Galli Angliæ debent, remitterentur, Caletum interim penes Gallos eſſet. Hæc ut incerta, alterius ævi, & ad moras nectendas excogitata, ſurda aure neglexerunt Angli. Hucuſque deventum erat, quum Hiſpanus certis nunciis accepiſſet, Elizabetham non ſolum oblatum connubium amoliri, ſed in religione pleraque omnia vertere & mutare. Inde ſtudium ejus de Caleto reſtituendo, quod fixum ante videbatur, labaſcere cœpit; Hiſpanique delegati moræ impatientes, quum de ceteris inter ipſos & Gallos quodammodo conveniſſet, præ ſe tulerunt ſe nolle diutius bello diſtineri de Caleto, niſi Angli in ſexennale bellum, largius quam antea pecuniam & copias conferrent. Hinc Cardinalis Lotharingus erectior, Scotorum Reginam

1559. Reginam neptim ſuam, veram & indubitatam Angliæ Reginam eſſe, Hiſpani delegatis aſſeveranter affirmat; Hiſpanum igitur, ſi modo juſtitiam colat, eniti debere ut Caletum nepti, juſtiſſimæ Angliæ Reginæ, in manus traderetur. Hoc Hiſpani (quibus Gallorum potentia ſuſpectior) haud libenter audiebant. Ideoque Catharinam Greiam, Hen. VIII. è ſorore proneptim, ex Anglia tecte ſubducere tentabant, ut haberent quam opponerent Scotorum Reginæ & Gallis, ſi quid humanitus Elizabethæ accideret, quo minus Gallia Angliæ & Hiberniæ acceſſione amplificaretur. Et admodum urgebant ut induciæ inter Angliam & Galliam agitarentur, donec convenirent, & interea temporis Caletum Hiſpano, ut honorario arbitro, aut ſequeſtro committeretur; quod Galli & Angli non minus abnuerunt.

Præſenſerat hæc Elizabetha, quæ nuptiis cum Hiſpano neglectis, & religione mutata, nihil boni ab Hiſpanis ſperare poterat. Noverat etiam Cameracenſem Tractatum eo conſilio ſuſceptum, ut Proteſtantium religio excinderetur. Et ſane pax pro ſexus ratione, & ob ærarii inopiam juſtiſſimo bello optatior ipſi viſa, quæ glorioſius eſſe pacem prudentia firmare, quam bellum per acies conficere, dicere ſolebat. Nec è ſua vel nominis Anglici dignitate Hiſpani præſidio inniti exiſtimavit. Suam igitur ſibi pacem ſeorſim conficiendam, & cum Gallo de Caleto tranſigendum conſultiſſimum putabat, eo etiam ſollicitata crebris Galli, Montmorentii Galliæ Coneſtabilis, Franciſci Vindocini litteris, & nunciis à Guiſio per Baronem Greium, quem ad Guinas captum ea de cauſſa è carcere dimiſerat. Ad hanc tranſactionem Guido Cavalcantius Patritius Florentinus in Anglia à pueritia educatus, adhibetur; quocum Gallus ſecreto collocutus, tutiſſimum exiſtimavit, ut clam Hiſpanis in obſcuriori aliquo vel Angliæ vel Galliæ viculo per delegatos

Cum Gallo de pace tractatur.

gatos ſubmiſſos hæc tractarentur. Contra Elizabetha, maſculi animi virgo, profeſſa eſt, ſe Principem eſſe abſolute liberam ad actiones ſuas per ſe & ſuos adminiſtros gerendas. Licet regnante ſorore, nihil niſi Hiſpano conſulto fuerit adminiſtratum, ſe tamen velle inconſulto Hiſpano, non loco obſcuro, ſed ad Caſtellum Cameracenſe (quod parum ab urbe Cameraco abeſt) inter ſuos & Galliæ delegatos hoc tranſigi. Et hinc ſane non minorem apud Hiſpanum offenſam ſubiit, quam prius ob connubium ſpretum, & religionem immutatam. Gallus tamen cautus, ut exploraret quo eſſet in nuptias & Hiſpanum animo, duos rogavit ſcrupulos ſibi prius eximi: alterum, ſi ille Caleto cederet, priuſquam certo ſciret quem maritum Regina ſibi aſſumeret, Caletum facile in Hiſpani manus deveniret, qui quantivis pretii emeret, & uxores dilectis maritis nihil non concedant; alterum, an (quod Hiſpani jactant) Angli ejuſmodi fœdere Hiſpanis aſtringantur, ut una cum illis contra quoſcunque bella gerant? Ad hæc reſponſum eſt: Reginam eo eſſe in Regnum Angliæ materno animo, ut in mariti gratiam Caleto minime cederet, &, ſi maxime vellet, populum Anglicum nullo modo laturum. Fœdus autem ejuſmodi cum Hiſpano intercedere nullum, ſed tantum neceſſitudinem; liberrimamque illam eſſe ad fœderationem quæ Angliæ ſit uſui, cum quocunque Principe contrahendam. Hinc viſum ut ad Caſtellum Cameracenſe de componendis controverſiis & pace concilianda agerent utrinque delegati. Pro Regina Angliæ Thurlbeius Epiſcopus Elienſis, Guilielmus Baro Howardus Effinghamius Reginæ Cubicularius ſupremus, & Nicholaus Wottonus Eccleſiarum Metropolitanarum Cantuariæ & Eboraci Decanus: pro Rege Galliæ Carolus Cardinalis à Lotharingia Archiepiſcopus & Dux Rhemenſis, Par primus Franciæ, An-

1559.

*Chaſteau in Cambreſis.*

1559. nas Dux Montmorentius, Par, Coneſtabilis, & Magnus Magiſter Franciæ, Jacobus Albonus Dominus à St. Andrea, Marchio Fronſac, & Franciæ Mareſcallus, J. Morvillerius Epiſcopus Aurelianenſis, & Claudius Alboſpinæus in privato Conſilio Secretarius. Inter hos conventum in hæc fere verba: *Neuter Princeps alterum invadet, aut invadenti auxiliabitur. Si ſubditi quid contra hanc pacem attentarint, ipſi punientur, & pax non violabitur. Commercium libere exercebitur, naves armatæ, priuſquam oram ſolverint, cautionem præſtabunt, quod alterius Principis ſubditos non deprædentur, munitio apud* Aimouth *in Scotia diruetur. Rex Franciæ per octo annos pacifice gaudebit oppido Caleto cum pertinentiis,* & XVI. *tormentis majoribus. Quo tempore exacto, eadem cum oppido Elizabethæ reſtituet. Octo mercatores exteri, non Gallo ſubditi, fidem interponent pro ſolutione quingentorum millium Coronatorum nomine pœnæ pro non reſtituto Caleto. Elizabethæ tamen ſemper remanebit jus ſuum in dictum oppidum. Obſides quinque dabuntur donec mercatores ſe obligent. Si quid durante tempore prædicto, per Reginam Angliæ, aut ejus ſubditos ex ejus auctoritate, juſſu, aut approbatione armis directe, vel indirecte attentatum, aut innovatum fuerit contra Regem Chriſtianiſſimum, aut Reginam Scotorum, ab omni promiſſione fideque data liberabuntur & abſolventur, & obſides & mercatores liberati erunt. Si per Regem Chriſtianiſſimum, Reginam Scotorum, aut Delphinum quid attentatum, aut innovatum fuerit itidem contra Reginam Angliæ, poſſeſſione Caleti ſine ulla dilatione cedere tenebuntur.*

Pax cum Gallo pacta.

Pacis Articuli.

Pax etiam cum Scota facta.

Eodem loco, & iiſdem diebus per eoſdem delegatos pax etiam confecta eſt inter Reginam Angliæ, Franciſcum & Mariam Regem & Reginam Scotorum, quibuſdam articulis de conceſſione *ſalvorum conductuum*, homicidis,

micidis, latronibus, deprædatoribus limitaneis, & tranſfugis, ad Anglos & Scotos relatis. De quibus quum inter Tho. Comitem Northumbriæ, Cuthbertum Tunſtallum Epiſcopum Dunelmenſem, Guil. Baronem Dacreum de Gilleſlandia, & Jacobum Croftum Villæ & Arcis Berwici Capitaneum Anglos; Comitem Mortoniæ, Baronem Humium, & St. Clerum Decanum Glaſcuenſem Scotos, apud *Upſatlington* conveniſſet, pax inter Reginam Angliæ, Regem Galliæ, Delphinum & Scotorum Reginam per Angliam promulgata, quæ averſis auribus tanquam in dedecus Anglorum ob Caletum amiſſum & non reſtitutum à populo excepta, dum Proteſtantes culpam in Epiſcopos & Pontificios, & illi identidem in Baronem Wentworthum Præfectum è Proteſtantium numerò transferrent. Et eo ſane nomine, Maria regnante, ille abſens & inauditus in quæſtionem vocatus, nunc autem denuo temporibus mutatis, in judicium revocatus, auditus, & *Parium* judicio abſolutus. Radulphus autem Chamberlanus qui Caſtro Caletenſi, & Joannes Harleſtonus qui munimento ad *Riſebank*, præerant, ob ſtationem deſertam, læſæ Majeſtatis poſtea damnati, ſed ſupplicium remiſſum. 1559.

Baro Wentworthus & alii in judicium de Caleto vocati.

Quum jam Parlamentarius conventus ſolvendus, viſum eſt univerſis, ut tertius ordo Reginam de nuptiis mature contrahendis moneret. nec proceres quidem ſe adjungere voluerunt, ne quis eorum in ſuam ſpem hoc proponere videretur. Thomas itaque Gargravius, tertii ordinis Orator, cum paucis delectis Reginam, impetrata prius venia, accedit, & excuſatione à ſuo officio, principis manſuetudine, & rei magnitudine facta, & attentione hinc conciliata, in hanc ſententiam pergit: *Nihil eſt quod Deum immortalem ardentiore ſtudio aſſidue comprecamur, quam ut felicitas, ex æquiſſimo tuo imperio hactenus percepta, Anglorum genti in omnem*

Ordines Reginam ad nuptias hortantur.

 *æterni-*

1559. *æternitatem perpetuetur. Hoc quî fieri poſſit, dum animo & cogitatione plurima verſamus, comprehendere non poſſumus, niſi vel tu in æternum imperes, quod ſperare non licet, vel ex matrimonio liberos maternæ virtutis ac Imperii ſimul heredes ſuſcipias. Quod Deus Opt. Max. faxit. Hoc ſimplex, hoc unicum, cunctaque complexum omnium Anglorum votum. Ceteris omnibus cujuſcunque loci & ordinis, maxime vero Principibus curandum eſt, ut licet ipſi mortales exſiſtant, Reſpublica immortalis perennet. Hanc vero immortalitatem Anglis donare poteris, ſi, quod humana natura, ætas, forma, & fortuna poſtulant, aliquem in maritum adſciveris, qui ſit ſolatio & adjumento, ſecundarum adverſarumque conſors. Unius enim mariti opera magis ad res gerendas quam multorum conjuncta induſtria proculdubio valet. Nihil eſſe poteſt à publicis rationibus magis alienum, quam eam Principem, in cujus matrimonio ſalus Reipub. & pax continetur, cælibem, quaſi Veſtalem virginem vivere. Regnum è majoribus acceptum liberis relinquendum, qui regno futuri & ornamento & firmamento. Reges Angliæ nulla de re magis ſollicite unquam cogitarunt, quam ne Regia familia orbitate intercideret. Hinc recenti memoria Henricus* VII. *avus tuus, Arthuro & Henrico filiis de conjugio etiam ætate adhuc tenella proſpexit. Hinc pater Edwardo filiolo vix octenni Mariam Scotorum Reginam in uxorem ambivit, & nuperrime Maria ſoror vetula Philippo Hiſpano nupſit. Si orbitas tam regiis, quam privatis familiis pro maxima pœna à Deo infligi ſoleat, quale & quantum ſit piaculum, ſi Princeps eandem ſibi ultro accerſat, unde infinita miſeriarum moles Rempub. omnibus calamitatibus, quas meminiſſe animus horret, neceſſario obruat? Quod ne eveniat, non ſolum pauculi qui coram adſumus, ſed univerſa Anglia, imo*

*ſinguli*

*ſinguli Angli ad pedes proſtrati ſupplice voce, crebriſque ſuſpiriis ex intimo animo demiſſiſſime efflagitamus & obteſtamur.* Hæc ille ornate & pluribus. 1559.

Illa paucis reſpondit: *In re minime grata perſpectiſſima veſtra populique mei benevolentia pergrata eſt, utique ab animo erga me & Rempublicam optimo profecta. De matrimonio quod tantopere ſuadetis, mihi jamdiu perſuaſum, me à Deo in hanc lucem editam, ut ea quæ divinæ gloriæ cedant inprimis cogitarem & facerem. Hinc id genus vitæ delegi, quod à ſollicitudine rerum humanarum liberrimum, ut uni Deo vacarem. A quo, ſi vel potentiſſimorum Principum oblata connubia, vel intentatæ mortis periculum dimovere potuiſſent, conjugis honore jampridem potita fuiſſem. Et hæc quidem ego privata cogitavi. Nunc vero, quum publica regni adminiſtrandi cura acceſſerit, maritales etiam curas attrahere, inconſideratæ videatur imprudentiæ. Imo, quod ſatisfacere poſset, ego jam antea mihi maritum matrimonio conjunxi, Regnum ſcilicet Anglicum. Et ecce*, inquit, *quod vos obliviſci demiror, maritalis hujus fœderis, & matrimonii mei cum regno meo pignus.* (ſimulque digito extento aureum oſtendit annulum, quo in inauguratione ſe regno in matrimonium conceptis verbis rite dederat.) Reſpiratione hîc facta, *Nec mihi, quæſo*, inquit, *miſeram orbitatem exprobrando objicite. Vos enim ſinguli, & quotquot exſiſtunt Angli, mihi liberi, mihi cognati, quibus niſi me Deus orbaverit (quod abſit) orba ſine injuria cenſeri non potero. Vos autem laudo, quod maritum mihi non præſtitueritis. Hoc enim Principis abſolutæ Majeſtate, & veſtra prudentia qui ſubditi nati, indigniſſimum fuiſſet. Nihilominus, ſi divino numini ita viſum fuerit, ut aliam vivendi rationem ineam, promitto nihil me facturam quod Reipub. ſit fraudi; ſed ejuſmodi maritum, quoad fieri poſſit, aſſumpturam,*

Illa reſpondet.

1559. *pturam, cui Reſpub. non minori ſit quam mihi ipſi curæ. Sin in ſuſcepto vitæ genere permanſero, non dubito, quin divinum numen & mea & veſtra conſilia ita dirigat, ut de ſucceſſore non ambigatur, qui magis Reipub. ſit uſui, quam qui ex me enaſcatur, quum optimorum Principum ſoboles ſubinde degeneret. Ceterum ſatis ſuperque mihi futurum, tum ad nominis memoriam, tum ad gloriam, ſi, quum extremum vitæ ſpiritum edidero, ſepulchrali marmori inſcribatur*, HIC SITA ELIZABETHA, QUAE VIRGO REGNAVIT, VIRGO OBIIT.

Alia in hoc Parlamento ſtatuta.

In hoc Ordinum conventu, præter ea, quæ dixi, quædam ſcita & ſancita erant de Reginæ perſona non violanda, de Decimis & Primitiis Coronæ reſtituendis, de uniformi precum publicarum ratione, Liturgia ſc. & Sacramentorum adminiſtratione quæ ſub Edwardo Sexto, pauculis immutatis, per ſingulas Eccleſias habenda; pœna eandem depravantibus, aut aliam quamcunque uſurpantibus inflicta. De ſacris adeundis diebus Dominicis & Feſtis, mulcta duodecim denariorum abſentibus in ſingulos dies impoſita, eademque pauperibus eroganda. Item de ſeditioſis contra Reginam rumoribus, mercimoniis, re nautica, pannaria, ferraria, de coitionibus tumultuoſis, & illicitis. Atque, ut cetera omittam (lege non impreſſa) de Archiepiſcoporum & Epiſcoporum poſſeſſionibus. Ne illi Eccleſiæ fundos niſi ad XXI. annorum, aut *trium*, ut vocant, *vitarum terminum, aliis quam Reginæ & ſucceſſoribus darent, concederent, aut locarent, priſtinis reditibus reſervatis*. Exceptio autem illa *pro Regina*, aulicis ejus benignitate abutentibus, & Epiſcopis in rem ſuam attentis quæſtuoſa, Eccleſiæ vero admodum damnoſa ceſſit, donec Jacobus Rex primis regni auſpiciis magno Eccleſiæ bono prorſus ſuſtulerit. Proſcriptus autem plane nemo, quod ſæpius primis Regum Parlamentis fieri aſſolet: natalibus

libus reſtituti erant Gregorius Fines Baro Dacreus, 1559.
Thomaſque frater, quorum pater ſupplicium regnante Nobiles reſtituti.
Henrico VIII. luerat, Henricus Howardus, qui poſtea Northamptoniæ Comes, & tres ejus ſorores, liberi Henrici Howardi Comitis Surriæ, qui ab Henrico VIII. jam morituro leviculis de cauſſis ſecuri percuſſus, Joannes Greius *à Pyrgo* frater Marchionis Dorſettæ, Jacobus Croftus, Henricus Gates, qui Maria regnante læſæ Majeſtatis convicti, & alii nonnulli.

Parlamento dimiſſo, ex ejuſdem auctoritate Liturgia Liturgia in lingua populari.
lingua populari in Eccleſias illico inducitur, Imagines ſine tumultu amoventur, Epiſcopis, Pontificiis, & aliis Eccleſiaſticæ profeſſionis juramentum *Suprematus* proponitur, quod plerique omnes eorum, Henrico VIII. regnante, juraverant. Quotquot jurare abnuerunt, Bene- Epiſcopi Pontificii abdicati.
ficiis, Dignitatibus, & Epiſcopatibus exuuntur. Nec illi ſane plures (ut ipſi prodiderunt) in univerſo regno, quod ſupra IXM. CCCC. *Promotionum* Eccleſiaſticarum numerat, quam LXXX. Rectores Eccleſiarum, L. Præbendarii, XV. Præſides Collegiorum, Archidiaconi XII. totidem Decani, VI. Abbates, & Abbatiſſæ, & Epiſcopi XIIII. omnes qui tunc ſederunt (præter unum Antonium Landavenſem ob ſedis ſuæ calamitatem;) Nicholaus ſcilicet Heathus Archiepiſcopus Eboracenſis, qui Cancellarii munere jampridem ſponte ceſſerat, & in ſuo Chobhamiæ prædiolo in Surria, Deo & bonis ſtudiis ſecurus plures annos vixit, tanta apud Reginam gratia, ut eum ſubinde mira comitate inviſerit; Edmundus Bonnerus Londinenſis, legationibus apud Imperatorem, Pontificem Rom. & Gallum defunctus, ſed qui auctoritati tantam naturæ acerbitatem adjunxerat, ut crudelitatis notam apud omnes ſubierit, & carcere magna vitæ parte detineretur; Cuthbertus Tunſtallus Dunelmenſis, omni politiori litteratura inſtructiſſimus, multis honorum

1559. honorum gradibus domi decurſis, & legationibus celebris, qui junior Pontificium primatum acriter prolixa ad Cardinalem Polum epiſtola impugnavit, & grandævus Lambethæ in libera cuſtodia obiit; ubi etiam Thomas Thurlbeius Elienſis Romana legatione de obedientia ſedi Romanæ deferenda, & Cameracenſi Tractatu magnam prudentiæ laudem conſecutus, vitam exegit; Gilbertus Bournus Bathonienſis & Wellenſis de ſede ſua bene meritus; Joannes Chriſtopherſonus Ciceſtrenſis, qui Græce doctiſſimus in Reipub. Chriſtianæ uſum multa Euſebii & Philonis fideliſſime tranſtulit; Joannes Whitus Wintonienſis vulgariter doctus, & poëtica facultate, ut tempora ferebant, tolerabilis; Thomas Watſonus Lincolnienſis, ſpinoſa Theologia eruditus, ſed auſtera gravitate moroſus; Radulphus Bainus Coventrenſis & Lichfeldenſis, qui alter Hebraicæ linguæ reſtaurator, & ejuſdem Lutetiæ Profeſſor Regius, quum ſub Franciſco primo bonæ litteræ refloreſcerent; Owenus Oglethorpus Carliolenſis; Jacobus Turbervillus Exonienſis; & David Polus Petroburgenſis. Poſtea Fekenhamus Abbas Benedictinorum Weſtmonaſterii, vir doctus & bonus, qui longo tempore vixit, & publice bene de pauperibus merendo, animos adverſariorum ad benevolentiam allexit, loco motus erat. Hi primum in carcerem dati, ſed plerique mox amicorum, vel Epiſcoporum cuſtodiæ commiſſi, præter duos iſtos proterviores, Lincolnienſem & Wintonienſem, qui Reginam excommunicare minabantur. Tres vero, Cuthbertus Scotus Ceſtrenſis, Richardus Patus Wigornienſis, & Thomas Goldwellus Aſaphenſis ſolum ſponte mutarunt, necnon Virgines aliquot velatæ, ut poſtea Nobiles nonnulli. E quibus notæ melioris erant, Henricus Baro Morleius, Fr. Inglefeldius, Robertus Peckhamus, ambo ab intimis conſiliis Mariæ Reginæ, Thomas Shelleius, & Joannes Gagæus.

In

In Epiſcoporum demortuorum & profugorum loca ſuffecti fuerunt Proteſtantes qui reperiri poterant doctiſſimi. Matthæus Parkerus, vir pius, eruditus, & moribus modeſtiſſimis, qui Henrico VIII. à ſacris, Collegiatæ Eccleſiæ *Stoke-Claræ* Decanus præfuerat, ad Archiepiſcopatum Cantuarienſem rite electus, concione habita, Spiritu Sancto invocato, & Euchariſtia celebrata, impoſitione manuum trium quondam Epiſcoporum, Guil. Barloui Bathonienſis, Joan. Scorii Ciceſtrenſis, Milonis Coverdali Exonienſis, & Joan. Suffraganei Bedfordienſis, Lambethæ conſecratur. Ille poſtea conſecravit Edmundum Grindallum, Theologum præſtantem, in Epiſcopum Londinenſem, Richardum Coxum, qui Edwardi Sexti pueritiæ informator, in Elienſem, Edwinum Sandes, in concionibus expeditum & profluentem, in Wigornienſem, Roulandum Mericum in Bangorenſem, Tho. Youngum, eruditum utriuſque Juris Profeſſorem, in Menevenſem, Nicholaum Bulinghamum, LL. etiam Doctorem, in Lincolnienſem, Joannem Juellum, omni liberali doctrina inſtructiſſimum, in Sarisburienſem, Richardum Davis in Aſaphenſem, Edwardum Gueſtum in Roffenſem, Gilbertum Barcleium in Bathonienſem, Thomam Benthamum in Coventrenſem & Lichfeldenſem, Guilielmum Alleyum, diſertum ſacrarum litterarum interpretem, in Exonienſem, Joannem Parkhurſtum, humanioribus litteris excultiſſimum, in Norwicenſem, Robertum Hornum, valido & fœcundo ingenio, in Wintonienſem, Richardum Cheneium, Luthero addictiſſimum, in Gloceſtrenſem, & Edmundum Scamblerum in Petroburgenſem. Confirmavit autem Guilielmum Barlouum (qui regnante Henrico VIII. fuerat Menevenſis & poſtea Bathonienſis) in Ciceſtrenſem, & Joannem Scorium, virum erudito judicio, qui prius fu-

1559.

Proteſtantes Epiſcopi ſubſtituti.

1559. erat Ciceſtrenſis, in Herefordenſem. Itidem in Provincia Eboracenſi Youngus à Menevenſi ad ſedem Eboracenſem tranſlatus, Jacobum Pilkintonum, doctrina & probitate præſtantem, in Dunelmenſem, Joan. Beſtum in Carliolenſem, & Guilielmum Downhamum in Ceſtrenſem conſecravit. Quales hi fuerint, & quanta ſub Maria vel in Germania exſulantes, vel in Anglia latitantes perpeſſi ſint, Eccleſiaſtico hiſtorico enarranda relinquo.

Quum autem viri docti rarius invenirentur, multi ex officina mechanici, & non minus illitterati, quam ipſi Pontificii ſacerdotes, Dignitates Eccleſiaſticas, Præbendas, & opima ſacerdotia conſecuti ſunt. Plurimis tamen Pontificiorum ſacerdotum magis ipſorum, & religionis etiam ſuæ uſui viſum eſt, obedientiam Principi, Papæ auctoritate renunciata, jurare vel hoc conſilio, ut Proteſtantes Eccleſiis ſuis excluderent, ſimulque ſuorum qui abdicati erant, inopiæ ſubvenirent. Hanc illi piam prudentiam inſtarque meriti exiſtimarunt; ideoque Pontificem Rom. de juramento pro ſua auctoritate diſpenſaturum ſperarunt.

Quibus gradibus religio mutata.

Ita religio in Anglia mutata, orbe Chriſtiano mirante, quod tam facile, & ſine motu. Sed illa non ſubita mutatio, (quæ haud unquam facile feratur) verum lenta, & gradatim. Menſem enim integrum & amplius à Mariæ obitu (ut ſummatim, quæ jam dixi, repetam) Romana religio eodem quo prius ſtetit loco. Viceſimo ſeptimo Decembris permiſſum ut Epiſtolæ, Evangelia, Decalogus, Oratio Dominica, Symbolum, & Litania vernacula lingua haberentur: viceſimo ſecundo Martii, quum Ordines regni conveniſſent, ex revocata Edwardi Sexti lege, integer uſus Cœnæ Dominicæ, ſcilicet ſub utraque ſpecie, conceditur: viceſimo quarto Junii, ex

auctori-

auctoritate legis *De uniformitate precum publicarum, & Sacramentorum adminiſtratione*, Miſſæ ſacrificium aboletur, & Liturgia in lingua Anglica conſtabilitur. Menſe Julio Epiſcopis & aliis juramentum *Suprematus* propoſitum, & Auguſto Imagines è templis emotæ, fractæ, aut combuſtæ. Quum autem calumniantia ingenia Reginam ſugillarent, quaſi titulum *Supremi Capitis Eccleſiæ Anglicanæ*, & auctoritatem ſacra in Eccleſia celebrandi arrogarit: illa edito ſcripto declarat, ſe nihil aliud *arrogare, quam quod ad Coronam Angliæ jam olim jure ſpectavit, ſcilicet ſe ſub Deo ſummam & ſupremam gubernationem & poteſtatem in omnes regni Anglici ordines, ſive illi ſint Eccleſiaſtici, ſive Laïci, habere: quodque nulla extranea poteſtas ullam in eos juriſdictionem vel auctoritatem habeat, aut habere debeat.* 1559.

Reginæ in Eccleſiaſticis auctoritas explicata.

Ex hac religionis mutatione, ut obſervarunt Politici, Anglia facta eſt omnium regnorum in orbe Chriſtiano liberrima, ſceptro ab externa Pontificis Rom. ſervitute quaſi manumiſſo; & opulentior quam ſeculis ſuperioribus, immenſa pecunia domi retenta, quæ pro Primitiis, Indulgentiis, Appellationibus, Diſpenſationibus, Palliis, & id genus aliis, Republica ſupra fidem exhauſta, Romam aſſidue exportari ſolebat.

Utilitas ex religione mutata.

Religione Proteſtantium auctoritate Parlamentaria jam conſtabilita, Elizabethæ prima & præcipua cura fuit, ut eandem ſartam tectam contra omnes omnium machinationes inter medios eo nomine hoſtes conſtantiſſime tueretur; nec tantillum quidem unquam innovari permiſit. Secunda, ut æquabilitatem in univerſa vita, ſinguliſque actionibus conſervaret. Unde pro Symbolo uſurpavit, SEMPER EADEM. Reliqua conſilia in his ſteterunt, ut ſuorum ſecuritati provide conſuleret. ut enim, quod ſæpe in ore habuit, Reſpub. ſemper eſſet

Reginæ in religione & Repub. tuenda cura.

Symbolum.

 tuta,

1559. tuta, illa nunquam fuit ſecura. Utque apud ſuos amorem, apud hoſtes metum, apud omnes gloriam compararet. Illa enim norat, firma & manſura ea eſſe, quæ prudentia inchoat, & cura conſervat. Quo modo his virilibus curis & conſiliis ſexum ſuperavit, & quid effecit prudentiſſime prævertendo, divertendo, & fortiſſime reſiſtendo, ex iis quæ incorrupta fide ex ipſis (ut ita vocem) regni commentariis tradentur, præſentes & poſteri judicarint.

Principibus exteris pro Pontificiis intercedentibus reſpondet.

Hoc tempore quum Imperator & Catholici Principes crebris litteris intercederent, ut clementer cum Epiſcopis abdicatis ageretur, & templa in urbibus ſeorſim Pontificiis permitterentur, reſpondit: *Etſi Pontificii illi Epiſcopi inſolenter & palam contra leges latas, & regni quietem reluctati fuerint; & obſtinate nunc eam doctrinam rejiciant, quam plerique ipſorum ſub Henrico Octavo & Edwardo Sexto mente & manu publice concionibus & ſcriptis, quum ipſi non eſſent privati, ſed publici Magiſtratus, aliis ultro propoſuerant: ſe tamen velle cum illis in tantorum Principum gratiam leniter agere, quamvis non ſine ſuorum offenſa. Templa autem in quibus ſua divina officia ſeorſim celebrent, ſalva republica, & illæſo honore atque conſcientia, concedere non poſſe. Nec cauſſam ſubeſſe ullam cur concederet, quum Anglia non novam aut alienam amplectatur religionem, ſed eam quam Chriſtus juſſit, prima & Catholica Eccleſia coluit, & vetuſtiſſimi patres una voce & mente comprobarunt. Permittere vero templa cum ritibus diverſis, præterquam quod legibus Parlamentaria auctoritate ſancitis aperte repugnet, nihil aliud eſſet, quam religionem ex religione ſerere, mentes bonorum varie diſtrahere, factioſorum ſtudia alere, religionem atque rempublicam conturbare, & divina humanaque commiſcere: quod eſſet re malum, exemplo peſſimum, ſuis per-*

*perniciosum, & illis ipſis, quibus permiſſum, nec admodum commodum, nec plane tutum. Statuiſſe igitur ex inſita clementia, & potiſſimum ipſorum rogatu, paucorum privatam inſolentiam nonnihil connivendo velle ſanare, ita tamen ut præfractas eorum mentes indulgendo haudquaquam foveret.* 1559.

Hiſpanus ſpe nuptiarum cum Elizabetha excuſſus, & Galli filiam jam ducturus, de Anglia nihilominus ſerio cogitat, quam Gallico ſceptro conjungi neutiquam voluit. Utque tanti regni dignitatem in ſua familia retineret, Ferdinando Imperatori patruo auctor erat, ut alterum è filiis Elizabethæ in maritum commendaret, quod ille litteris amore pleniſſimis quamprimum fecit, & per Gaſparum Preinorum *liberum Baronem in Stibing* ſedulo egit. Ipſeque Hiſpanus, ut hoc efficeret, eximium & ſingulare ſtudium Elizabethæ benigniſſime pollicetur, & illa viciſſim ei, jam Hiſpaniam per mare cogitanti, & naves, & portus, & omnia ſumma neceſſitudinis officia per Tho. Chalonerum cumulate defert.

Ferdinandus Imp. Carolum filium Reginæ in maritum commendat.

Gallus ex altera parte in regis Delphini filii ſui & Mariæ Reginæ Scotorum gratiam (conjectis in Angliam oculis) præſidiarios Gallos è Scotia non deduxit, quod ex pacto promiſerat, ſed plures clam ſubmiſit, & cum Pontifice Romano vehementius quam antea egit, ut Elizabetham hæreticam & illegitimam, Mariamque legitimam Angliæ Reginam [1] declararet, obteſtando, ne cæca exſpectatione ex Anglia penderet, neve Galliam in obſequio Eccleſiæ Romanæ immotam Angliæ jam iterum deficienti poſtponeret. Hiſpanus tamen & Imperator per ſuos Romæ ſtudioſiſſime, ſed occulte contranitendo impedierunt. Dum Pontifex conſulto ambiguus rem

Gallus Angliæ regnum Scotæ vendicat.

1. Declararet. Quod tamen Hiſpanus & Imperator per ſuos Romæ ſtudioſiſſime, ſed occulte contranitendo impedierunt. Nihilominus Guiſii Gallum *in Edd. prioribus.*

extra-

1559. extraheret, Guiſii Gallum ambitioſe credulum in tam blandam ſpem Angliam ſceptro Gallico adjungendi per Scotorum Reginam ipſorum neptim impulerant, ut ille aperte filio & nurui Angliam vendicaret, juberetque, quum Romæ hoc conſequi non poſſet, ut in omnibus Diplomatibus hoc titulo uterentur: FRANCISCUS, ET MARIA, DEI GRATIA, SCOTIÆ, ANGLIÆ, ET HIBERNIÆ REX ET REGINA. Inſigniaque Regni Angliæ conjunctim cum Inſignibus Scotiæ in ſupellectili, & parietibus ubique depicta & fecialium paludamentis intexta paſſim propoſuit; Legato Anglico fruſtra conquerente, hoc fieri in inſignem injuriam Elizabethæ, quacum amicitiam nuperrime contraxerat, quandoquidem Maria Angla ſuperſtite, quæ illi bellum denunciarat, hoc non fecerat. Equitum præterea peditumque delectus in Gallia Germaniaque habuit, qui in Scotiæ partes Angliæ vicinas tranſveherentur. Adeo ut Elizabetha non potuerit à Gallo non timere, qui nihil jam niſi ſanguinem & cædem Proteſtantibus anhelabat. Sed conatus ejus mors inopina in haſtiludio inter feſtivitates nuptiales filiæ cum Hiſpano, & ſororis cum Sabaudo, præcidit; & peropportune quidem Elizabethæ rebus, quam cum ut hæreticam, tum ut illegitimam, hinc è Scotia inde è Gallia omnibus viribus oppugnaturus erat. Illa tamen (ut mortuo conſtaret regius honos) exſequias ut regi amico in templo Paulino Londini magna pompa perſolvit. Simulque per * Carolum, Baronis Howardi Effinghamii filium, Franciſco ſucceſſori de patris obitu condolet, & de ſucceſſione gratulata, ut amicitiam nuper initam ſancte coleret, admonet.

Bellum dum apparat, occiditur.

* *Qui nunc Magnus Angliæ & Hiberniæ Admirallus.*

Franciſcus autem, & Scotorum Regina ejus uxor, (Guiſiis conſultoribus, qui rerum quodammodo in Gallia nunc potiti) pro Angliæ & Hiberniæ Regibus ſe publice gerunt, nec arrogatis Angliæ inſignibus abſtinent,

*Franciſcus* II. & Scota titulum regni Angliæ aſſumunt.

nent, ſed magis magiſque ubique oſtentant. Nicholao 1559.
Throcmortono Ordinario legato, viro acri & prudenti, vehementius de his expoſtulanti, primum reſponſum eſt, licere Scotorum Reginæ illa geſtare, aliqua differentiæ notula adjecta, ad generis propinquitatem, qua regium Anglorum genus attingit, oſtendendam. Pernegavit ille ex *armorum*, quam vocant, *Lege*, licere cuipiam alicujus familiæ Inſignia uſurpare, qui ex certo ejuſdem herede non ſit natus. Poſtea retulerunt, eam non alio conſilio Inſignia illa arrogare, quam ut Angliæ Regina Galliæ inſignibus abſtineret. Ad hoc ille recoluit, quod antea in Tractatu Cameracenſi D. Wottonus, duodecim Angliæ Reges Galliæ Inſignia geſtaſſe, jureque adeo indubitato, ut omnibus inter Anglos & Gallos fœderibus nihil contra cautum fuerit. Evicit tandem, intercedente Momorantio Guiſianorum æmulo, ut ab Angliæ & Hiberniæ titulo & Inſignibus omnino abſtineretur. Ille enim neutiquam honori regni Galliæ eſſe cenſuit, ut alius titulus, aut Inſignia aſſumerentur, aut in Sigillo Regio inſculperentur, quam *Regis Franciæ*. Hunc unum titulum inſtar eſſe multorum, nec ſuperiores Reges alio titulo uſos fuiſſe docuit, quum jus in Neapolim & Mediolanum &c. perſequerentur. Verum enimvero ex hoc titulo, & Inſignibus, quæ, Guiſiis auctoribus, Henricus Galliarum Rex Scotorum Reginæ jam tenellæ impoſuerat, omnia mala, quæ illam poſtea involverunt, quaſi à fonte profluxerunt. Hinc enim Elizabetha & indictas inimicitias cum Guiſiis, & tacitas cum illa geſſit, quas vafra hominum malitia utrinque ita fovit æmulatione gliſcente, noviſque occaſionibus indies emergentibus, ut non niſi cum morte exſtinguerentur. Regnum utique ſocium non fert, & Majeſtas injurias gravius intelligit.

Simultatum inter Anglam & Scotam origo.

Tempore

1559. Tempore interjecto, tres tantum pro Caleto obſides, quum quatuor ex Tractatu exhibendi, tranſmittuntur, Mercatores Angli injurioſius in Gallia tractantur, famulus Throcmortoni legati à Fr. Magno Galliæ Priore Guiſii fratre è publico vi abreptus in Triremes conjicitur, in ipſum legatum bombardulæ intra ſuos parietes diſploduntur, nec aliis illi in menſa vaſculis, quam quibus Inſignia regni Angliæ junctim cum Gallicis inſculpta, contumelioſe miniſtratur. Broſſius etiam cum delecta militum manu in Scotiam mittitur, & Triremes è Maſſilia & mari Mediterraneo in Britannicum accerſuntur.

Galli iniquius cum Anglis agunt.

Milites in Scotiam mittunt.

Jam Proteſtantium Religionem in Scotia profeſſi, qui *Congregationis* nomen ſibi aſſumpſerant, à miniſtris quibuſdam importunis, & inprimis à Knoxo, præfervido Regiæ auctoritatis impugnatore, perſuaſi, procerum eſſe ſua auctoritate Idololatriam tollere, & Principes intra legum præſcripta per vim reducere; obſequium Regenti, Reginæ matri, matronæ modeſtiſſimæ præſtare detrectarant, religionem, tumultuoſe loca ſacra incendendo & diripiendo, mutarant, Hamiltonium Ducem Caſtri-Heraldi, virum totius regni [1] pene potentiſſimum, Gallorum injuriis irritatum, & è primaria nobilitate plures, ſpe proventuum Eccleſiaſticorum ineſcatos, in ſuas partes pertraxerant. Adeo ut non religionem cogitare, ſed defectionem plane moliri Regenti, Galliſque in Scotia militantibus viderentur: & Jacobus Prior S. Andreæ, nothus Reginæ frater, (qui poſtea Comes Moraviæ) inter illos anteſignanus affectati contra ſororem regni ab illis inſimularetur. Ille ſuſpicionem amolitur ſanctiſſime proteſtando, ſe nihil aliud quam divinam gloriam & patriæ libertatem ſibi proponere, eandemque à Regente & Gallis oppreſſam, non poſſe non dolenter deplorare.

Scoti Regenti parere recuſant.

1. *Deeſt* pene *in Edd. prioribus.*

*Domini*

*Domini Congregationis* apud Elizabetham per Guilielmum Maitlandum Lidingtonium Secretarium luctuoſa oratione jam conqueri cœperunt. Scilicet ex quo Scotorum Regina Delphino nupſerit, regni adminiſtrationem immutatam eſſe, milites exteros omnia vaſtare, ſuprema regni munia Gallis eſſe delata; caſtra & munimenta in eorum manus tradita, puriorem regni pecuniam in eorum quæſtum adulteratam. Galloſque his & hujuſmodi artibus viam ad Scoticum regnum occupandum ſubdole ſibi munire, ſi quid humanitus Reginæ acciderit. Cecilius (quo in his & aliis rebus omnibus pro ſingulari prudentia præcipuo adminiſtro uſa eſt Elizabetha) per Henricum Percium, poſtea Northumbriæ Comitem, agit, ut intelligeret quem ſcopum illi *Domini Congregationis* ſibi proponerent, quibus rationibus, quod vellent, aſſequi valerent: & ſi quando ſuppetiæ ferantur, quibus conditionibus amicitia inter duo regna coaleſceret. Reſpondent illi oculis in cœlum ſublatis, non alium ſibi propoſitum ſcopum, quam ut Jeſu Chriſti gloriam, ſinceram verbi divini prædicationem promoverent, ſuperſtitiones & Idololatriam exſtirparent, perſequentium furorem cohiberent, avitamque libertatem conſervarent. Quibus rationibus hæc conficere valeant, plane neſcire, ſperare autem, divinum numen, quod incepit, cum adverſariorum confuſione ad optatum finem perducturum. Mutuam vero inter regna amicitiam, ſummam eſſe votorum; atque ad eam firmandam opes, fidem, & conſtantiam devovent.

1559. Opem ab Elizabetha implorant.

Lente de his rebus in Anglia deliberatur, quia Scoti ab armis & pecunia minus inſtructi, & inter ſe fluxæ fidei; tantum admonentur ne temere Martis aleam tentarent. Quamprimum autem compertum erat, Marchionem Albeufium, Reginæ Scotorum avunculum, de-

Hac de re deliberatur.

1559. lectus per Ringravium in Germania ad bellum Scoticum habere, tormenta majora ad portus convehi, majores apparatus fieri, quam ad pauculos inermes Scotos reprimendos (hoc enim prætexebatur ;) Gallos etiam Dano, ut in ſocietatem pertraherent, promittere, Lotharingum jure ſuo in regnum Daniæ ceſſurum ; necnon cenſuram Pontificis Romani contra Reginam & Sententiam Declaratoriam pro jure Reginæ Scotorum in Angliam denuo importunius urgere : Radulphus Sadleirus, vir prudens, ad Scotiæ limites mittitur, ut Northumbriæ Comiti limitis Medii Cuſtodi, & Jacobo Crofto Berwici Præfecto conſilio adeſſet. Quorſum enim hæc ſpectarent, conſiliarii in Anglia videre non poterant, quam ut Angliam invaderent, & armis id perſequerentur, quod titulis & Inſignibus præ ſe ferebant.

Gallos è Scotia ſubmovendos decernitur.

Serio igitur hac de re conſilia in Anglia habentur. Peſſimi exempli videbatur, Principem patrocinium præſtare tumultuantibus alterius Principis ſubditis, at impietatis ejuſdem religionis cultoribus deeſſe. Præpoſteræ vero eſſe prudentiæ, permittere ut Galli, jurati nominis Anglici hoſtes, qui regnum Angliæ vendicant, & ſecura ubique pace jam gaudent, armati hæreant in Scotia vicina, tam opportuna ad Angliam invadendam ex ea parte qua Angliæ nobiles & plebs Romanæ religioni ſunt addictiſſimi. Hoc nihil aliud eſſe quam ſingulorum ſalutem, & univerſorum quietem hoſtibus ignave prodere. Non ſegnibus igitur conſiliis acquieſcendum, arma expedienda ; Anglicæ providentiæ ſemper fuiſſe hoſtes prævertere, non exſpectare ; ſemperque licuiſſe pericula tam prævertere quam repellere, & iiſdem artibus propugnare quibus hoſtes oppugnant. Angliam nunquam ſecure tutam eſſe, niſi quum armata ſit & potens ; potentiorem vero futuram, quum à Scotia nihil timeat. Ne timeat, ejuſdem religionis profeſſori-

feſſoribus ſubveniendum, & Gallos à Scotia exturbandos, contra quos non conſilia, ſed arma valeant. Quibus non ita pridem ſupine poſthabitis, Caletum non ſine damno & dedecore fuerat amiſſum; & paullo ante, dum iſti pacis ſtudium egregie ſimularent, Ambletum & vicina Bononiæ propugnacula ex improviſo intercepta: unde Bononia ex neceſſitate reddita. Nec aliud de Berwico & limitaneis oppidis exſpectandum, niſi arma primo quoque tempore ſumantur, & Gallis, in Scotia pacis ſtudium præ ſe ferentibus, non credatur, quum Gallorum conſilia ſint occulta, ambitio infinita, & proventus immenſi; adeo ut in proverbium apud Anglos jam olim ceſſerit, Galliam totum triennium nec inopem eſſe poſſe, nec bello abſtinere. Elizabetha etiam ſæpe illud Valentiniani Auguſti uſurpavit, ΤΟΝ ΦΡΑΓΚΟΝ ΦΙΛΟΝ ΕΧΟΙΣ, ΓΕΙΤΟΝΑ ΟΥΚ ΕΧΟΙΣ. *Francum amicum habe, at non vicinum.* In hanc igitur ſententiam itum, Juſtum, honeſtum, neceſſarium, & utile eſſe Gallos è Scotia quamprimum exturbare. 1559.

Hinc Guilielmus Winterus, machinarum claſſicarum Præfectus, cum claſſe in Bodotriam (*Edenborough Frith* jam vocant) mittitur, qui magno Gallorum terrori, bellicas eorum naves per littus diſpoſitas, & præſidium Gallicum in *Inchkeith* inſula adoritur; Dux Norfolciæ mox *Locum-tenens Generalis in partibus Borealibus Scotiam verſus* conſtituitur; Guilielmus Baro Greius, vir bellicoſiſſimus (qui Guinas nuper animoſe contra Gallos, ſed infeliciter defenderat) limiti Medio & Orientali præficitur. Et Thomas Comes Suſſexiæ, qui Hiberniæ, Maria regnante, Deputatus, in Hiberniam remittitur cum titulo *Locum-tenentis Hiberniæ*, & mandatis, ut ante omnia proſpiceret, ne gens Hibernica inculta, & ideo magis ſuperſtitioſa, in rebellionem Gal-

Angli terra marique in Scotiam mittuntur.

Res Hiberniæ conſtituuntur.



lorum

1559. lorum artibus religionis prætextu concitaretur: ut Ophaliam caſtellulis muniret, latifundia veteranis concederet *habenda ſibi, & heredibus maſculis de corpore*; *Surlii-Boyum* Scoto-Hibernicum in poſſeſſiones, quas jure hereditario in Ultonia vendicavit, feudali jure ad ſervitia præſtanda admitteret, Principis proventus moderate adaugeret, Fiſcumque regium ad formam Fiſcalem in Anglia redigeret.

*Franciſcus* Salopiæ Comes moritur. Inter hæc è vita migravit, qui inter primarios regni conſiliarios, Franciſcus Talbottus, quintus ex hac familia Salopiæ Comes, unico filio Georgio è Maria, Thomæ Baronis Dacræi Gilſlandii filia, ſucceſſore relicto.

## M. D. LX.

Fœdus Berwicenſe. QUamprimum Norfolcius Berwicum pervenerat, occurrunt illi Jacobus Nothus Prior S. Andreæ, Baro Rethuenus, & alii, qui nomine Ducis Caſtri-Heraldi, & Confœderatorum, cum illo nomine Reginæ Angliæ fœdus in hanc ſententiam paciſcuntur: *Quum Galli Scotiam ſubjugare, & Galliæ ſceptro adunare quo jure qua injuria moliantur, Angliæ Regina Ducem Caſtri-Heraldi regni Scotiæ heredem deſignatum, proceres, populumque Scoticum in patrocinium ſuſcipiet, dum Galliæ Rex Mariam Scotorum Reginam in matrimonio habeat. & altero poſt anno, exercitum terra marique cum omni apparatu bellico ad Gallos è Scotia expellendos & excludendos ſubmittet: pacem cum Gallis niſi ea lege ut Scotia priſtina libertate utatur fruatur, non inibit, munimenta Anglorum auxilio à Gallis recuperata mox ſubruentur, aut Norfolciæ Duci pro ejus arbitrio in manus tradentur: Angli in Scotia nulla loca munient, niſi ex Ducis Caſtri-Heraldi & Procerum Scotiæ aſſenſu; Illi Anglis opem ferent quam poſſunt maximam. Hoſtium loco habebunt quicunque Anglis*

*hoſtes*

*hoſtes fuerint. Scotiæque regnum Galliæ adunari alia quavis ratione, quam quo nunc matrimoniali jure conjungitur, non permittent. Si Anglia cis Tinam flumen à Gallis invadatur, Scoti duo millia Equitum & mille peditum Reginæ Angliæ ſtipendiis mittent: ſin invadatur ultra Tinam, omnibus quibus poterunt copiis ſe Anglis in ſubſidium adjungent, ſuiſque impenſis, totis triginta diebus, ut aſſolent, ad Scotiam defendendam. Comes Argatheliæ, Scotiæ Juſtitiarius, operam dabit, ut pars Hiberniæ Septentrionalis in ordinem redigatur, certis quibuſdam conditionibus, de quibus inter Hiberniæ Proregem & ipſum conveniet. Denique præſcribitur quod uterque præſtabit, ſi Jacobus Mac-Conellus, aut alii Hebridiani, in Scotia vel Hibernia aliquid moverint. Ad hæc firmanda, priuſquam Anglicus exercitus Scotiam ingrediatur, obſides ſexto vel quarto quoquo menſe, pro Scotorum arbitrio mutandi, in Angliam mittentur, durante inter Gallum & Reginam Scotiæ matrimonio. & altero poſt anno, Dux Caſtri-Heraldi, & Confœderati Comites & Barones Parlamentarii ſuis ſubſcriptionibus & ſigillis hæc intra viginti dies rata habebunt, ſimulque declarabunt (quandoquidem Regina Angliæ non alio quam amicitiæ & vicinitatis nomine ad ſervitutis jugum à Scotis depellendum hæc ſuſcipiat) ſe obedientiam Reginæ Scotorum & Regi marito in omnibus præſtituros quæ ad priſtinam libertatem opprimendam non facient.* 1560.

Jam crebris Principum exterorum nunciis & litteris interceptis certò innotuit, Gallos ſtatuiſſe Angliam invadere; ſimulque Sebaſtianus Martiguius, è familia Luxenburgica juvenis prænobilis, cum cIↃ. peditibus veteranis, & una ac altera equitum ala in Scotiam appulit. D'Oiſelius Gallus, qui Scotiæ Regenti ab intimis conſiliis nimio plus præfidens, Scotiæ proceribus apud

*Martiguius cum Gallis in Scotiam venit.*

1560. apud *Aimouth* prope Berwicum propoſuit, ut junctis jam viribus Regem & Reginam Scotorum in Angliæ poſſeſſionem mitterent. Illi autem perſpecta rei difficultate, & ne pacem nuper initam violare viderentur, recuſarunt. Martiguium tamen juveniliter exſultantem, & ardore Angliam invadendi flagrantem ſanum Regentis conſilium vix cohibuit. Sed mox reſtinctus eſt ille ardor, quum Marchio Albeufius, qui majoribus cum copiis Scotiam verſus vela faciebat, violentia tempeſtatis ad Hollandiæ littora conflictatus, amiſſis aliquot navibus & militibus plurimis, Deipam, unde ſolverat, rejiceretur.

*Albeufius tempeſtate rejicitur.*

In Angliam ab Hiſpano jam venerat Ph. Stavelius à *Glaion*, aurei velleris Eques, & Machinarum bellicarum præfectus, ut querelas Gallorum contra Reginam de re Scotica explicaret, regiſque ſui nomine pacem & concordiam ſuaderet. Ille tamen clam monuit, ut Regina inceptum in Scotia ſtrenue urgeret, etſi Hiſpanus contra, bellicum apparatum, de quo illa Antverpiæ contraxerat, in Angliam tranſvehi palam vetuerit; ita ut illa novum apparatum è Germania neceſſario fecerit. Nec ſuſpicione caruit quod Stavelius propoſuit, ut quædam Hiſpanorum vexillationes in Scotiam mitterentur quæ cum Gallis Scotos rebelles coërcerent, ſimulque Gallos cohiberent, ſi quid in Angliam tentarent. Per id tempus Michaël Seurius, ordinarius Galli legatus, ſubinde cum Regina agit, ut claſſem & exercitum è Scotia revocaret. Nec illa abnuit, modo Galli itidem domum revocentur. Sed dilationibus hinc inde quæſitis, res de die in diem producitur, donec J. Monlucius, Epiſcopus Valentinus, à Proteſtantium profeſſione non alienus è Gallia adveniret. qui quum huc adveniſſet, nulla ſe inſtructum ad hanc rem auctoritate reſpondet. Ille tamen vir uberi facundia, quantum poſſet,

Hiſpanus pacem ſuadet.

Anglorum apparatum detinet.

Galli ſatagunt ut Angli è Scotia revocentur.

poſſet, ſuadet, ut exercitus & claſſis è Scotia revocarentur : contenditque geſtationem illam Inſignium Angliæ neutiquam fraudi eſſe Reginæ, ſed potius honori Regiæ Angliæ familiæ. Verum quum nec hoc quod abſurdum, nec illud quod periculoſum videbatur, perſuadere potuiſſet; Seurius Stavelium & Epiſcopum Aquilanum Hiſpani in Anglia legatum ordinarium rogat, ut coram teſtes adeſſent, quo tempore contra Reginam de violato pacis fœdere proteſtaretur; quod abnuerunt illi, quia hoc in mandatis non habuerant. Proteſtatur tamen ipſe ſatis prolixa oratione. cui reſponſum redditum typis evulgatum : in quo illa *univerſo orbi teſtatum voluit, violationem fœderum & cauſſas omnes belli à Gallis omnino proficiſci, & nihil ſibi magis moleſtum, nihil magis odioſum hoc bello poſſe accidere*; & id genus alia, quæ ex jam dictis facile colligantur, atque ex alio ſcripto jam antea edito. Quo declaravit, quanquam indignis affecta eſſet injuriis, regni titulo & Inſignibus arrogatis; nunquam tamen induci potuiſſe ut crederet, hoc Regis, aut Reginæ Galliæ, aut regii ſanguinis Principum aſſenſu factum fuiſſe, ſed malis artibus Guiſiorum, qui Regis & Gallorum opibus abuſi, per Scotorum latus jam Angliam ſauciaturi. Se autem non poſſe ſuæ & ſuorum ſaluti oſcitanter deeſſe. Et proculdubio Guiſii ex amore in Scotam neptim, odio in Elizabetham religionis cauſſa, & ambitione bene merendi de Gallia, nova regna adjiciendo, freti pollicitationibus Anglorum quorundam, qui à religione Proteſtantium averſi, in Elizabethæ perniciem acerrime incubuerunt. Sed averterunt offenſiones & ſimultates exortæ in Gallia de publica rerum adminiſtratione à Principibus regii ſanguinis ad Guiſios tranſlata; & illa hoſtilibus eorum & aliorum conſiliis tam mature & caute ſe objecit, ut amicis admirationi, inimicis terrori jam inde fuerit. Quo

1560.

De pace violata proteſtantur. Reſpondetur.

Hoſtilis Guiſiorum in Elizabetham animus.

1560. Quo die Greius Scotiam cum exercitu ingreſſus, eodem Seurius, Monluciuſque, de revocando exercitu ſummopere urgent, etiam ſpe Caleti reſtituendi propoſita, modo revocaret. Illa plane reſpondit, ſe Caletum piſcatorium oppidulum præ univerſæ Britanniæ ſalute & ſecuritate nihili æſtimare. Eodemque ipſo die in Hiſpaniam miſit Antonium Brownum, *Montis-acuti* Vicecomitem, virum ſpectatæ prudentiæ, ſed Romanæ religioni deditiſſimum, eoque nomine Hiſpano gratiorem futurum, qui cum Tho. Chamberlano, aſſiduo ibidem legato, Hiſpanum inter alia edoceret, quam juſtis de cauſſis exercitum in Scotiam miſerit, iis ſcilicet quas modo dixi; necnon monſtraret, Scotorum Reginam, tenui valetudine juvenculam, enuptam in Gallia eſſe regi valetudinario ſine ſpe prolis; Hamiltonio, Duci Caſtri-Heraldi, Parlamentaria auctoritate heredi regni Scotiæ deſignato, & filio ejus in Gallia peregrinanti, inſidias Guiſiorum machinationibus ſtructas eſſe; eorum conſilia eo tendere, ut Scotiæ Coronam Galliæ regno adjungerent, & non Reginæ conſervarent; quod quanti ſit periculi Belgicis provinciis, & Hiſpaniæ, ipſe ſerio perpendat. Contra, confœderationi procerum Scotiæ rebellionis notam non inurendam; quæ non alio conſilio inita, quam ut (quod pro officio debent) regnum Reginæ, & juſtis ſucceſſoribus conſervarent, quod Guiſiorum molitionibus labefactari, vel ad Gallos transferri, ſine ſua & ſuorum injuria non patiantur.

Caletum à Gallis offertur.

Recuſatur.

Montis-acuti Vicecomes ad Hiſpanum mittitur.

Belli Scotici cauſſas edocet.

Scotos confœderatos excuſat.

Ineunte Aprili, Anglorum exercitus in quo equites cIↃ. cc. peditum vi. cIↃ. prope Letham accedunt. Hæc ſita eſt ad Bodotriam, maximum Britanniæ æſtuarium, ubi *Letha* fluvius diffuſior exoneratur, ſtationemque navibus præbet opportunam, vix altero ab Edenburgo, primaria Scotiæ urbe, milliari; & ob hanc ſitus commoditatem Galli in perfugium & receptum auxiliaribus

Letha obſidetur.

ribus ſuſcipiendis communierant. Anglos, qui primum 1560.
acceſſerunt, Martiguius eductis peditum cohortibus adortus eſt, ut colle, quo illos caſtrametaturos exiſtimavit, prohiberet; ſed poſtquam quatuor plus minus horas velitatum, nonnullis utrinque cæſis, in oppidum rejicitur. Vallum deinde ducitur, moles aggeruntur, è quibus non minus quam è navibus in oppidum aſſidue effulminatur. Galli ſubinde majoribus animis quam viribus erumpunt, & multa fortitudinis ſpecimina edunt. Inter alia xv. Aprilis vallo potiti tria tormenta majora obturarunt, & Mauritium Berkleium captivum abduxerunt. Sed Jacobus Croftus, & Cuthbertus Vaghanus eos mox expulerunt, & in oppidum non ſine ſtrage repulerunt; quo tempore Arthurus Greius, filius Baronis Greii, qui ſummum imperium in Caſtris habuit, glande humero trajectus. Caſtra deinde propius oppidum admoventur, quum effulminationes ob intervallum plerumque irritæ caderent. Paullo poſt fortuito igne pars aliqua oppidi, & horrea nonnulla magno terrore conflagrarunt. quem Angli majoribus machinis in eam partem obverſis adauxerunt, & interea foſſas ingreſſi murorum altitudinem ſunt dimenſi. Sexto die Maii (quod inter Anglos & Scotos communi conſenſu convenit) undique ſcalis admotis muros occupare acerrime totis viribus enixi. Verum quum ſcalæ eſſent juſto breviores, & aquæ occluſo emiſſario altiores, magna vi glandium ſuperne obruti repelluntur, quamplurimi deſiderantur, plures vulnerantur. Acceptæ cladis culpa in Crofto reſedit, quod quaſi inceptum improbans (an ex judicio, vel ſtudio in Gallos, vel odio in Greium, non dixerim) in parte ſibi deſtinata ſpectator otioſus deſediſſet, & laborantibus opem non tuliſſet. Certe Norfolcius & Greius illum non hoc ſolum nomine, ſed etiam occulta conſilia cum Scotiæ Regente habuiſſe, &

*Arthurus Greius* vulneratur.

Angli repelluntur.

*Croftus* culpatur.

1560. huic expeditioni ſe oppoſuiſſe, litteris ad Reginam ſubaccuſarunt. Unde in quæſtionem in Sacro Conſiſtorio poſtea vocatus, præfectura Berwici erat amotus, & Greius in ejus locum ſuffectus. Reginæ tamen gratia non excidit, quæ poſtea Regiæ Contrarotulatorem merito conſtituit. Hac prima fortunæ deſtitutione, Anglorum Scotorumque animos dejectos Norfolcius novis cohortibus auxiliaribus illico ſubmiſſis confirmavit: leviculis aliquot pugnis deinde decertatum eſt, donec Rex Galliæ certior factus, ſuos Lethæ ita incingi, ut omnes terra marique aditus intercluderentur, & ob disjunctam locorum intercapedinem ſuppetias opportune ferri non poſſe, ſeditionibus domi indies gliſcentibus, auctoritatem conceſſit Epiſcopo Valentino, & Carolo Rochfoucaldio Randano, rem tranſigendi cum Elizabethæ delegatis; quæ ſtatim in Scotiam miſit Guilielmum Cecilium & Nicholaum Wottonum Decanum Cantuarienſem & Eboracenſem. Galliæ enim & Scotiæ Regi & Reginæ infra Majeſtatem viſum eſt in æquam diſceptationem cum ſubditis deſcendere. Quo tempore Jacobus *Prior* ea propoſuit, quæ Cecilius nec à ſubditis proponenda, nec à Principibus concedenda cenſuit. Dum diſceptatur, obiit Maria Lotharinga mater Reginæ, & Regens Scotiæ, Princeps pia & prudens, indignis contumeliis ab æſtuoſis quibuſdam concionatoribus exagitata (ut in ipſorum Eccleſiaſtica Scotiæ hiſtoria, quam Elizabetha inter imprimendum ſuppreſſit, videre eſt) necnon à *Dominis Congregationis*, qui ut *Regni Conſiliarii nati* eam pro ſua auctoritate, ut Dei gloriæ Scoticæque libertati adverſantem, Reginæ Scotorum & mariti nomine, ab omni rerum adminiſtratione ſuſpenderant.

Gallus pacem proponit.

Regens Scotiæ moritur.

Tractatus Edenburgenſis.

Articuli, de quibus delegati tertio menſe poſt obſidionem inchoatam convenerunt, hi ſunt: *Tractatus pacis*

*in*

*in Caſtello Cameracenſi inter Elizabetham & Henricum Secundum Galliæ renovabitur & confirmabitur. Tractatus ibidem inter Angliam & Scotiam ratificabitur. Apparatus bellici utrinque ceſſabunt. Munimentum apud* Aymouth *in Scotia diruetur. Rex Franciæ & Regina Maria titulo & Inſignibus Angliæ & Hiberniæ abſtinebunt. Diſceptatio ſuper compenſatione injuriarum Elizabethæ illatarum, & ſuper cautione quinti articuli, rejicitur in alium conventum Londini habendum. Quod ſi nec tunc conveniri potuerit, res Regi Catholico committetur. Rex & Regina cum nobilibus Scotiæ ſubditis ſuis reconciliabuntur. Confœderati, præcipue Rex Catholicus, comprehendentur. Hic Tractatus intra ſexaginta dies confirmabitur, & juramentum utrinque de eo obſervando præſtabitur.* 1560.

Publicata hæc pax in caſtris & oppido communi omnium lætitia, quum Anglos agro circumvicino perpopulato, Gallos omni commeatu excluſos, Scotoſque ſtipendiis minime ſolutis, belli tæderet. Et ſane univerſæ Britanniæ illa ſalutaris habebatur, qua Scotiæ libertas avita retenta, Angliæ dignitas conſervata, & ſecuritas parta, quæ jam inde nihil à Scotia timuit: uſque adeo ut Angli Elizabetham ſecuritatis fundatricem, Scotique Proteſtantes libertatis vindicem lætanter agnoverint. Pax publicata.

Illa toto hoc tempore publico bono, ſingulari in patriam amore, ita fuit attenta, ut interim potentium Principum amores ex animo fere deleverit. Ambierunt enim eodem tempore ejus nuptias Carolus Archidux Auſtriæ, filius Ferdinandi Imperatoris junior, per Comitem Elphenſtenium, Jacobus Comes Araniæ, à Proteſtantibus Scotiæ commendatus, propoſito conſilio uniendi per eum diviſa Angliæ & Scotiæ Regna, quod tamen cum hominis laude mox rejectum. Erricus Rex Sueciæ per Joannem fratrem Finlandiæ Ducem, quem Guſtavus Proci *Elizabethæ.* *Carolus Auſtriacus.* Araniæ Comes. *Erricus* Rex Sueciæ.

 pater

1560. pater paullo ante mortem in Angliam eo nomine [1] miſerat: in ſpem pronior, quod ejuſdem cum Elizabetha religionis, ea credula importunitate ut ipſe Angliam cogitaret, etſi Danus hoſtili in eum animo, intercipere ſtatuiſſet, qui è re ſua non exiſtimavit ut Anglia & Suecia, quibus Dania interpoſita, his nuptiis coaleſcerent. Agnovit illa ſummum & ſingularem ejus amorem, & laudavit; adventum gratum futurum reſpondit, verum animum non poſſe adhuc inducere, ut cælibem vitam longe gratiſſimam in conjugalem mutaret. Rogavit igitur ut quavis alia re benevolentiam experiretur; etiamſi voti compos non fuerit, amorem non male collocatum ſentiret. Monuit etiam ne tempus uxorem eligendi longius differret, quam optavit ut nanciſcatur ipſo digniſſimam. Hujuſmodi cum reſponſis Joannes Dux Finlandiæ ſexto poſt menſe domum rediit, quum nihil non feciſſet ut nuptias promoveret, apud Reginam aſſidue procando, aulicis largiendo, & infimorum benevolentiam captando, inter quos nummos argenteos ſubinde ſparſit, dictitans, fratrem ubi advenerit, aureos plebi diviſurum. Nihilominus frater ſuſpicax eum reverſum male excepit, quaſi ille ſibi ipſi nuptias ambiiſſet, propoſitique tenax toto fere biennio miſſis conditionibus per Nicholaum Guldenſteinum ambire non deſtitit. Simulque qua erat inconſiderata levitate, Philippi Lantgravii Haſſiæ filiam in uxorem petiit, à qua etiam rejectus, cum mediocris conditionis muliercula matrimonium contraxit.

Carolus autem Auſtriacus ſperavit & exſpectavit, tum ut acceſſione Angliæ Auſtriaca familia, quæ maxima-

1. *Tollitur diſtinctio poſt* miſerat *in Codice quem mutuo ſumpſi ab Amico doctiſſimo Thoma Rawlinſono, Armigero. Secus tamen atque in ipſo, quo utor, Camdeni Codice, in quo & commate, non, ut in Edd. tranſmarinis, ſemicolo mox poſt* religionis *interpungitur.*

rum

rum Principum connubiis feliciſſima, adaugeretur; tum 1560.
ut avita religio per eum, ſi non revocaretur, ſaltem toleraretur. Nec ſpem ejus ſtatim præcidit Elizabetha. Palam enim præ ſe tulit, & coram Elphenſtenio, & litteris ad Imp. proteſtata eſt, inter plura ſplendidiſſima propoſita conjugia, nullum ſplendidius eſſe quam hoc Caroli Auſtriaci. Veruntamen nec jam antè periculi procellam, nec dum honoris auram de inſtituto vitæ curſu dimovere potuiſſe; non eo uſque tamen ut conjugali vitæ omnino renunciaret. Seque certo ſperare, Numen divinum, cujus bonitati tota innititur, in his & ceteris conſilia ad ſuam ſuorumque ſalutem directurum. Adolphus etiam Dux Holſatiæ, patruus Frederici II. Regis Daniæ, à Dano excitatus, ut nuptias cum Sueco interturbaret, in ſpem matrimonii raptus ex litteris quibus Elizabetha optaverat, *ut ille eadem qua olim Hiſpanis neceſſitudine Anglis conjungeretur, & ſtudium amantiſſime promiſerat*; in Angliam venit. Quem lautiſſime exceptum periſcelidis honore, & annua penſione munifice donavit, atque ſingulari benignitate principem bellica gloria, Dithmarſis nuper debellatis, clariſſimum in perpetuum ſibi devinxit.

Adolphus Dux Holſatiæ.

Nec defuerunt domi, qui quod amantes ſolent, de ejus conjugio vana ſibi ſomnia finxerunt; ſcilicet Guilielmus Pickeringus Ordinis Equeſtris, cui nonnulla generis claritas, mediocres opes, ſed ex bonarum artium ſtudiis, vitæ elegantia, & legatione Gallica atque Germanica honor aliquis; Henricus comes Arundeliæ, multarum imaginum, magnarum opum, ſed ætatis jam divergentis; & Robertus Dudleius, Ducis Northumbriæ filius natu junior, in integrum à Maria Regina reſtitutus, ætate florente & conſpicua lineamentorum compoſitione, qui quanto odio pater ejus & avus apud populum, tanta apud Principem gratia flagravit, rara & regia

*Guil. Pickeringus.*

Comes Arundeliæ.

*Robertus Dudleius.*

1560. regia Elizabethæ clementia, quæ eum ſervatum honoribus cumulavit, cujus pater ipſam perditam voluerat. An hoc ex ejus virtute, cujus adumbrata ſigna præ ſe tulit, an communi carceris forte ſub Maria Regina, an ex geneſi, occultoque ſyderum conſenſu hora natali, & inde arctiſſima animorum cognatione, non facile quis dixerit. (Principum certe in hos propenſio, ab illis averſio fatalis videatur.) In auſpicium honoris, & primum benevolentiæ argumentum, eum, quem equis præfecerat, cum Duce Norfolciæ, Marchione Northamptoniæ, & Comite Rutlandiæ, primo regni anno in Georgianæ periſcelidis ordinem, qui apud Anglos longe eſt honoratiſſimus, non ſine omnium admiratione cooptavit.

Favor in eum.

Montis-acuti in Hiſpania legatio.

In Hiſpania interea Vicecomes Montis-acuti apud Regem belli Scotici neceſſitatem explicat, rebellionis notam à Scotis quantum poteſt, eluit; religionem non aliam in Angliam inductam eſſe, quam quæ ſacris litteris, & quatuor prioribus Conciliis Oecumenicis ſit conſona, ex documentis frigide docet, (utpote qui Romanæ religionis cultor admodum devotus;) Burgundicum fœdus inter Angliæ reges & majores ejus olim pactum ut renovetur, rogat. Hiſpanus fœderis renovationem minime neceſſariam eſſe reſpondet, (quum tamen fœderum renovatio ſit apud Principes uſu receptiſſima, quæ fœderibus ipſis quaſi vitam infundit, atque mutuam eorum benevolentiam orbi terrarum conteſtatur, & ipſe paterque Carolus in Tractatu de nuptiis cum Maria Regina Angliæ Anno M. D. LIII. ſe obſtrinxerant ad fœdus illud confirmandum,) Religionem in Anglia immutatam deplorat, exercitum in Scotiam emiſſum & rebelles ſublevatos dolet, ſeque de his rebus ſerius edoctum conqueritur. Molitionibus tamen Gallorum, qui Elizabetham excommunicandam voluerunt, occultò ſe opponere

Hiſpanus fœdus renovare recuſat.

*Elizabethæ tamen contra Gallos favet.*

opponere non deſtitit, efficitque per ſuos Romæ ut 1560.
nulla ſine ejus conſenſu Eccleſiaſtica cenſura innodaretur. Submonuit etiam in rem ſuam, ſed ſerius, ut articulis cum Gallo insereretur, licitum fore Anglis Gallos è Scotia, ſi denuo redierint, exturbare; atque de Caleto reſtituendo diſertis verbis cautio interponeretur. Offenſum nihilominus ejus animum ſenſit Vicecomes, & Regina perſpexit, tum ex his quæ dixi, tum maxime ex inſignium Ordinis Georgiani in Vicecomitis manus redhibitione. Hac enim amicitiam cum Anglis prorſus ejurare videbatur. Offenſiorem autem reddidit repulſa, quam poſtea tulit, quum per Legatum in Anglia intercederet (curante Comite Feriæ, qui filiam Guil. Dormeri ex Maria Sidneia duxerat) ut Jana Dormera filia Tho. Newdigati, vidua Roberti Dormeri Ordinis Equeſtris, & avia Comitiſſæ Feriæ, *Clarentia* anicula, quæ Mariæ Reginæ fuit intima, & à privatis erga pauperculas eleemoſynis, Richardus Shelleius *Ordinis S. Joannis in Anglia Prior* poſtea dictus, & Th. Harvæius, Pontificiæ religioni devotiſſimi, & Hiſpano chari, bona cum venia in Belgio & Hiſpania, quo ſe, licentia non impetrata, religionis cauſſa ſubduxerant, permanerent. Antiquis enim Angliæ legibus ſub pœna publicationis bonorum cautum erat, ut nulli niſi regni magnates & mercatores ſine ſpeciali Regis venia regno exirent, nec in exteris regionibus niſi ad præfinitum tempus permanerent, idque vel ad valetudinem in calidiori tractu recuperandam, vel ad uberiorem ingenii cultum in Academiis capiendum, vel ad militarem diſciplinam ediſcendam. Utque illa ad Hiſpanum reſcripſit, *Exemplo caruit ut ejuſmodi venia perpetuæ à patria abſentiæ mulierculis concederetur. Et quanquam res ipſa per ſe nullius momenti videretur, quum tamen illi non tantum inde boni caperent ad commoditatem privati beneficii,*

Periſcelidem remittit.

Repulſam in parvis ægre fert.

1560. *ficii, quantum alii ſumerent animi ex exemplo ad Reipub. detrimentum, non permittendum cenſuit.* Comes Feriæ hoc in ſuam injuriam interpretatus, ne inultum dimitteret, ſervulum Chamberlani, aſſidui in Hiſpania legati Anglici, in Inquiſitionem tanquam hæreticæ pravitatis reum rapuit, Reginæ Angliſque offenſior, offenſi Regis animo (uxore fruſtra obnitente) faces ſubjecit. Quin etiam perhibetur cum Pio Quarto Pontifice Romano recens electo de ea excommunicanda egiſſe. Ille autem neſcio qua ſpe, Vincentium Parpaliam, Abbatem S. Salvatoris, cum arcanis mandatis & litteris blandiſſimis ad eam ſubmiſit: quas integras hîc ſubjiciam, etſi in hiſtoriæ leges peccare nonnullis videar.

Feriæ Comes eum magis abalienat.

Et Papam in Elizabetham excitat.

Papæ ad eam litteræ.

## Chariſſimæ in CHRISTO filiæ ELIZABETHÆ Reginæ Angliæ.

*CHariſſima in Chriſto filia noſtra, Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Quantopere cupiamus, noſtro ita Paſtorali officio poſtulante, ſaluti tuæ conſulere, & honori tuo ſimul Regnique ſtabilitati proſpicere, & ſcrutator cordium novit Deus, & ipſa intelligere poteris ex mandatis quæ dilecto huic filio Vincentio Parpaliæ, Abbati Sancti Salvatoris, homini tibi noto, nobiſque probatiſſimo, ad te dedimus. Proinde hortamur & monemus Celſitudinem tuam etiam atque etiam, Chariſſima filia, ut repudiatis malis ſuaſoribus, qui non te, ſed ſeipſos amant, ſuiſque ipſorum cupiditatibus inſerviunt, Dei timorem in conſilium adhibeas, tempuſque tuæ viſitationis agnoſcens, paternis noſtris monitis, ſalutaribuſque conſiliis obtemperes; omniaque de nobis tibi polliceare, quæ non modo ad animæ tuæ ſalutem conſervandam, ſed etiam ad dignitatem Regiam ſtabiliendam & confirmandam pro auctoritate, pro loco, ac munere, quod*

*nobis*

*nobis à Deo commiſſum fuit, à nobis deſideraris. Qui te, ſi, ut optamus, & ut ſperamus, in Eccleſiæ gremium redieris, eodem, quo Evangelicus ille pater reverſum ad ſe filium, amore ſumus, & honore, ac lætitia recepturi. Quanquam eo major noſtra lætitia futura eſt, quod is unius filii ſalute gaviſus eſt, tu tecum una univerſos Angliæ populos trahens, non ſolum ex tua, ſed ex totius nationis ſalute, nos & univerſitatem fratrum noſtrorum, quos propediem, Deo juvante, ad tollendas hæreſes in Oecumenico Generalique Concilio congregatos audies, & univerſam Eccleſiam lætitia gaudioque complebis. Quinetiam cœlum ipſum exhilarabis ex tam memorabili facto, admirabilem nomini tuo gloriam, & multo ſplendidiorem ea quam geris coronam adeptura. Sed hac de re pluribus verbis Vincentius tecum aget, & noſtrum tibi paternum animum declarabit, quem ut benigne excipias, diligenterque audias, eandemque ut ejus orationi fidem habeas, quam haberes nobis ipſis, Serenitatem tuam rogamus. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, &c. die quinto Maii.* M.D.LX. *Anno primo.* 1560.

Quæ Parpalia propoſuit non comperi. nec enim ſcriptis mandata credo; comminiſci vero cum vulgo Hiſtoricorum minime lubet. Elizabetham ſui ſimilem, SEMPER EANDEM perſtitiſſe, & rem pro Pontificis voto non ſucceſſiſſe, omnes norunt. Fama obtinet, Pontificem fidem dediſſe, ſententiam contra matris nuptias, tanquam injuſtam, reſciſſurum, Liturgiam Anglicam ſua auctoritate confirmaturum, & uſum Sacramenti ſub utraque ſpecie Anglis permiſſurum, dummodo illa Romanæ Eccleſiæ ſe aggregaret, Romanæque Cathedræ Primatum agnoſceret, imo & hæc curantibus aliquot aureorum millia fuiſſe promiſſa.

1560. Gallus & uxor Tractatum Edenburgenſem confirmare abnuunt.

Jam tempus confirmandi Tractatum Edenburgenſem advenerat: quem quum Elizabetha præſtito jurejurando ſolenni ritu confirmaſſet, idemque ad Regem & Reginam Galliæ tranſmiſiſſet, ut illi itidem ex pacto ratum haberent; Throcmortonus, ordinarius in Gallia Legatus, eos nullo modo inducere poterat, nec Petrus *Mewtas*, vir Equeſtris dignitatis, qui hoc nomine in Galliam poſtea miſſus; licet in Diplomate, quo Epiſcopus Valentinus ad illud fœdus ineundum delegatus erat, diſertis verbis *ſe bona fide & verbo Regio* confirmaturos ſpoſponderint. Cauſſas cur confirmare abnuebant, has attulerunt: Quod Scoti non auctoritate regia, ſed ſua ipſorum, quod minime debuerant, fœdus Berwicenſe cum Anglis iniiſſent, quod illud à rebellibus initum, & ementitis fidelium ſubditorum ſigillis & chirographis ſubſignatum, quodque obſequium in fœdere illo promiſſum haudquaquam præſtitiſſent. Dum hæc diſceptantur, Franciſcus Secundus Rex Galliæ anno ætatis XVIII. nondum exacto, regni ſecundo, è vivis exemptus, Scotorum Reginam viduam reliquit, majori Pontificiorum dolore, aut Proteſtantium per Britanniam gaudio, non dixero.

Quibus de cauſſis.

*Franciſcus* II. Rex Gallorum moritur.

*Elizabetha* edicit contra Anabaptiſtas.

Elizabetha jam ſecurior, ut Eccleſia incorrupta perſtaret atque propagaretur, & Reſpublica gloria & opibus magis floreret, duo ſalutaria edicta promulgavit. Altero Anabaptiſtas & id genus hæreticos, qui in maritima Angliæ oppida ex tranſmarinis regionibus ſpecie declinandæ perſecutionis convolarant, & ſectarium virus in Anglia ſparſerant, è regno intra viginti dies excedere imperavit, ſive illi indigenæ ſive exteri, ſub pœna incarcerationis & bonorum amiſſionis. Altero ſacrilegum hominum genus coërcuit, qui ſuperſtitionis tollendæ obtentu antiqua ſepulchra demoliri, Epitaphia & digmata clariſſimarum familiarum, ceteraque venerandæ

Et Sacrilegos.

randæ

randæ antiquitatis monumenta, quæ prophanorum ſurori ſub Henrico Octavo & Edwardo Sexto ſupererant, denuo delere, campanas è templis tollere, & templorum tecta plumbo deveſtire cœperunt. 1560.

Monaſterium etiam Weſtmonaſterienſe, Regum Angliæ inauguratione, ſepultura, & Inſignium Regalium cuſtodia celeberrimum, in Eccleſiam Collegiatam, imo Eccleſiæ plantarium convertit; ibique Decanum, Præbendarios duodecim, Didaſcalum, Hypodidaſcalum, Scholaſticos quadraginta, (Alumni Regii vocantur, è quibus ſex aut plures ad Academias ſingulis annis promoventur) Miniſtros, Cantores, duodecim pauperes, &c. ad Dei gloriam, veræ Religionis, & bonarum litterarum incrementum inſtituit; felici ſane eruditorum in Eccleſiam & Rempublicam proventu.

Collegiatam Weſtmonaſterii Eccleſiam fundat.

Quodque majori, imo maximæ gloriæ cedit, æratam pecuniam paullatim tollere, probamque ex puro puto argento reſtituere cœpit; ad regni gloriam reſtaurandam, & ad prævertendam fraudem eorum qui domi foriſque nummos adulterarunt, optima regni incommodo adulteratis nummis permutarunt, probamque pecuniam in exteras regiones exportarunt; necnon ad rerum venalium pretia laxanda quæ admodum intendebantur, ſummo cum Reipublicæ detrimento, & inprimis ſtipendiariorum, militum, ſervorum, & omnium qui diurna pro labore accipiunt. Et hoc quidem intra paucos menſes feliciter ſine motu præſtitit, primum prohibendo ne quis probam aut æratam monetam eliquando diſſolveret, aut regno eveheret, deinde æratam ad ſuum valorem vocando, ſcilicet æratum denarium ad obolum cum quadrante, nummum duorum denariorum ad tres obolos, *Teſtonum* ſex denariorum ad quatuor denarios, alios *Teſtonos* ad duos denarios & quadrantem, nec enim plus argenti inerat: demum eandem, ſi

Pecuniam ad ſuum valorem reducit.

1560. intra ſtatutos dies in officinam monetariam inferatur, proba pecunia à poſſeſſoribus non ſine ſuo diſpendio redimendo: ut Elizabethæ acceptum referatur, quod probior & purior fuerit in Anglia pecunia, quam totis ducentis ante annis viſa, aut alibi per Europam in uſu. Paulloque poſt probam pecuniam, quam *Sterlingam* vocamus, pro Hiberniæ Regno procudit, eo valore, ut ſolidus XII. denarios in Hibernia, & IX. in Anglia valeret. Magnum ſane hoc & memorandum, quod nec Edwardus Sextus potuit, nec Maria auſa, poſtquam Henricus VIII. pecuniam primus Regum Angliæ ſubæraverat, magno regni dedecori, ſucceſſorum, populique damno, & inſigni luxus atque profuſionis exemplo, quum plures illi opes pater reliquerit, quam quivis alter Rex Angliæ ſucceſſori, plurimas ex tributis exegerit (nec tamen Polo Cardinali credamus, qui prodidit plures quam omnes Reges à Normannica victoria exegiſſe) infinitaſque corraſerit, quum Parlamentaria auctoritate latifundia omnia in Hibernia quæ Angli abſentes tenuerunt, omnes Eccleſiaſticorum Beneficiorum Primitias, & Decimas in Anglia & Hibernia, omnes Monaſteriorum reditus, donaria, & bona ſibi arripuiſſet.

Quam *Henricus* VIII. corruperat.

Ejus luxus.

Huntingdoniæ Comes obit.

Supremus hic annus fuit Franciſco *Haſtings*, Huntingdoniæ Comiti ex hac ſtirpe ſecundo, qui è Catharina Pola, filia Henrici Baronis *Montis-acuti*, fratris Reginaldi Poli Cardinalis, Henricum ſucceſſorem, plureſque alios liberos procreavit, fraterno inter ſe amore, at non religione unanimes.

Shanus *O-Neal* in Hibernia tumultuatur.

In Hibernia *Shanus*, ſive Joannes *O-Neal*, potentiſſimus Ultoniæ Dynaſta, verus & legitimus Coni *O-Neal*, cognomine *Bacco*, i. e. Claudi, (quem Henricus VIII. Comitem Tir-Oeniæ creaverat) filius, quum Matthæum Baronem Dungannoni fratrem nothum, legitimum filium falſo creditum, è medio ſuſtuliſſet, patrem dominatu,

minatu, qui ex mœrore mox obiit, ſpoliaſſet, & barbara electione, calceamento ſupra caput projecto, titulum *O-Neal* aſſumpſiſſet: veritus ne ſecum ex lege ageretur, in rebellionem prorupit. Unde quingenti pedites ex Anglia miſſi, & alæ Equitum in Hibernia conſcriptæ. Sed poſt levia certamina, quum ſe Anglorum viribus imparem, ſuis exoſum, & *Surly-boium*, Jacobum *Mac-Conellum*, & O-Donellum in ipſum excitatos videret, à Comite Kildariæ affine perſuaſus, arma depoſuit, & in Angliam culpam deprecatum venire promiſit. Quod etiam præſtitit, ut ſuo loco dicemus. 1560.

## M. D. LXI.

ANNO ineunte, Franciſcus Comes Bedfordiæ in Galliam miſſus, ut Franciſci Regis mortem deploraret, Caroloque IX. ſucceſſori congratularetur, & ſeorſim & ſimul cum Throcmortono Scotorum Reginam de Tractatu Edenburgenſi confirmando ſæpius fruſtra interpellavit, quæ nihil aliud reſpondit quam de re tanta deliberate ſtatuendum; ſe niſi ex conſilio procerum Scotiæ nec poſſe, nec velle confirmare. Throcmortonus tamen eam, Cardinalem Lotharingum, ceteroſque Guiſios avunculos, & Jacobum fratrem ejus nothum, qui recens in Galliam venerat, omnibus quibus poterat rationibus ſedulo urgere minime deſtitit. Quum autem contextis excuſationibus indies procraſtinarent, Elizabetha ſuſpicata illos exitioſa in Angliam meditari, antevertere ſtatuit. Thomam itaque Randolphum in Scotiam mittit, qui proceres ad mutuam amicitiam, quæ ſolidiſſime religionis unitate fundatur, hortaretur, doceretque, Germaniæ Principes in fœdus contra Pontificem Romanum coiiſſe, & Elizabetham inprimis optare ut Angli Scotique in eodem comprehenderentur. Jam commodiſſimum tempus adeſſe (quum Scotorum Regina

Scota Tractatus confirmationem differt.

Suſpicio inde enata.

Et Randolphus in Scotiam mittitur.

1561. Regina ſit vidua ) conſopiendi omnem inter Anglos & Scotos diſcordiam, qui multo & mutuo ſanguine tot ſeculis concertarunt : vel ineundo perpetuum cum Anglis fœdus, vel amputando hujuſmodi pacta ex antiquo cum Gallis fœdere, quæ inter Anglos & Scotos diſcordiam ſerere ſolent. Denique ut ſubmoneret Scotos, ne permitterent viduam Reginam alium exterum Principem in virum denuo adſciſcere, cujus viribus & eos ulciſceretur, qui nuperrime Gallis reſtiterunt, & libertatem in ſervitutis periculum revocaret.

Scotæ tranſitus in Scotiam negatur.

Scotorum Regina interim Scotiam cogitans ( præmiſſo d'Oiſellio Gallo) Elizabetham rogavit, ut ipſa fide publica per mare in Scotiam trajiceret, & d'Oiſellius per Angliam tranſiret. Sed Elizabetha, magna adſtante multitudine, & hoc & illud omnino negavit, cauſſa addita, quod illa Tractatum Edenburgenſem juxta fidem datam nondum ratum habuiſſet. Si ratum haberet, ſingula promiſit, ſive per mare, ſive per Angliam iter haberet, quæ à Regina, à cognata, & vicina exſpectari poſſent. Hac repulſa Scotorum Regina commota Throcmortonum accerſiit, quocum longos hac de re habuit ſermones, quos ſummatim ex ipſius Throcmortoni litteris hîc inſeram (etſi nonnulla jam dicta retexenda) ut initia & progreſſus ſimultatum inter maximas & prudentiſſimas noſtri ævi principes clarius eluceſcant. Illa, arbitris amotis, ita Throcmortonum affatur: *Quæ mea ſit muliebris infirmitas, & quo animi æſtus abripiat, neſcio; tot tamen infirmitatis meæ teſtes adhibere non lubet, quot tua Domina nuper adhibuit, quum D'Oiſellium Legatum meum alloqueretur. Nihil eſt quod me tam angit, quam quod ea rogaverim quibus opus non erat. In patriam (Deo favente) licentia ab illa non petita, redire potero, ut invito & obſtante fratre illius Edwardo huc veni. Nec deſunt*

Illa de hoc expoſtulat.

*amici*

*amici qui me domum reducere, ut huc deduxerunt, & valent & volunt. At malui ejus amicitiam, quam alterius cujuſque experiri. Sæpius à te audivi amicitiam inter me & illam noſtris utriuſque regnis inprimis eſſe neceſſariam. Illa tamen ſecus ſentire videtur, alias in re tantilla repulſam non tuleram. At majori forſan favore Scotos mihi rebellantes proſequitur, quam me Scotorum Reginam, eadem Regiæ Majeſtatis ſublimitate parem, ſanguine conjunctiſſimam, & heredem certiſſimam. An tu exiſtimes, eam bonam fidem & amorem inter Scotos mihi rebellantes & illam poſſe intercedere, quæ inter illam & me intercedat? An opinatur, me ab amicis deſtitutum iri? Certe illa me jam eo adegit, ut ab iis opem petierim, à quibus libens nollem. Nec illi ſatis demirari poſſunt, quo conſilio illa meis ſubditis jam pridem opem in me tulit, & nunc viduæ reditum ad meos impedit. Præter amicitiam nihil plane ab illa expeto, nullum illi negotium faceſſo, nec rebus Anglicis me interpono. Me tamen haud latet plures eſſe in Anglia qui præſentibus non acquieſcunt. Exprobrat quod exigua mihi ſit experientia. Fateor. Experientiam ætas adfert. Ætatem tamen eam habeo, ut me erga cognatos & amicos amice, benevole, & juſte geram, nihilque in illam effutiam quod Regina & cognata ſit indignum. Liceat etiam mihi bona cum illius venia dicere, me perinde ac illam, Reginam eſſe, nec ab amicis nudam, animumque non minus excelſum gerere, ut æqualitate quadam nos inter nos metiri deceat. Sed à comparatione abſtineo, quum parum abſit à contentione, & invidia non careat. Quod ad Tractatum Edenburgenſem, factus erat Rege marito meo ſuperſtite, cui in omnibus pro eo ac debui, mihi obtemperandum erat; & quum ille ejuſdem confirmationem diſtulerit, in illo, non in me culpa reſideat. Illo defuncto, Conſiliarii Galliæ* 1561.

1561. *liæ me meis conſiliariis reliquerunt, nec avunculi mei ſe rebus Scoticis immiſcere voluerunt, ne Elizabethæ, aut Scotis offenſionem afferrent. Scoti qui mihi adſunt, privati ſunt, nec ejuſmodi, ut eos in conſilium de rebus tantis adhibeam. Quamprimum Ordines regni mei conſuluero, reſponſum quod ſit rationi conſentaneum, reddam, utque maturius reddam, iter domum accelero. Illa autem iter intercludere ſtatuit ne reddam; ut ipſa in cauſſa ſit quod non ſatisfaciam, aut ſatisfieri nolit; forſan eo conſilio, ut nullus ſit nobis inter nos diſcordiarum exitus. Me juvenculam eſſe quaſi probro ſæpius objicit: & juvenculam ſane inconſultam merito cenſeat, ſi res tanti momenti ſine Ordinum conſilio tractarem. Mariti factis, ut accepi, uxor nec ex honore, nec conſcientia tenetur. Sed hoc non diſputo. Vere tamen hoc dicam: Nihil chariſſimæ meæ ſorori feci quod mihi fieri nolim. Omnia ſumma neceſſitudinis officia detuli, verum illa aut non credit, aut contemnit. Utinam tam illi eſſem chara, quam propinqua: hoc enim pretioſum eſſet propinquitatis genus. Ignoſcat illis Deus, ſi qui ſunt, qui inter nos lites ſerunt. Tu autem, qui Legatus, dic ſodes, qua de cauſſa illa in me ſit offenſior, quæ nec verbo, nec facto hactenus læſi.*

Throcmortonus reſpondet. Ad hæc Throcmortonus: *Ut reſpondeam in mandatis non habeo, ſed ut audiam quid reſpondeas de Tractatu Edenburgenſi confirmando. Ceterum offenſionis cauſſam audire ſi lubet, depoſita Legati perſona, paucis explicabo. Statim atque Regina Domina mea erat inaugurata, in Inſignia & titulum Regni Angliæ invaſiſti, quod prius Maria regnante non feciſti. Si qua major injuria Principi inferri poſſit, tu pro prudentia judicaris. Ejuſmodi ſane injuriam privati quidem nunquam concoquant, nedum Principes.*

*At,*

*At*, inquit illa, *mariti pater, ipſeque maritus hoc voluerunt, hoc juſſerunt. Ex quo illi diem obierunt, & ego mei juris facta, Inſignibus illis & titulo omnino abſtinui. Veruntamen haud ſcio, an fraudi ſit Reginæ, ſi ego etiam Regina, cui avia Henrici Octavi ſoror major natu, Inſignia illa geram, quandoquidem alii genere remotiores geſſerunt.* Certe Courtenæius Marchio Exoniæ, & Duciſſa Suffolciæ Henrici Octavi è ſorore natu minore neptis, Inſignia Angliæ cum limbis ad differentiam ſpeciali gratia geſtarunt. 1561. Diſceptatio inter eos altera.

Quum hæc Elizabethæ non ſatisfacerent, quæ perſuaſiſſimum habuit, illam nihil niſi moras in aliquam ſpem novam interponere, quandoquidem de confirmatione Tractatus nihil Ordinibus Scotiæ propoſuerat, qui ſemel atque iterum à morte mariti convenerant: illa jam in via, iterum Throcmortonum Abbevillam acceſſit, ibi comiter percunctatur, 'quo modo Elizabethæ verbo aut facto ſatisfaceret? Ratificando, inquit ille, Tractatum Edenburgenſem, quod jam toties dixi. Cui illa: *Audi igitur, ut dijudices: an juſtiſſimæ non ſunt rationes, quas illa moras, & vanas exiſtimat eſſe excuſationes? Primus in illo Articulus de ratificando Tractatu ad* Caſtellum Cameracenſe, *inter Angliam & Galliam, nihil ad me ſpectat. Secundus de ratificando Tractatu ibidem facto inter Angliam & Scotiam, ratificatus erat per maritum & me; nec denuo ratificari poteſt, niſi meo ſolius nomine concludatur, quum maritus expreſſe in illo nominetur. Articulus tertius, quartus, & quintus, ſuam vim jam ſortiti ſunt. Apparatus enim bellici ceſſarunt, Galli præſidiarii è Scotia ſunt revocati, munimentum ad* Aimouth *ſolo æquatum jacet. Inſignibus & titulo Angliæ à mariti morte abſtinui. Ea ex utenſilibus, ædificiis, & Diplomatibus per Galliam delere mihi integrum non eſt, uti nec penes me eſt,* Illa ſatisfacere conatur.

1561. *Valentiæ Epiſcopum & Randanum, qui mihi non ſunt ſubditi, ad diſceptationem ſexti Articuli in Angliam remittere. Quod ad poſtremum Articulum, ſpero ſeditioſos meos ſubditos de mea inclementia non conqueſturos. Verum quo minus clementiam meam experiantur, illa, ut video, interveniet, quæ reditum impedire cogitat. Quid in Tractatu iſto jam reſtat, quod fraudi ſit tuæ Reginæ? Ut cumulatius tamen ſatisfaciam, litteras uberiores hac de re manu mea ſcribam, licet illa non dignetur niſi per amanuenſem ad me reſcribere. Tu autem, Legate, quod Legati eſt, velim præſtes, hoc eſt, res potius lenias, quam exaſperes.*

At fruſtra. Sed nec litteris illis Elizabethæ ſatisfactum, cujus in animo alte inhæſit injuria ex titulo & Inſignibus arrogatis, & anxie jam ſollicita erat ne denuo arrogaret, niſi Tractatus confirmatione, & jurisjurandi religione, ut iiſdem abſtineret, obſtringeretur.

In Scotiam redit. Interim Scotorum Regina idoneam nacta tempeſtatem, à Caleto ſolvit, & in Scotiam appulit, prætervecta cœlo caliginoſo naves Anglicas; quas alii ad eam honoris cauſſa deducendam, alii ad piratas coërcendos, alii ad eam intercipiendam emiſſas exiſtimabant. Jacobus enim nothus per Angliam nuperrime rediens intercipiendam ſubmonuerat, ſi Elizabetha religioni, & ſuæ ſecuritati conſultum vellet. Idem Lidingtonius, lætatus D'Oiſelium in Anglia detineri, ſuaſit, ne ( ut ſcripſit ) *illa reverſa tragœdias excitaret, omne commercium litterarum & nunciorum cum Anglis intercluderet, factionem Anglis addictam labefactaret, & demum in Proteſtantes Scotiæ non tanquam in proditores, ſed tanquam in hæreticos, perinde ac Maria Anglica non ita pridem ſæviret.* Verum enimvero illa reverſa, omni benignitate in ſubditos uſa, in religione (etſi tumultuoſe inducta) nihil mutavit, & Rempublicam optimis inſtitutis

tutis temperare cœpit. Ad Elizabetham vero Lidingtonium cum ſuis & procerum Scoticorum litteris miſit, quibus omne pacis ineundæ conſervandæque ſtudium detulit, rogavitque, ut certa aliqua pacis ratio inter Angliam & Scotiam iniretur; certiorem autem nullam eſſe, quam ſi Elizabetha, modo nullam ſuſciperet prolem, illam auctoritate Parlamentaria heredem in regno Anglico proxime ſucceſſuram declararet. 1561. Heres regni Angliæ declarari petit.

Hoc novum Elizabethæ viſum, quæ Tractatus Edenburgenſis confirmationem, chirographo & verbis promiſſam, exſpectaverat. Reſpondit tamen, *Quod ad ſucceſſionem, ſe ſperare Scotorum Reginam ſceptrum ſibi & liberis, ſi qui naſcantur, non erepturam. Juri ejus ad Angliæ ſceptrum nihil ſe derogaturam ſpondet, quanquam illa Angliæ titulum & Inſignia præpropera aliorum ambitione arrogaverit; pro qua injuria æquum eſt, ut ſatisfaciat. Succeſſorem deſignando veretur ne amicitia potius diſſocietur, quam conſolidetur, quandoquidem dominantibus ſucceſſores ſemper ſint ſuſpecti & inviſi, populus, qua eſt inconſtantia, præſentium faſtidio Solem orientem reſpiciat, occidentem deſerat; ipſique ſucceſſores deſignati intra æqui bonique terminos, ſuas & aliorum ſpes pravas cohibere haudquaquam poſſint. Adeo ut ſi ſucceſſionem illi confirmaret, ſecuritatem ſibi præcideret, & ſepulchrale linteum ante oculos viva proponeret, imo ſibi vivæ videntique funus duceret.* Elizabetha reſpondet.

Poſtquam hæc reſpondiſſet, iterum litteris ad illam datis per Petrum *Mewtas*, blande admonet ut Tractatum confirmaret. Nec illa directe negavit, non tamen commode poſſe innuit, donec res Scoticæ conſtituerentur. Interea Elizabetha illius avunculos, Aumalium ſcilicet, Magnum Priorem, Albeufium, & alios nobiles Gallos, qui illam in Scotiam deduxerant, per Angliam Tractatus confirmationem urget. Guiſios benigne excipit.

 redeuntes,

1561. redeuntes, nullo non humanitatis genere benigniſſime excepit.

Illi Anglos durius.

Nihilominus Angli Mercatores, Guiſio auctore, in littore Armoricano navibus direptis indigne tractantur, & de Excommunicatione in Elizabetham effulminanda Romæ iterum tecte agitur. Pius autem IV. Pontifex Rom. mitius cum ea agendum cenſuit. Ille enim litteris blandis, ut dixi ſuperiori anno, egit, & nunc quum ad diſſidia in religione tollenda Concilio Tridentino quondam inchoato, & crebris bellis interrupto, diem dixiſſet, omneſque Principes etiam à Pontificia religione averſos eo [1] allectaret, Hieronymum Marteningo Abbatem *Martinegi* in Angliam cum litteris amore pleniſſimis deſtinavit. Ille autem in Belgio ſubſtitit, veniamque ut in Angliam admitteretur rogavit. Lege enim antiqua cautum erat, ne Pontificis Nuncii Angliam (niſi prius venia impetrata) ingrederentur, juramento etiam præſtito, ne quid in Anglia molirentur, *quod fraudi ſit Regi, aut regni libertati.* Conſiliariis vero Angliæ minime tutum viſum erat, eum admittere, quum tot undique Pontificiæ religioni innutriti rebus turbandis domi foriſque ſedulo incumberent. Quum Abbati illi in Angliam trajicere non permitteretur, Epiſcopus Viterbienſis, Pontificis apud Gallum Nuncius, cum Throcmortono ſtudioſe egit, ut Elizabetha ſuos Oratores ad Concilium mitteret, ſuadentque litteris plures Orbis Chriſtiani Principes, Gallus, Hiſpanus, Luſitanus, Henricus Cardinalis Luſitanus, & maximopere Dux Albanus (cujus adhuc impenſa in eam voluntas,) ut Oecumenico Concilio Tridentino potius in re religionis, quæ unica

Excommunicationem urgent.

PapaAnglos ad Concilium Tridentinum allectat.

EjusNuncio aditus in Angliam negatur.

1. Allectaret, Abbatem *Martinegi* in Angliam *in Edd. prioribus. At in ipſo Camdeni Codice plane ut edidimus. Fateor tamen doctiſſimum Smithum in alio Codice (quem penes me habeo)* allectaret, Hieronymum Marteningo Abbatem in Angliam *ſcripſiſſe.*

Chriſtia-

Chriſtianorum anchora, & regnorum fulcrum, acqui- 1561.
eſceret, quam privatis paucorum, quantumvis erudito-
rum, opinionibus. Reſpondet illa, ſe ex animo Concilium Oecumenicum optare, ad Pontificium non miſſurum, nihil ſibi cum Romano Pontifice eſſe, cujus auctoritas ex Anglia Ordinum regni conſenſu profligata erat. Nec illius eſſe, ſed Imperatoris, Concilia indicere; nec majorem in eo auctoritatem, quam in quovis alio Epiſcopo ſe poſſe agnoſcere. Quo tempore huic Abbati, poſtremo Pontificum Romanorum in Angliam Nuncio, acceſſus erat negatus, eodem Edwardus Carnus, jam antea dictus, vir prudens, & jure Cæſareo eruditus, qui Equeſtri dignitate à Carolo Quinto Imp. donatus, & poſtremus Regum Angliæ apud Pontifices Orator, ex hac vita Romæ emigravit.

Jus Concilii convocandi non Papæ eſſe.

Carnus obit.

Chamberlanus Anglicus in Hiſpania Legatus quum Hiſpanum ex hoc reſponſo, ut cum Pontificis injuria conjuncto, animo indies magis magiſque alieno ſentiret, (ille enim, Franciſco Gallorum Rege defuncto, metu jam ſolutus, ne Anglia, Scotia, & Hibernia in Galli poteſtatem redigerentur, Anglos negligere cœpit) bona cum venia domum rediit. In ejus locum Thomas Challonerus ſuffectus, qui quamprimum in Hiſpaniam appulit, homo injuriarum impatiens, & apud Germanos ſubinde Legatus, nihil niſi humanitatem expertus, datis litteris ut revocaretur vehementius contendit, eo quod (pro more regionis) arculæ ejus excuterentur. Verum monuit Elizabetha, Legato omnia æqui boni ferenda, dummodo Principis honor non directe violetur.

Hiſpanus offenſior.

Legato quouſque injuria ferenda.

Jam illa conſultrix & provida femina (religione quodammodo conſtituta) ut remedia ad vim compararet, & ſuæ ſuorumque ſecuritati proſpiceret, paceque placidius frueretur, quamvis ærarium exhauſtum invenerit, armamentarium omni bellico apparatu inſtruere inci-

*Elizabetha* bello neceſſaria parat.

1561. incipit, magna vi pecuniæ in arma & tela per Germaniam impenſa; quum ea, de quibus Antverpiæ contraxerat, Hiſpanus detineret: majora tormenta ex ære & ferro fundit plurima, æriſque puri & nativi venam opulentiſſimam diu neglectam divinum numen (quaſi incepto faveret) juxta *Keſwicum* in Cumberlandia aperuit, quæ illi uſui abunde ſufficit, & aliis etiam regionibus æs ſuppeditat. Lapis etiam Calaminaris, qui ad æraria opera inprimis neceſſarius, nunc primum in Anglia (propitio Dei favore) copioſe inventus: & pulverem tormentarium (ne prece & pretio à vicinis emeret) domi confici prima curavit. Præſidio Berwici, quod prius quingentis conſtabat militibus, plures auctioribus ſtipendiis addidit, ut veteranis & viris bellicoſis proſpiceret. Berwicum oppidum magna munitionum mole armare cœpit, & brevi tempore effecit. Viros nobiles & prudentes ad munimenta, intra xx. mill. paſſ. à limite Scotiam verſus, inſtauranda delegat. Claſſem ob omni nautico & bellico inſtrumento apparat, quam Britannia vidit, inſtructiſſimam; ad eam tuendam propugnaculum in Meadweagi ripa juxta *Upnoram* (ubi ſtatio eſt) erigit, nautis & claſſiariis ſtipendia adauget, adeo ut navalis gloriæ reſtauratrix, & *Arctoi Regina maris* merito ab exteris nominaretur. Neque jam illi opus erat (ut patri & anteceſſoribus) naves ex Hamburgo, Lubecca, Dantiſco, Genua, & Venetiis in uſum conducere. Maris etiam accolæ opulentiores Principem alacritate quadam imitati, naves bellicas certatim conſtruunt, adeo ut brevi tempore regia cum ſubditorum claſſe conjuncta, tam numeroſa fuerit, ut xx. cIↄ. belligerantium in navale bellum educere potuerit. Nobiles & plebeii arma non minus alacri diligentia paſſim comparant, ita ut armamentaria completiſſima per nobilium ædes inſtruerentur. Armiluſtria etiam creberrima habita, & juventus ad

Ad hæc æris vena reperta.

Et lapis Calaminaris.

Stipendia præſidiariis auget. Berwicum munit.

Claſſem apparat.

Angli naves ædificant.

Arma comparant.

ad rei bellicæ ſcientiam, & dimicandi audaciam ſæpenumero jam inde exercita. Ruſtici etiam, licentia rem frumentariam exportandi facta, acrius quam antea in agriculturam incumbere cœperunt, imo & ſupra quam leges poſtea latæ exegerint, ſola, quæ ex omni memoria inculta jacuerant, ſubigendo. Iiſdem etiam diebus Regina mercatorum avaritiæ, qui bellica inſtrumenta Ruſſiæ Imperatori contra Polonos, & Chriſtiani nominis hoſtibus ſubminiſtrabant, ſevero edicto occurrit: necnon Rationalium aviditati, qui penſiones religioſis è Monaſteriis ejectis aſſignatas ſubtraxerant. Edixit enim ut ſingulis quos in vivis eſſe, & non promotos ex certis teſtimoniis conſtaret, ad aſſem numerarentur.

1561.

Agriculturam acrius exercent.

Edictum in gratiam Poloni.

Et religioſorum.

Auctoritates ſive *Commiſſiones* ad rem annonariam pro claſſe & præſidio Berwicenſi exigendam revocavit, pecunia proviſoribus numerata, ut emerent, nec populum gravarent. Cogitavit etiam illas pro aula Regia tollere, nonnullis Comitatibus poſtea conſentientibus juſto pretio præbere, ut ab exactoribus ſive *Proviſoribus*, malefico hominum genere (quos illa Harpyias dixit) liberarentur. Per hoc etiam tempus, ni male memini, Juſtitiariis *ad Aſſiſas capiendas*, ſtipendia adauxit, atque viaticum primum conceſſit. Et quamvis ad rem attentior, novit tamen ubi, quantum, & quando liberalitas exercenda, bene meritis ſane provide benefica. Quum enim Henricus pater licet tres liberos haberet, multa è Regio *Domanio* profuſe elargiretur; Edwardus etiam & Maria, quum liberos non haberent: illa licet nullos haberet, pauciſſima è *Domanio* donavit, nec quicquam aliud fere niſi ea cautione, ut, maſculis deficientibus, ad Coronam reciderent. Quo nomine & regnum & ſucceſſores hanc providam curam grata memoria proſequi debent.

Commiſſiones Proviſorum revocatæ.

Stipendia Juſtitiariis aucta.

Provida Reginæ cura.

Optimis his Reginæ & populi ſtudiis, dum reſpublica com-

1561. communi omnium lætitia reviviſcere videretur, hoc triſte intervenit. Pyramis pulcherrima Cathedralis Eccleſiæ S. Pauli Londini, quæ ſingulari urbis ornamento in ſuſpiciendam edita altitudinem, D. XX. ſcilicet pedes à ſolo, & CC. LX. à turre quadrata, cui impoſita erat, è materia lignea plumbo veſtita, de cœlo prope faſtigium tacta deflagravit, tantaque violentia magno civium terrori vorax ignis deſcendit, ut totam una cum tectis Eccleſiæ illius longe ampliſſimæ omnibus, quæ plumbo etiam obtecta, quinque horarum ſpatio penitus hauſerit, fornicibus tamen (qui è ſaxo ſolido) integris. Munifica autem Reginæ benignitate, quæ vim magnam pecuniæ materiamque large ſuppeditavit, & collatitia Eccleſiaſticorum atque aliorum ſtipe, tecta brevi tempore inſtaurata ſunt, pyramis ſolummodo deſideratur.

Templum Paulinum deflagrat.

E vita hoc anno emigravit Joannes Bourchierus, vir antiquæ nobilitatis, ſecundus hujus cognominis Bathoniæ Comes, & Baro *Fitz-Warinus*, qui ex Eleonora, filia Georgii Baronis Roſſi, numeroſam progenuit ſobolem. Succeſſit è filio primogenito nepos Guilielmus adhuc ſuperſtes.

Bathoniæ Comitis obitus.

## M. D. LXII.

MOTUS jam in Gallia exardeſcere cœperant, dum in minori Caroli Noni ætate privatæ Principum æmulorum ambitioni ſpecioſum religionis nomen utrinque prætexeretur, & reformatæ religionis cultores graviſſime premerentur. Quumque inde Pontificii in Anglia, neſcio qua vana ſpe Proteſtantes itidem in Anglia opprimendi, multa & magna per circulos occultis colloquiis muſſitarent, omnia ſuſpicionibus erant pleniſſima. Margareta Comitiſſa Lenoxiæ, Henrici VIII. è ſorore majore neptis, Richardo Sackvillo, marituſque Comes Lenoxiæ, qui cum Regina Scotorum litterarum commer-

Primum bellum civile in Gallia.

Lenoxia & maritus cuſtodiæ dati.

commercium occulte habuit, Cuſtodi Rotulorum in cuſtodiam traditi, & aliquandiu detenti. Arthurus Polus & frater, pronepotes Georgii Ducis Clarentiæ, fratris Regis Edwardi IV. Antonius Forteſcuus, qui eorum ſororem duxerat, & alii in judicium tracti, quod conſpirarint ad Guiſium in Galliam ſe ſubducere, inde cum exercitu in Walliam redire, Scotam Angliæ Reginam, & Arthurum Polum Clarentiæ Ducem declarare. Quæ ſingula pro tribunali ingenue ſunt confeſſi, proteſtati tamen non hæc ſuſcepturos Elizabetha ſuperſtite, quam anno vertente morituram illicitis ariolorum artibus ſeducti crediderant. Unde capitis damnati, vitæ tamen ob regii ſanguinis reverentiam parcitum. At ſevere, ut multi exiſtimarunt, cum Catharina Greia, Henrici Greii Ducis Suffolciæ filia, quæ Reginæ agnatione multo propinquior, actum. Illa enim Henrici VIII. ex altera ſorore proneptis, Henrico, filio natu maximo Comitis Penbrochiæ, enupta, & mox legitime repudiata, diu neglecta, jam gravida & ad pariendum vicina in arcem Londinenſem conjicitur, profeſſa, ſe cum Edwardo Seimoro, Hertfordiæ Comite, legitimo matrimonii nexu conjunctam eſſe, & ab eo gravidatam. Ille è Gallia revocatus, quo animi gratia bona cum Reginæ venia profectus erat, idem palam profeſſus, in eadem arce conditur. Archiepiſcopus Cantuarienſis & alii ad cauſſam cognoſcendam & determinandam, *omni appellatione remota*, delegantur. Quumque teſtes matrimonii intra præſcriptum tempus producere non poſſet, *definitiva ſententia* ab Archiepiſcopo pronunciatur, *illum illicitam & illegitimam carnalem copulam cum illa habuiſſe, & pro hujuſmodi exceſſu & illum & illam debite puniendos.* Hanc ſententiam ut injuſtam, iniquam, & nullam Joannes Haleſius, homo opinioſiſſimus, ſed eruditione multiplici, impugnavit, eos legitimos eſſe conjuges

1562.

Poli in judicium vocati.

*Catharina Greia* incarceratur.

Et Hertfordiæ Comes.

Sententia in eos.

1562. ex ſolo ipſorum conſenſu argumentatus. Unde & ille in cuſtodiam datus. Illa mox filium primogenitum in carcere peperit, poſteaque & alterum, corruptis cuſtodibus, ex Hertfordio progenuit, quod Edwardus Warnerus, arcis Præfectus, quaſi conſcius luit, loco emotus cuſtodiæque traditus. Et ipſe Hertfordius in *Camera Stellata* triplici de crimine accuſatur, quod Virginem, Regia ſtirpe natam, in Regia vitiarat, carcerem effregerat, & iterum compreſſerat. Ille proteſtatus ſe matrimonium cum ea legitime contraxiſſe, non diſſimulavit quin per fores carceris patentes eam adierat, ut de ſententia pronunciata mœrentem ſolaretur, debitumque conjugale ſolviſſe. Unde pro ſingulis criminibus quinque millibus librarum mulctatus, & novem annos in cuſtodia detentus. Non deſtitit tamen à Juriſconſultis perſuaſus contra Archiepiſcopi ſententiam, *Appellationem* interponere & clandeſtino continuare, quam tamen his temporibus ſponte & publice renunciavit. Illa poſt aliquot annos (ut, quæ tempore diſparata, hîc ſemel conjungam) gravi morbo correpta, coram Hoptono, Arcis præfecto, culpam à Regina, quod matrimonium, ea inconſulta, contraxerat, deprecata, liberoſque & Hertfordii libertatem ejus fidei obteſtando commendans, pie & placide in Chriſto obdormivit.

Ille mulctatur.

Illa moritur.

Recrudeſcente jam in Gallia inter Principes è Regio ſanguine & Guiſios bello, religionis fuco, ut dixi, ad partium firmamentum utrinque quæſito: Elizabetha vereri cœpit, ne vicini belli incendio Anglia etiam involveretur. Acceperat enim, Guiſios Antonio Borbonio Navarræ Regi, ut in partes allicerent, Navarræ regnum & Reginæ Scotorum connubium, una cum Angliæ regno in dotem occulte oſtentaſſe, idque Hiſpani opibus & Pontificis Rom. auctoritate, qui matrimonium Navarri cum hæretica uxore diſſolveret, ſimulque Elizabetham

Guiſii in E*lizabetham* machinantur.

tham ob hæreſim regno abdicaret. Hinc illa Henricum Sidneium virum ſpectatiſſimum eo miſit, ut hæc certius ediſceret, & ad pacem partium duces hortaretur. Verum eo res devenerat, ut utrinque aures paci occluderent. Sidneius è Gallia reverſus, illico amandatur ad Scotorum Reginam, ut colloquium, quod illa cum Elizabetha in Anglia expetierat, in annum inſequentem prorogaretur, vel donec bellum Gallicum deferveſceret. 1562. *H. Sidneius* in Galliam miſſus. Et in Scotiam.

Jam conſultatum an ex uſu foret, ut hæ principes in colloquium deſcenderent. Quod Scotorum Regina prima expetiit, ſuſpicione non caruit, illam ſuis commodis ſervire, & temporibus inſidiari, vel ut jus in Angliam ſibi firmaret, vel Pontificiis in Anglia, & Guiſiis cognatis in Gallia ſpem præberet, & animos augeret. Contra aliis viſum erat, hinc firmiſſimam inter eas amicitiam poſſe conglutinari, fœdus inter Gallos & Scotos paullatim labefactari, & Scotorum Reginam ad Proteſtantium religionem prolectari. Alii adnotarunt, ex ejuſmodi colloquiis ſemina æmulationis potius, quam amoris ſpargi; invidioſam ſemper alteri opum & potentiæ oſtentationem eſſe; præſentiam opinioni & famæ de corporis pulchritudine, oris venuſtate, animique dotibus non reſpondere, & reprehenſioni locum alterutri relinquere. Nec Scotorum Reginæ jam tutum videbatur ſe Elizabethæ poteſtati, quacum de regni jure concertaverat, committere. Ancipiti etiam cogitandi cura hæſitavit, quum jam audiſſet, Elizabetham à Proteſtantibus Galliæ aperte ſtare, in quam partem propenderet, *Dum ſecum* (ut ipſa ſcripſit) *perpenderet, ſe paternum genus ex Anglia, maternum è Gallia ducere, in Gallia coronatam Reginam fuiſſe, & Dotariam eſſe, in Anglia certiſſimam eſſe heredem, & regnum exſpectare; plurimum ſe avunculis in Gallia qui educarunt, debere, plurimum etiam amori ſororis Elizabethæ velle debere.* De colloquio cum Scota deliberatur. Quæ etiam dubitat.

 Tim ui

1562. Timuit tamen, qua fuit perſpicaci intelligentia, ne ſi ad amicitiam arctiorem cum illa ſe applicaret, malam gratiam à Rege Galliarum iniret, à Guiſiis avunculis deſtitueretur, pecuniamque è Gallia dotalem amitteret, dum certum Gallorum amorem incertæ Elizabethæ amicitiæ poſthaberet, quæ ( ut ipſius verbis utar ) *perſonam non tranſgreditur*. Hinc colloquium de quo pluribus menſibus agitatum, etiam articulis propoſitis, tandem in nihilum recidit, maxime quum illa datis litteris omnino interviſere recuſaverit, niſi heres regni Anglici Parlamentaria auctoritate deſignaretur, aut in filiam ab Elizabetha adoptaretur, ad certiſſimam pacem, & unionem regnorum toties expetitam, fundandam. Hæc ſi concederentur, ſe Elizabethæ devotiſſimam futuram, etiam Guiſiis avunculis neglectis, pollicetur. In his etiam litteris innuit ſe vehementius hæc urgere, quod accepiſſet nonnullos occulte cogitare de alio ſucceſſore ſubornando, nec alio quam religionis nomine, etſi illa Proteſtantium in Scotia toleraret religionem.

Niſi certis conditionibus.

Verum quum Cardinalis Lotharingus eodem tempore ageret cum Ferdinando Imperatore, ut illa nuberet Carolo Archiduci filio, qui Elizabethæ nuptias tunc ambivit: Elizabetha per Thomam Randolphum denunciavit, ſi Cardinali, capitali Anglorum hoſti, de illis nuptiis auſcultaret, & amicitiam inter Angliam & Scotiam poſſe diſſolvi, & forſitan ſpem regni Angliæ intercludi. Qua ne excideret, amice monuit, ut ejuſmodi maritum in Anglia deligeret, in quo ipſa ſibi inprimis placeret, deinde ſuis & Anglis in pace colenda ſatisfaceret, ſibique viam ad ſucceſſionem certam in Anglia præmuniret, quæ declarari non poſſit, niſi prius conſtaret, quem in maritum illa adſciſceret.

Card. Lotharingus nuptias Scotæ proponit. *Elizabetha* deterret.

His curis etſi Elizabetha nonnihil ſuſpenſa, tota tamen in Gallicum bellum, ne è Normannia Angliam afflaret,

afflaret, fuit intenta; & poſt maturam deliberationem, ſubditos Regis Galliæ in Normannia opem implorantes, in patrocinium recipit, pactione cum Principe Condæo, Rohano, Colinio, & aliis confecta, ut illis c. millia Aureorum numeraret, VI. cIↄ. militum in Galliam tranſmitteret, quorum III. cIↄ. ad Diepam, & Rothomagum defendenda adhiberentur. Illi autem Franciſcopolim, ad Sequanæ oſtium à Rege Franciſco Primo conſtructam, quam Angli *Novum Portum*, Galli *Portum Gratiæ* vocitant, in cautionem traderent, quam III. cIↄ. præſidiarii Angli Regis Galliæ nomine tuerentur, donec Caletum reſtitueretur. Ipſo die quo hæc pactio inita, illa rationem conſilii ſui edito ſcripto explicat; Nimirum, ſe in Normanniam exercitum mittere, non ut provinciam illam, avitum Regum Angliæ patrimonium, quo jure, quave injuria ereptam recuperaret, ſed ut Gallorum Regi ætate nondum adulta conſervaret, & à Guiſiorum tyrannide vindicaret, qui in purioris religionis cultores immaniter ſævire, ipſam ſuo in Caletum jure injuſte ſpoliare, & jam Normanniæ portus occupare inceperant, unde Angliæ proxime imminerent, quam jam ſpe devorarant. Adeo ut illorum conatibus non poſſet non obviam ire, niſi Regi juveni, fratri, & confœderato, ejuſque ſubditis oppreſſis deeſſe, orbis Chriſtiani tranquillitati invidere, quodque maximum, ſuam religionem, ſecuritatem, & ſalutem ignave prodere videretur. Quumque Paulus Foixius Galli Orator in Anglia apud illam ageret, ut Carnutum Vicedominus, Haijus, & alii qui pactioni ſubſcripſerant, quaſi patriæ proditores ex Caſtelli Cameracenſis Tractatu Regi dederentur; litteris ad Regem excuſavit, culpamque ab illis in turbida Guiſiorum ingenia rejecit, qui Regis patrem, fratrem, & eum ipſum bellorum turbine involverant.

1562.

Pactum cum Proteſtantibus Galliæ init.

*New haven.*

Rationes pacti reddit.

Gallos profugos excuſat.

Menſe

1562. Menſe Septembri exercitus Anglorum pars altera ad Franciſcopolim appulit, Adriano Poiningo ductore, qui Mareſcallus deſignatus, & ab incolis lætanter admiſſa. Altera pars ad Diepam. Comes Warwici, qui exercitui præfectus, ſerius Franciſcopolim advenit, adverſantibus ventis bis in Angliam rejectus. Excurſiones deinde nonnullæ in agrum vicinum factæ, ad quas prohibendas Rhingravius propius acceſſit, & caſtrametatus eſt. Angli & Galli nihilominus levia certamina ſubinde ſeruerunt, & claſſiarii toto mari prædantes opima ſpolia intulerunt, naves Gallicas è vicinis ſtationibus indies abripientes.

Milites in Galliam mittit.

Oxoniæ Comes.

Vitam hoc anno naturæ reddidit Joannes *Verus*, Comes Oxoniæ, ex hac illuſtri proſapia decimus ſextus, qui ex uxore priore, filia Radulphi Nevilli, Comitis Weſtmorlandiæ, Catharinam, Edwardi Baronis Windeſorii conjugem, tulit, ex ſecunda Margareta Goldinga Edwardum, Oxoniæ Comitem, qui patrimonium profligavit, & Mariam, Peregrino *Berty* Baroni Willoughbæio enuptam.

[1] Hunc etiam in meliorem vitam comitati ſunt Guil. Baro Greius de Wilton, rebus geſtis & genere prænobilis, cui ex Maria, filia Caroli Comitis Wigorniæ, filius Arthurus ſucceſſit; & Joannes Baro Mordant primus, cui Joannes filius ex Elizabetha, una heredum Henrici Vere de Addington, itidem ſucceſſit.

Shanus *O-Neal* in Angliam venit.

Ex Hibernia jam venerat Shanus *O-Neal*, ut, quod ante annum promiſerat, præſtaret, cum ſecurigero *Galloglaſſorum* ſatellitio, capitibus nudis, criſpatis cincinnis dependentibus, camiſiis flavis croco, vel humana urina infectis, manicis largioribus, tuniculis brevioribus, & lacernis villoſis: quos Angli non minori tunc admi-

1. *Deſunt in Edd. prioribus uſque ad*, Ex Hibernia jam venerat *&c.*

ratione,

ratione, quam hodie Chinenſes & Americanos, proſequebantur. Ille omni cum humanitate exceptus, & ad Reginæ pedes provolutus, rebellionis crimen ejulando confeſſus veniam impetravit. Comiter interrogatus, quo jure Hugonem, Matthæi fratris filium, avita hereditate excluſerat, ferociter reſpondit, ut jam antea in Hibernia, Optimo. Scilicet, ſe certum & legitimum Coni filium & heredem, utique ex uxore legitima natum, paternam adiiſſe hereditatem : Matthæum fabri ferrarii Dundalkienſis fuiſſe filium, à fabro genitum, natum poſt nuptias ejuſdem cum Aliſona uxore, à matre tamen pro filio, Cono ſubdole obtruſum, ut hereditatem & dignitatem *O-Neali* interverteret, quod licet ille pateretur, alium tamen neminem ex *O-Nealorum* familia unquam perpeſſurum. Ceſſionem quam pater Henrico VIII. & redhibitionem quam ille eidem per Diploma fecerat, inſtar nihili eſſe, quum Conus nihil juris haberet in iis quibus ceſſerat, niſi ad vitam ſuam; nec ſine conſenſu procerum & populi, à quibus ad *O-Neali* honorem electus erat, cedere potuiſſe. Diplomata etiam ejuſmodi nihil valere, niſi certus familiæ heres jurejurando XII. virorum prius comprobetur; quod hac in re minime factum. Se vero jure divino & humano certum eſſe heredem, primogenitum ſcilicet patris legitimo matrimonio procreatum, atque unanimi procerum populique conſenſu *O-Neal* deſignatum ex patria *Taniſtriæ* lege, qua vir matura ætate puero, & patruus illi nepoti, cujus avus patri ſupervixerit, præferendus. Nec quicquam auctoritatis in Ultoniæ proceres ſibi arrogaſſe, quam majores retroactis temporibus, ut prolatis tabulis probare poterat, jure ſuo exercuerant. Sed de his alibi dixi. Quæ quum fidem apud Reginam inveniſſent, ille cum honore domum remiſſus, contra prædones Hebridianos ſtrenuam & fidelem operam aliquandiu navavit.

1562.

Cauſſam ſuam defendit.

Domum remittitur.

MENSE

1563.

M. D. LXIII.

Parlamentum habetur.

MENSE Januario regni Ordines Weſtmonaſterii convenerunt, legeſque ſalutares tulerunt ad pauperes ſublevandos, rem nauticam, & agriculturam adaugendam, errones, falſarios, nummorum adulteratores, Leges latæ. hariolos, Necromanticos, Sodomitas, perjuros coërcendos, Biblia ſacra, & Liturgias in Cambro-Britannicam linguam convertenda: nec non ad Reginæ regnique majeſtatem conſervandam, & detrimenta cum dedecore, quæ ex uſurpata Pontificis Romani auctoritate obvenerunt, avertenda: atque ad prorumpentem eorum, qui eandem propugnant, audaciam comprimendam, eos læſæ majeſtatis reos eſſe ſanxerunt, qui ſcripto, typis, verbo, factove externi cujuſcunque Principis, Prælati, aut *Status* auctoritatem in Spiritualibus in Anglia vel aliis Reginæ ditionibus tertiò aſſeverabunt, quique juramentum de ſuprema Reginæ in cauſſis Spiritualibus, vel in perſonas Eccleſiaſticas poteſtate, ſecundò oblatum recuſabunt. Ita tamen, ut neque *ſanguis corrumpatur*, nec bona fiſco cedant, nec hoc juramentum ab aliquo regni Barone, aut eminentioris dignitatis (quum de fideli eorum obſequio Regina minime dubitaret) exigatur, nec ab alio quopiam, *niſi qui eſt*, *erat*, *aut erit ex ordine Eccleſiaſtico*, *aut munia Eccleſiaſtica nunc gerit*, *gerebat*, *aut geret*: *aut moniti ritus Eccleſiæ Anglicanæ non obſervabunt*, *aut eoſdem verbo aut facto publico depravabunt*, *aut Miſſas celebrabunt*, *vel audient*, *& cetera*, quæ in lege videre eſt. Ordines præterea temporum felicitati congratulantes, Reginæ ob religionem reformatam, pacem reſtitutam, Angliam cum Scotia ab externo hoſte liberatam, pecuniam repurgatam, claſſem reſtauratam, apparatum bellicum & nauticum ſupra exſpectationem comparatum, & laudatum in Gallia

lia inceptum ad ſecuritatem Angliæ juvenique Galliarum Regi præſtandam, atque Caletum recuperandum, conceſſerunt Eccleſiaſtici unum *Subſidium*, Laïci itidem alterum cum duabus *Quindenis*, & *Decimis*. *Quindena* & *Decima* (ut in exterorum gratiam adnotem) taxatio certa eſt, olim impoſita ſingulis Civitatibus, Burgis & Oppidis, non viritim, ſed generatim pro ratione decimæ quintæ partis facultatum locorum. *Subſidium* vocamus, quod ſingulis capite cenſis viritim pro ratione bonorum & agrorum imponitur. Verum nec hæc, nec illa taxatio unquam imponitur niſi ex Ordinum conſenſu in Parlamento. 1563. *Quindena & Decima.* *Subſidium.*

Interim Princeps Condæus dum ad auxiliares Anglos in Normannia feſtinato itinere contendit, memorabili illo Druidenſi prœlio interceptus, à Guiſio captivus abducitur, & una inter alios Nich. Throcmortonus, qui ſponte à Proteſtantibus antea captus (ut occulta quædam conſilia cum illis communicaret) prœlio interfuit. Ille autem paullo poſt dimiſſus, pecuniam pactam Colinio repræſentavit, qui cum auxiliaribus Anglorum cohortibus ad Caſtrum Cadomenſe, quod tunc obſedit, profectus, eorum ope Cadomum, Baiocaſſas, Faleſiam, & S. Laudi Fanum ad deditionem facilius adegit. *Throcmortonus captus.* Angli auxiliares in Gallia.

Dum hæc in Gallia geruntur, Elizabetha per Chalonerum, in Hiſpania Legatum, Regi ſignificat, ſe exercitum in Galliam tranſmiſiſſe, ut Guiſiis in ipſam inſultantibus, & exitioſa meditantibus tempeſtive occurreret, priuſquam in Angliam bellum transferrent, & Franciſcopolim in manus traditam detineret, donec de Caleto ſatisfieret. Reſpondet ille, Si Caletum tantummodo repetatur, hoc ſe primis votis optare, ſin religionis cauſſa bellum ſuſcipiatur, religionem avitam ſe non poſſe negligere: *Quod ad Guiſios, quantuli ſunt*, inquit, *illi, ut potentiſſima Angliæ Regina ab illis timeat, quibus* *Elizabetha* Hiſpanum de auxiliis in Galliam miſſis docet. Quid ille reſpondet.

1563. *bus nulla jam, ut prius, cum Gallo intercedit affinitas?* In Anglia etiam Epiſcopus Aquilanus, Hiſpani Legatus, Hiſpanum nec velle, nec poſſe Gallum fratrem hoc bello deſerere, ſæpius Reginæ denunciavit. Cui illa nihil aliud, quam Adagio illo Anglico reſpondit: *Sua cuique domus tuenda eſt, & mihi mea.* Nec Hiſpanum latuit, Reginam eodem tempore ſedulo agere cum Proteſtantibus Germaniæ Principibus per Henricum *Knolles*, & Chriſtophorum Montium de Condæo ſublevando, & communi religionis cauſſa propugnanda. Unde & ille infenſior cauſſas in eam occulte religionis etiam nomine quæſivit.

Obſides pro Caleto fugam adornant.

Inter hæc, obſides Galli, qui in Angliam dati pro quingentis millibus *Coronatorum* de Caleto reſtituendo, quum omnia ad bellum ſpectare viderent, fugam adornarunt; ſed navem conſcenſuri, retracti ſunt cum Joanne Ribaldo Navarcho illo celebri, qui ad eos ſubducendos in Angliam clam advenerat. Pax interea in Gallia inter Regem, & Condæum ſpe ſummæ rerum in Gallia adminiſtrationis & matrimonii cum Scota lactatum, atque Proteſtantes convenit, nulla habita Reginæ Angliæ ratione. Qui omnes uno ore proteſtati ſunt, niſi Angli mox Franciſcopoli abſcederent, pactum in Tractatu Caſtelli Cameracenſis de Caleto reſtituendo irritum fore; publicaque præconis voce omnibus Gallis facta erat poteſtas omnes Anglos invadendi, capiendi, & deprædandi dum Franciſcopolim tenerent. Eandem poteſtatem Regina Anglis itidem conceſſit, ut hoſtium loco omnes Gallos (præter Londini incolas) haberent, dum illi Caletum detinerent. Hinc incredibile eſt quanta claſſe Angli maria invaſerint, & Gallis præcluſerint, imo & Hiſpanis, ut neceſſarium fuerit Reginæ prædatoriam eorum in Hiſpanos inſolentiam per Legatum excuſare, & edicto cohibere.

Pax in Gallia.

Proteſtantes Galli Anglos deſtituunt.

Bellum utrinque indicitur.

Warwi-

Warwicenſis, Franciſcopolis Præfectus, quum vacillantem Gallorum incolarum fidem perſpiceret, qui jam ex tenui pacis rumore de oppido prodendo, & excludendis Anglis clandeſtina conſilia, & inter ſe, & cum Ringravio, qui cum copiis in vicina egit, agitabant; omnes Gallos, tam Proteſtantes quam Pontificios, ſine diſcrimine ex oppido emovet, eorumque navigiis manum injicit; quod ægerrime Galli tulerunt, quiritantes, Anglos non tam afflictorum Gallorum protectionem, quam loci poſſeſſionem cogitare; & eos ut exteris iniquiores ſugillarunt. Certe nihil olim Normannos, Aquitanos, Pictones, & reliquos Anglici juris in Gallia magis abalienavit, quam quod eos non alio quam exterorum loco habuerint. Jam ad oppidi oppugnationem Galli omnia ſedulo comparant, ſimulque Rex & Condæus per Briquemotium & D'alvium de Franciſcopoli reddenda ſolerter in Anglia agunt, nec Regina abnuit hiſce legibus: *Si Hiſpanus fide juberet de Caleto ad præfixum tempus reſtituendo, Tractatus ad Caſtellum Cameracenſe interpoſitis Regis, Reginæ parentis & Principum è ſanguine Regio juramentis confirmaretur, ſinguliſque Galliæ Parlamentis comprobaretur, & obſides è primaria nobilitate traderentur.* 1563.

Galli incolæ è Portu Novo ejiciuntur.

Pro Caleto offertur.

Interim Franciſcopoli peſtis in præſidiarios graviſſime graſſatur, & è ſubſidiariis eo miſſis ducenti cum ductore Thoma Fincho, viro Ordinis Equeſtris, & duo Baronis Wentworthii fratres naufragio perierunt. Unde quum ſpes tenuis eſſet oppidi retinendi, Thom. Smithus, Ordinarius in Gallia Legatus, jubetur proponere de reſtituenda Franciſcopoli pro Caleto, utque res, vel Hiſpano, qui Galli ſororem duxerat, arbitro, componeretur. Illi autem prorſus abnuerunt, dictitantes, *Gallum ſuperiorem agnoſcere nullum, nec res ſuas cujuſcunque Principis arbitrio permiſſurum.* Nicholaum

Peſtis inter milites.

1563. vero Throcmortonum, cum mandatis & documentis ad hæc miſſum, comprehenderunt, ſuſpicati hominem, rebus miſcendis gnarum, ad turbas concitandas rediiſſe, cauſſati illum ſine fide publica in Galliam veniſſe, quum tamen & litteras fiduciarias, & alias à Gallico in Anglia Legato haberet. Nec audire quidem illum voluerunt, certo perſuaſi, Franciſcopolim peſtis ſævitia brevi expugnatum iri. Eo jam acceſſerat Momorantius Conſtabularius cum primaria nobilitate, & paullo poſt ipſe Condæus cum flore Proteſtantium. Anglis, mutatam Gallorum Proteſtantium mentem ſummopere demirantibus, reſponſum fuit, non de religione, ſed de patria junctis viribus, pace jam confecta, dimicandum. Tubicinem ad Warwicenſem Momorantius mittit, qui deditionem imperaret; ille eum remittit cum Hugone Powletto, qui oſtendit, Anglos paratos extrema quæque ſubire Obſidetur. potius, quam Reginæ injuſſu locum dedere. Excitatis itaque aggeribus, continuata per plures dies machinarum diſploſione, ruinis apertis, aquæductibus interclusis, & aqua è foſſa, quæ mari altior, derivata, expugnationi inſtant Galli, animoſa fide pro viribus obſiſtunt Angli, pluribus quotidie vi peſtis, quam hoſtili gladio pereuntibus.

Hæc ut Elizabetha comperit, afflictiſſimæ ſuorum ſorti illacrimans, ne diutius peſti & cædi viros fortiſſimos exponere videretur, ductorum & militum virtute publico ſcripto laudata, Warwicenſi mandat, ut honeſtis conditionibus cum Gallo de deditione tranſigeret, qui Powlettum, Mauritium *Dennis* præſidii Quæſtorem, Horſeium, & Pelhamum ad Momorantium de deditione delegat; brevique in has conditiones convene-Deditur. runt: *Ut oppidum cum univerſo apparatu bellico, & navibus & bonis, quæ ad Galliæ Regem ejuſque ſubditos ſpectabant, redderetur, major oppidi turris illico in manus*

*nus Momorantio traderetur, capti utrinque ſine pretio* 1563.
*dimitterentur, & Angli cum omnibus, quæ ad Reginam & ipſos ſpectant, libere intra ſex dies, ſi venti permitterent, exirent.* Obſides dati Olivarius *Manours* Comitis Rutlandiæ frater, Leightonus, Pelhamus, & Horſeius. Ultimus manſit Edwardus Randolphus tribunus militum, qui pietate nunquam ſatis laudata miſellos milites ægros & peſte laborantes ſuis humeris in naves convehere non deſtitit. Ita Franciſcopolis, gravius peſte quam ab hoſte oppugnata, Gallis relicta, poſtquam Angli XI. menſes tenuiſſent. Quo tempore, præter gregarios milites, Somerſettus, Joannes Zouchus, Albericus Darcius, Drurius, Entweſſellius, Ormesbeius, Vaghanus, Crokerus, Cockſonus, Proudus, Saulus, Kemiſius, egregii militum ductores, peſte abſumpti. Interfecti duo fratres Tremaini, Sanderus, Bromfeldus machinarum præfectus, Robinſonus oppidi Ballivus, Strangwaius, navali laude clarus, & Goodalus in cuniculis agendis vir longe peritiſſimus.

Ob hoc oppidulum receptum Rex Galliæ immortales Deo gratias publice egit, Pontificii per Galliam præ gaudio exſultarunt, gloriantes Anglos Proteſtantium eorundem ope è Gallia eſſe ejectos, à quibus in Galliam vocati, & inde ſemina diſſidii inter Anglos & Proteſtantes Galliæ ſparſa eſſe. Hoſpitalius Cancellarius copioſa oratione hanc felicitatem Gallis congratulatus, ut amplificaret, ex falſo rumore retulit, Anglicam claſſem cum auxiliaribus copiis in conſpectum oppidi poſtridie quam dederetur, adveniſſe; & pronunciavit, Anglos hoc bello jure ſuo ad Caletum repetendum omnino excidiſſe. Milites peſte laborantes in Angliam revecti, ita contagioſa lue vim morbi diſperſerunt, ut univerſum regnum graviter afflixerit, & una urbe Londino, quæ CXXI. Parœciis conſtat, intra annum XXI. CIↃ. IↃ XXX. plus minus cadavera elata fuerint. Quum

Publica inde in Gallia lætitia.

Peſtis Londini ſævit.

1563. Quum bello civili in Gallia flagrante, Guiſius, Reginæ Scotorum avunculus, cecidiſſet, dotalis pecunia è Gallia non ſolveretur, Hamiltonius, Dux Caſtri-Heraldi, Ducatu exueretur, & Scoti præfectura ſatellitii in Gallia excluderentur; illa ſane ægerrime tulit. Cardinalis Lotharingus, alter ex avunculis, veritus, ne hinc illa, Gallis relictis, ad Anglorum amicitiam ſe applicaret, per Crocum iterum nuptias cum Carolo Auſtriaco, Comitatu Tiroli in dotem oblato, proponit. Illa rem Elizabethæ impertit, quæ per Randolphum, eadem, quæ prius dixi, de marito adſciſcendo monuit, & deinde explicatius Robertum Dudleium in maritum commendavit, (cujus uxor Robſerti heres jampridem præcipitio perierat) promiſitque, ſi illum duceret eam Parlamentaria auctoritate declarandam eſſe *ſororem*, *aut filiam*, *Angliæque heredem*, modo ipſa improles obiret. Quamprimum hoc per Foixium, Gallicum in Anglia Legatum, Regina parens, & avunculi comperiſſent, conjugium cum Dudleio adeo dedignati ſunt, quaſi omnino impar, regio genere, regiaque Majeſtate prorſus indignum, ut promiſerint, non modo dotalem pecuniam rependendam, ſed Scotis omnes priſtinas libertates, imo & ampliores, ſi illa in Gallica amicitia firmiter perſiſteret, & oblatum illud conjugium reſpueret. Suggeſſerunt etiam, Elizabetham non ſerio, ſed ſimulate has nuptias proponere, quaſi ipſa Dudleium ſibi in maritum deſtinarat; nec eſſe cur illa in Parlamentaria auctoritate ſpem poneret, quum in Anglia quod alterum Parlamentum ſanxit, alterum refigat. Præterea Anglorum conſilia nihil aliud ſpectare, quam quavis arte ne omnino nuberet, diſtinere. Hanc tamen rem illa ad colloquium refert, gravibus moleſtiis domi interim conflictata, dum Moravius Archiepiſcopum S. Andreæ in carcerem conjiceret, quia Miſſis celebrandis non abſtinuiſſet; cui veniam

Scotæ nuptiæ denuo proponuntur.

Angla *Dudleium* in maritum commendat.

Galli diſſuadent.

Scoti Reginæ ſuæ inſultant.

niam lacrimis profuſis ægre exoravit, & fervidi Eccleſiæ Miniſtri, Moravii auctoritate ſuffulti, vim facerent impune Sacerdoti qui Miſſam in aula (quod lege permiſſum erat) celebrarat. Nec tumultuantes illa cohibere potuit, quamvis tota in Reipublicæ curam incumberet, amneſtiam concedendo, ſtipendia Judicibus adaugendo, ſalutares leges ſanciendo, capitali pœna adulteris inflicta, & in tribunali ſæpe cauſſas audiendo, ut æquabili jure ſummos cum infimis contineret. 1563.

Baro *Greius* moritur.

Funeſto hoc anno magno cum Proteſtantium dolore obiit Guil. Baro Greius *de Wilton*, Berwici Præfectus, vir militari gloria florens, patrimonio admodum acciſo ex gravi redemptionis pretio quod captus in Gallia perſolvit: cui in Berwici Præfectura Franciſcus Bedfordiæ Comes ſuffectus.

Et Epiſcopus Aquilanus.

Obiit etiam non minore Pontificiorum deſiderio Alvarus *à Quadra*, Epiſcopus Aquilanus, Hiſpani in Anglia Legatus, qui eorum ſpes de Romana religione reſtauranda foverat, & Polos, quos dixi, ſibi intimos habuerat. Unde adeo ſuſpectus, quaſi rebus in Anglia turbandis, & amicitiæ inter Reginam & Hiſpanum diſcindendæ totus incumberet, ut Regina de homine revocando apud Hiſpanum egerit. Ille autem pietatis nomine excuſavit, & incommode cum Principibus agi reſcripſit, ſi ex qualibet offenſa Legati domum revocarentur. Indignabatur ſane, hunc ipſius Legatum, ipſo inconſulto, fuiſſe domi concluſum, interrogationibus ſubditum, & publice reprehenſum: nec alia de cauſſa, quam quod Italum, qui in alterum bombardulam diſploſerat, in ædes fugientem admiſerat, & clam emiſerat. Jam inde Hiſpanus in Anglos commotior erat, arrepta occaſione quod Angli piratæ Gallos in ora Hiſpaniæ infeſtarent, & navigationem in Indiam occidentalem cogitarent: iramque conceptam manifeſto prodidit,

Hiſpanus in Anglos commotior.

1563. didit, Richardum Shelleium Anglum, religionis nomine profugum, averſiſſimo à ſuo Principe animo honorifica legatione Maximiliano Romanorum Regi deſignato congratulatum mittendo, & in quaſdam Anglorum mercatorum naves in Bœticæ portubus manus injiciendo, quia Angli dum Gallos perſequerentur, Hiſpanorum naves intercepiſſent.

Baro *Pagetus* moritur.

Vitam etiam cum morte commutavit hoc anno, ætate jam ingraveſcente, Guilielmus Baro Pagetus, quem ad ampliſſimos honores ſua virtus extulit; præclara enim eruditione & prudentia meruit, ut Henricus VIII. in Secretarium adſciverit, Legatum ad Carolum Imperatorem, & Franciſcum primum Galliarum Regem miſerit, & inter regni curatores tenella filii ætate nominaverit; Edwardus Sextus Ducatus Lancaſtriæ Cancellarium, Aulæ Regiæ Cenſorem ſive *Contrarotulatorem* conſtituerit, ad Baronis honorem evexerit, & Georgiana periſcelide donaverit, (quam tamen Dudleius Northumbrius ignominioſe detraxit, & Maria, cum honore, ut *prudentia & conſilio optime de Repub. promerito*, reſtituit) Cuſtodiæque Privati Sigilli præfecerit, qui inter ſummos civilium honorum gradus quartus. (Henricus enim VIII. ex lege Parlamentaria primum locum Cancellario, ſecundum Theſaurario, tertium Regii Conſilii Præſidi, & quartum Privati Sigilli Cuſtodi detulit, & ſupra quidem omnes Duces, Regum filiis, fratribus, patruis & nepotibus exceptis.) Elizabetha negotiis jam præ ætate imparem, publicis curis, quod expetiit, laxavit, chariſſimumque habuit, licet Romanæ religioni deditiſſimum. Filios reliquit Henricum & Thomam, qui invicem in Baronis honore ſucceſſerunt, & Carolum ſæpius dicendum, filias etiam aliquot in clariores familias elocatas.

Summi honorum gradus.

Illum

Illum ad meliorem vitam comitatus eſt Henricus *Manours*, ſive *de Maneriis*, Rutlandiæ Comes, Thomæ primi ex hac familia Comitis filius, Georgii Baronis *Roos* nepos ex filia Thomæ à * *S. Leodegario*, Annæque uxoris, quæ ſoror Regis Edwardi Quarti plurimum ſplendoris attulit, & pronepos Roberti, qui, ducta filia & herede perantiqui Baronis *Roos*, opimos reditus & titulum Baronis *Roos* in familiam intulit. Progenuit Henricus ex Margareta Nevilla, Radulphi Comitis Weſtmorlandiæ filia, duos filios, Edwardum & Joannem, ſuo ordine Rutlandiæ Comites, & filiam, Guilielmo Courtenæio de *Pouderham* enuptam. 1563. Comitis Rutlandiæ obitus. * St. Leger, ſive *Sellenger.*

Miſeram etiam vitam exuit Franciſca Duciſſa Suffolciæ, filia Caroli Brandoni Ducis Suffolciæ ex Maria altera Henrici Octavi ſorore, & Dotaria Galliæ Regina, quum primum Janam filiam, Reginam Angliæ promulgatam, & paullo poſt capite obtruncatam, mox maritum ſuum eodem ſupplicio ſublatum, Catharinam ſecundam filiam, Comitis Penbrochiæ filio nuptam, repudiatam, & jam carcere concluſam, Mariamque filiam tertiam, impari conjugio [1] cum Keio, * primario Aulæ Janitore, conjunctam vidiſſet, & ipſa generis oblita Adriano *Stokes*, minorum gentium nobili, ſuo dedecori, ſed tamen ſecuritati nupſiſſet. Et Duciſſæ Suffolciæ. * Sergeant Porter.

## M. D. LXIV.

GALLIA jam exſultabat domeſtica pace recuperata, quam quodammodo Reginæ Angliæ debebat. Eam enim libentius inter ſe conciliarant, ut influentibus Anglis viam obſtruerent, non immemores quantas olim ſtrages dederint, à Burgundo ex privata ſimultate in Galliam evocati. Quum hinc inter Gallos & Anglos potius belli ardor reſtinctus, quam pax coaluerit, Re-

1. Cum Keio, aulico aleatorum arbitro, conjunctam *in Edd. priorib.*

1564. gina, à Proteſtantibus Gallis male gratis neglecta, ſtatuit non amplius rem alienam ſuo periculo curare, ſed deliberate ad pacis cogitationem ſe recepit, quam per Thomam Smithum, virum prudentem & apprime eruditum, tentavit, & Galli perlibenter audierunt. Throcmortonus, qui libera quaſi cuſtodia in Gallia tunc egit, illi in pace procuranda adjunctus. Gallus Morvillerio Epiſcopo Aurelianenſi, & Jacobo Burdino à ſecretis rem commiſit, qui in has pacis leges Trecis Campaniæ menſe Aprili conſenſerunt. *Neuter invadet alterum: Invadenti alter non auxiliabitur. Privatorum facta ſolum eos tenebunt. Commercium liberum erit. Proditores & rebelles non recipientur. Litteræ Repriſalium non concedentur. Injuriæ oblivione ſepelientur. Reſervatio jurium, Jura, Actiones, Petitiones, Prætenſiones, quæ invicem reſpective habent, aut habere prætendunt, remanebunt eis ſalve & integre, & pari modo Defenſiones & Exceptiones reſervabuntur.* Poſtridie ſeorſim de his convenerunt. *Certa pecuniæ ſumma ſtatis temporibus Reginæ rependetur, obſides ex Anglia* DCXX. *millibus coronatorum numeratis liberabuntur, & Throcmortonus liber in patriam poſt fœderis confirmationem revertetur.* Lætitiam ex hac pace Gallus accenſis publice pro more pyris teſtatus eſt. Eam Regina Angliæ coram Gonoro & Foixio jurejurando confirmavit, & paullo poſt Gallus itidem coram Barone Hunſdonio, qui eum in Georgianum Ordinem adſcitum eodem tempore periſcelide, trabea honoraria, torque roſato cum S. Georgii imaguncula dependente & ceteris rite inveſtivit.

Pax inter Gallum & Anglam.

Pacis Articuli.

Gallus in Ordinem Garterii adſcitus.

Diegus, ſive Didacus Guſmanus *de Sylva*, Canonicus Toletanus, his diebus in locum Epiſcopi Aquilani, qui ante aliquot menſes obierat, Legatus in Angliam venit gravitate & Sacerdotali habitu venerandus. Hoc

temporis

temporis intervallo durius cum Anglis in Hiſpania, au- 1564.
ctore Roderico Gomezio *de Sylva*, odio religionis a- Angli duriter in Hiſpania habiti.
ctum, ſed temperavit Dux Albanus, an ſtudio quod præ ſe ferebat in Anglos, an æmulatione in Gomezium, non facile quis dixerit. Duriter etiam agebatur cum Anglis in Belgicis Hiſpani Provinciis, dum ex religionis itidem Et in Belgio.
odio Granvellanus Cardinalis Anglos & Belgas mutuo commercio beatos committere ſtudet. Eo enim curante, Belgæ anno ſuperiori per Aſſonvilium querebantur, vectigalia ſolito majora mercimoniis in Anglia eſſe impoſita (quod tamen Philippo & Maria regnantibus factum) necnon plurima mechanica Belgarum opificia Parlamentaria auctoritate eſſe interdicta. Querebantur Querelæ mutuæ Belgarum & Anglorum.
viciſſim Angli, ſua in Belgio bona pro rebus minutiſſimis confiſcari ex auctoritate quorundam novorum edictorum, quibus etiam quædam merces exportari vetantur; tranſitum per Belgicas Provincias cum equis, nitro, pulvere tormentario, ex Italia & Germania prohiberi, graviſſima vectigalia, nec prius audita pro cibariis, anchoris, ædibus, &c. rigidiſſime exigi; & hæc omnia contra fœdus Commercii (*Intercurſum Magnum* vocant) olim initum.

Interea Duciſſa Parmenſis, Belgii Gubernatrix, pri- Anglicæ merces in Belgio prohibitæ.
mum vetat, materiam prohibitarum in Anglia mercium è Belgio in Angliam evehi, & mox pannos Anglicos in Belgium invehi, colore quæſito à peſte, quæ in Anglia nuperrime graſſabatur, re vera ſubdolo Granvellani conſilio, ut pannarii Angli, & qui ab iis magno numero dependent, ad tumultus concitarentur, quum panni non exportarentur, & res pannaria interim in Anglorum detrimentum in Belgio conſtitueretur. Angli ſtomachantes, arrepta hac occaſione, quaſi ab Inquiſitione Hiſpanica, jam in Belgium illata, ſibi timerent, & tumultus in Belgio futuros prævidentes, Embdæ ad A-

1564. maſim fl. in Friſia Emporium pannorum & mercium Anglicarum conſtituunt. Contra Gubernatrix Belgii edixit, ne quis Belga commercium cum Anglis Embdæ aut alibi exerceret, aut merces ab iis emptas in Belgium ſub confiſcationis pœna importaret.

Angli Emporium Embdæ conſtituunt.

*Guſmannus* conciliare ſtudet.

Hæc ut acria & utrinque damnoſa cenſuit Guſmannus. Vir ille prudens novit quantæ opes ex Anglorum commercio in Belgium redundarint, ex quo Lodovicus *Malanus*, Flandriæ Comes, circa annum M. CCC. XXXVIII. Anglos, immunitatibus ampliſſimis conceſſis, ad Emporium lanæ Anglicæ Brugis Flandriæ conſtituendum illexerit. Jam inde enim ex concurſu omnium fere gentium in Flandriam ad pannos ex Anglica lana, aliaſque Anglicas merces emendas, & ſuas diſtrahendas, incredibile eſt quantum res mercatoria, inſtitoria, navalis, & piſcatoria apud Belgas floruerit. Adeo ut lana Anglica verum fuerit Belgis *Vellus Aureum*, cui inclytus ille Militaris *Ordo Velleris Aurei* ſuam originem, & Burgundiæ Duces magnas opes debuerunt. Certe hoc noſtro tempore (ex rationum tabulis loquor) commercium inter Anglos & Belgas XII. milliones aureorum in ſingulos annos ſuperavit, & panni Anglici (ut plumbum, ſtannum, & cetera taceam) Antverpiam quotannis exportati V. millionibus aureorum ſunt æſtimati. Hinc ille ad rem componendam enixus, effecit ut commercium intercluſum in priſtinum ſtatum reſtitueretur, & quæcunque à Kalendis Januarii anno primo Elizabethæ utrinque contrà decreta & inſtituta, ſuſpenderentur, donec à Delegatis utrinque plenius provideretur.

Anglica lana Vellus Aureum Burgundiæ.

Opulentum inter Anglos & Belgas commercium.

Guſmanni opera reſtitutum.

Anno autem inſequente, quum Vicecomes *Montiſacuti*, Nicholaus Wottonus, & Gualterus Haddonus, à Supplicum libellis pro Anglis; Montignius, Aſſonvilus, & Joachimus Egidius pro Belgis hæc Brugis ſemel atque

que iterum tractare inciperent, tumultus Belgici incru- 1564.
deſcentes colloquium interruperunt, poſtquam conveniſſet ut commercium libere exerceretur, donec Princeps alter alteri contra denunciaret, mercatoribus quadraginta ante diebus utrinque præmonitis, ut ſibi & mercibus conſulerent.

His foras compoſitis, ruris amœnitates quæſivit Regina, & Cantabrigiam Academiam, alterum Britanniæ lumen, inviſit, ubi à ſtudioſis nullo non honoris genere excepta, Comœdiis, Tragœdiis, & Scholaſticis digladiationibus oblectata, ſingula Collegia perluſtravit, & habita Latine oratione propenſam eorum benevolentiam agnovit, multiplicem eruditionem laudavit, exhortata ut in pietatem & bonarum litterarum ſtudium omni cogitatione incumberent, de quibus ſe bene merituram ſpoſpondit.

*Elizabetha* Academiam Cantabrigiam inviſit.

Reverſa Robertum Dudleium Hippocomum, ſumma gratia apud ipſam florentem, quem maritum Reginæ Scotorum, ut dixi, tacito conſilio deſtinaverat, ut ad tantas nuptias commendatior eſſet, Baronem Denbighiæ (data illi Denbighia cum latifundiis) creat, & Leiceſtriæ Comitem, *ſibi & heredibus maſculis de corpore legitime natis.* Cujus etiam in gratiam fratrem ejus natu majorem Ambroſium titulo Baronis Inſulæ, ſive *Liſle*, & Comitis Warwici antea ornaverat, *ſibi & heredibus maſculis legitimis, Robertoque fratri ac heredibus ſuis maſculis legitime de corpore procreatis.* Dudleius his honoribus auctus, ut gratiam apud Reginam Scotorum, quam omnibus officiis ambivit, & demereri ſtuduit, iniret, illico Baconum, Magni Sigilli Cuſtodem, apud Reginam inſimulavit, quod in cauſſa ſucceſſionis ſe contra Scotorum Reginam immiſcuerit, conſciuſque fuerit libelli quo Haleſius, quem dixi, jus Coronæ Angliæ, ſi Regina improles obiret, Suffolcienſi familiæ aſſerere conatus.

*Rob. Dudleium* ad honores evehit.

Ille *Baconum* ſubaccuſat.

1564. conatus. Unde ille in carcerem conjectus, Baconum vero (licet inficiaretur) ægre & ſerius apud Reginam in gratiam reſtituit Cecilius, qui ſuum hac de re judicium ſepoſitum & reconditum apud ſe habuit, & ſemper habere ſtatuit, niſi, quod profeſſus eſt, ipſa Regina expromere imperaret: quæ ſane nihil magis averſis auribus unquam audivit, quam jus ſucceſſionis in diſceptationem vocari. Prudentiores autem & opulentiores nulla cura magis exercuit, dum in Religionis diſcidio Proteſtantes efferveſcentes, Scotorum Reginam, quia alterius religionis, etſi juris minime dubitati, ex apicibus & verſutiis legum rejiciendam, Pontificiorum alii, & plerique omnes æqui bonique illam, ut veram & certam ex jure heredem, admittendam cenſerent: & nonnulli Margaretam, Scotæ amitam, uxorem Matthæi Stuarti Comitis Lenoxiæ, & ejus liberos præferrent, utique de quibus in Anglia natis optima quæque ſperabant. Hæc Scotorum Reginam non latuere, utque, quantum poterat, præverteret, ex conſilio Comitiſſæ Lenoxiæ amitæ, Matthæum Comitem Lenoxiæ in Scotiam accerſiit, ſpecie in avitum patrimonium reſtituendi, re vera ut de his rebus conſuleret; qui uxoris opera & veniam, & etiam litteras commendatitias ab Elizabetha impetravit, quum patria jam totos viginti annos exſulaſſet.

Diverſa de ſucceſſione ſtudia.

Scota Lenoxium in Scotiam revocat.

Lenoxii genus.

Ille (ut ad majorem perſpicuitatem altius rem repetam) ex eadem *Stuartorum* ſtirpe qua regia Scotorum familia, & etiam regio eorum ſanguine natus erat. Maria enim, Jacobi Secundi Regis Scotorum filia, peperit Jacobo Hamiltonio Jacobum primum ex hac ſtirpe Araniæ Comitem, & Mariam filiam uxorem Matthæi Stuarti Comitis Lenoxiæ, hujus prænominis primi. Jacobus Comes Araniæ primæ uxori repudiatæ & ſuperſtiti ſuperinduxit Jenettam Betoniam, Cardinalis Betonii amitam,

amitam, è qua Jacobum Caſtri-Heraldi Ducem ſuſce- 1564.
pit, quem hinc pro illegitimo æmuli habuerunt. Maria, ſoror Comitis Araniæ, enixa eſt Matthæo Joannem Comitem Lenoxiæ, qui ab Hamiltoniis, dum Regem Jacobum IV. in libertatem aſſerere voluit, occiſus, reliquit hunc, de quo agitur, ſecundum Matthæum Stuartum Lenoxiæ Comitem, Jacobo Quinto patris nomine longe chariſſimum. Matthæus autem Rege defuncto, & Hamiltoniis rerum potientibus, in Galliam ſe ſubduxit: unde in Scotiam ab Henrico Galliarum Rege, ne quid detrimenti Reſpublica Scotica per Hamiltonium Proregem caperet, remiſſus, operam ſtrenue præſtitit. Ille tamen vir vere bonus & apertus, Cardinalis Betonii & Hamiltonii verſutiis irretitus, Galli favore brevi excidit. Quumque nec domi manere, nec in Galliam redire potuerit, in Angliam venit, & Henrici Octavi fidei ſe permiſit, qui eum clientelis in occidua Scotiæ parte potentem gratanter excepit, ut proximum heredem Regni Scotiæ poſt Mariam tunc infantulam agnovit, (etſi Hamiltonii poſſeſſionibus in fiſcum redactis damnaverint) Margaretamque *Douglaſiam*, ſuam è ſorore natu majori neptim, in matrimonium dedit, cum latifundiis in Anglia quæ annis ſingulis valerent M.DCC. *marcis*, ſtipulatione facta ut ille Caſtrum Dunbritonium, Inſulam Butham cum Caſtro Rothſaio Anglo in manus traderet. Quæ fortiter ſuſcepta ſucceſſu caruerunt.

Hunc Scotorum Regina, femina prudens & provida, quæque in ſpem Angliæ incubuit, in Scotiam, ut dixi, accerſiit, exſilium remiſit, & in bona avita reſtituit, tum ut Jacobi Nothi fratris, quem Comitis Moraviæ honore auxerat, conatibus opponeret, tum ut de ſucceſſione in Anglia per hujus filium Henricum Darlium aliis ſpem præcluderet. Si enim ille juvenis, regio

Revocandi Lenoxium cauſſæ.

regio

1564. regio ſanguine in Anglia natus, Angliſque admodum charus, potentiori alicui familiæ Anglicæ conjungeretur, ſubtimuit, ne ille, Anglorum viribus ſubnixus, in jure ſucceſſionis in Anglia obſtaculo eſſet, quum plurimorum opinione ſecundus ab ipſa regni Angliæ heres haberetur. Nec illa quicquam magis in votis habuit, quam ut Scotiæ & Angliæ regna ad aliquem Scotici generis per ipſam devolverentur, & in avito *Stuartorum* cognomine per illum poſteris propagaretur.

Angla antevertere ſtudet. Hoc Elizabethæ ſubolet, utque anteverteret, per Randolphum Scotorum Reginam edocet, illas nuptias adeo ab Anglis univerſis improbari, ut Parlamentaria Comitia, Conſiliariis invitis, in aliud tempus prorogarit, ne regni Ordines irritati, contra ipſius jus in ſucceſſione, vel hac de cauſſa, ſtatuerent. Quod ne poſtea fieret, utque Anglis ſatisfieret, monuit ut de aliis nuptiis cogitaret : jamque denuo Leiceſtrium in maritum majorem in modum commendavit, quem ad Comitis honorem hoc præcipue nomine evexerat.

Leiceſtrium denuo commendat.

Colloquium de nuptiis cum Leiceſtrio. Hinc Berwici menſe Novembri de nuptiis cum Leiceſtrio Bedfordius & Randolphus, Moravius & Lidingtonius delegati egerunt. Angli inconcuſſam amicitiam, perpetuam pacem, & ſpem certam ſucceſſionis polliciti ſunt, ſi illa Leiceſtrio nuberet. Hac enim lege promiſerat Elizabetha illam filiam adoptivam, aut ſororem auctoritate Parlamentaria declarare, ſimul ac ipſa Elizabetha nupſerit. Scoti contenderunt, non è dignitate eſſe Reginæ, à Carolo Ferdinandi Auguſti filio, Rege Galliarum, Principe Condæo, & Duce Ferrariæ in uxorem expetitæ, ad nuptias nuperi Comitis & *ſubditi* Angliæ deſcendere, ſpe ſola ſine ullis dotalitiis propoſita ; nec ex honore Reginæ Angliæ ejuſmodi maritum tantæ Principi proximæ agnatæ commendare. Hoc autem fore certiſſimum amoris argumentum, ſi permitteret

Scotæ proci.

teret

teret illam pro arbitrio virum ſibi, qui pacem cum Anglia colet, eligere, ſimulque annuam pecuniam aſſignaret, & jus ſucceſſionis Parlamentaria auctoritate confirmaret. Toto hoc negotio percupiit Elizabetha, ut his nuptiis utriuſque regni ſucceſſio in Anglico genere conſtabiliretur, licet lente feſtinaret. Scotorum Regina, quum toto biennio res produceretur, & jam Darlium in maritum ſibi deſtinaret, ſuſpicata eſt dolo malo ſecum agi, & Elizabetham non alio conſilio has nuptias proponere, quam ut illa è procis potiſſimum ſibi præeligeret, vel excuſatius Leiceſtrio nuberet, ſi ipſa Regina abſoluta in Leiceſtrii nuptias prius conſentiret. Delegati vero Scoti ſuis rationibus conſulentes ad ſuam apud Reginam potentiam tuendam, quaſcunque nuptias quovis modo interturbare ſtatuerant. Ut illas cum Darlio impedirent, monuerat Elizabetha; ipſeque Leiceſtrius, ſpe potiundæ Elizabethæ plenus, clandeſtinis litteris Bedfordium ſubmonuit, ne rem urgeret, & in ſpem iſtam Darlio occulte faviſſe creditur. 1564.

## M. D. LXV.

DARLIUS interea, matre ſedulo & ſuppliciter apud Elizabetham intercedente, veniam adeundi Scotiam, & ibi tres menſes manendi ægre impetravit; quæſito colore, ut particeps eſſet paternæ reſtitutionis. Hyemeque illa acerrima, qua Tamiſis ita gelu conſtrictus, ut pervius eſſet, Edenburgum venit menſe Februario. Juvenis forma imperio digniſſima, aptiſſima membrorum compoſitione, ingenio mitiſſimo, & moribus ſuaviſſimis. Scotorum Regina ut vidit, ſtatim adamare cœpit, utque amorem occultaret, cum Randolpho Anglo in Scotia Legato de nuptiis cum Leiceſtrio ſubinde colloquia miſcet, ſimulque Roma Diſpenſationem quærit, quum Darlius & illa eo gradu ſe attinge-

Darlius Scotiam adit.

A Scota adamatur.

1565. rent, ut ex jure Pontificio diſpenſatione opus eſſet. Quum hæc diluxiſſent, Lidingtonium ad Elizabetham mittit, ut ipſa conſentiente nuptiæ cum Darlio contraherentur, nec diutius vana exſpectatione à nuptiis detineretur.

Quæ Anglæ adſenſum ad nuptias petit.

Illa intimis conſiliariis rem proponit, qui ex occultis Moravii ſuggeſtionibus facile crediderunt, Reginæ Scotorum conſilium, per has nuptias, ad titulum, & jus ſuum in regnum Angliæ ſuffulciendum, & denuo aſſerendum, ſimulque ad religionem Romanam reducendam ſpectare: alioſque ex certitudine ſucceſſionis per liberos ex his nuptiis, alios ex ſtudio Romanæ religionis illi adhæſuros; quandoquidem longe plures per Angliam Eirenarchas Romanæ religioni devotos eſſe certo compeririſſent. Ad hæc prævertenda, maxime neceſſarium cenſuerunt, primum ut Reginam exorarent aliquem in matrimonium ſibi quamprimum aſſumere, ut ex certitudine ſucceſſionis per eam, & ejus ſobolem, & non aliunde res & ſpes Anglorum dependerent. (timuerunt enim ſi Scotorum Regina prius nuberet, & prolem ſuſciperet, ne plures in illam propenderent ob ſucceſſionis certitudinem & ſecuritatem.) ſecundo ut profeſſio Romanæ religionis, quantum poterat, per Angliam infringeretur, reformatæ autem ſedulo promoveretur, & conſtabiliretur: hoc moderatius agendo cum præfervidis quibuſdam Proteſtantibus de Adiaphoris, illud revocando Epiſcopos Pontificios abdicatos ad cuſtodias, qui peſte graſſante per rura diſperſi erant, deferendo Epiſcopis ampliorem auctoritatem leges Eccleſiaſticas exercendi contra terriculamentum illud *Præmunire* (quod Juriſperiti objectarunt,) ſupprimendo libros è Belgio in Angliam ab Hardingo & Theologis profugis emiſſos, ſubmovendo quoſdam Scotos Sacerdotes per Angliam latitantes, privando profugos Anglos beneficiis Eccleſiaſticis,

De his deliberatio.

aſticis, quibus hactenus fruebantur, & adigendo Judices regni, qui plerique omnes erant Pontificii, ad ſupremam Regiam auctoritatem jurejurando agnoſcendam. Ad nuptias autem cum Darlio diſturbandas viſum eſt, ut in terrorem delectus militum per limites Scotiam verſus haberentur, & Berwicus majori præſidio firmaretur. Comitiſſa Lenoxiæ Darlii mater, Caroluſque filius cuſtodiæ traderentur, Comes Lenoxiæ, & Darlius filius è Scotia ſub pœna amiſſionis bonorum in Angliam revocarentur, priuſquam aliquod fœdus cum Gallo aut Hiſpano iniretur. Scoti nuptiis adverſantes ſuſtentarentur, & Catharina Greia cum [1] Hertfordiæ Comite in aliquam gratiam reciperetur, à qua ſola ut ab æmula in regni ſucceſſione Scotorum Regina anxie timuiſſe credebatur. Nec aliud videbatur quod majorem moram & impedimentum iſtis nuptiis inferre poterat. 1565.

Hine ad Scotorum Reginam mittitur Nich. Throcmortonus, qui diu deliberandum, quod ſemel ſtatuendum, moneret; nuptias præcipitatas pœnitentiam comitem ſubſequi; & nuptias cum Leiceſtrio iterum atque iterum commendaret; illas cum amitæ filio juri Pontificio omnino adverſari. Percupiit enim Elizabetha, ut per illam aliquis Anglici generis in utroque regno ſuccederet, etſi non defuerint qui in rem religionis, & utriuſque regni fore exiſtimarunt, ſi ſine prole obiret. Illa reſpondit, rem jam revocari non poſſe, nec eſſe cur Elizabetha ſuccenſeret, quum ex ejus conſilio non externum, ſed Anglum elegiſſet: eumque regio utriuſque regni ſanguine prognatum, & totius Britanniæ longe nobiliſſimum. Lidingtonius inter hæc in Anglia agens, ſubinde Reginæ Scotorum matrimonium ſimulate Leiceſtrio propoſuerat, necnon Norfolciæ Duci ut Regiis

*Throcmortonus* ad impediendum mittitur.

Illi reſpondetur.

1. *Ita corrigitur in cl. Smithi Codice, à Camdeniano (in quo, uti etiam in Edd. tranſmarinis,* Herefordiæ *male legitur) diverſo.*

1565. nuptiis longe digniori, qui tunc temporis modeſta recuſatione declinavit.

*Lenoxius* & *Darlius* è Scotia revocantur. Se excuſant.

Regina Angliæ, ut aliquod impedimentum his feſtinatis nuptiis interponeret, Lenoxium, & Darlium filium, tanquam ſubditos juxta formulam licentiæ conceſſæ, revocat. Pater modeſtiſſime litteris ſe excuſat, filius ne ſuo honori adverſetur orat; innuit fieri poſſe ut Angliæ, patriæ chariſſimæ, uſui eſſe poſſit, atque ſe Scotorum Reginæ amatorem & cultorem præ ceteris omnibus eſſe devotiſſimum palam profitetur. Quæ ut amore reſponderet, eum mox Equitis aurati dignitate, titulis *Baronis Ardmanock, Comitis Roſſiæ, & Ducis Rotheſiæ* exornat, & [1] quinto poſtquam in Scotiam venerat menſe, in maritum cum plurimorum procerum aſſenſu aſſumit, Regemque declarat; Moravio qui ſuæ ſeorſim ambitioni incubabat, & ſub ſpecioſo religionis prætextu Ducem Caſtri-Heraldi, hominem minime malum, in partes traxerat, fremente, & aliis tumultuantibus, quæſtioneſque agitantibus, *An Pontificius in regem admittendus? An Scotiæ Regina maritum pro ſuo arbitrio ſibi eligeret? An regni proceres ex ſua auctoritate non imponerent?*

Scota *Darlio* nubit.

*Moravius* & alii hinc fremunt.

Regina Angliæ, quæ molliſſimum Darlii ingenium, probumque & apertum patris animum noverat, miſerta juvenis cognati, & Reginæ adoleſcentulæ, quibus res erat cum turbulentiſſimis hominibus, qui Regio imperio annos jam amplius viginti ſoluti, Reges ferre neſcierunt, placatius tulit. Nec ab iis metuit, quum æmulæ Reginæ potentiam tam mediocri conditione minime adauctam videret, Darlii matrem in ſua poteſtate haberet, & turbas in Scotia hinc orituras prævideret, quæ ſtatim concitatæ. Nonnulli enim Scotiæ proceres, Hamiltonius inprimis, & Moravius, nuptiis indignantes,

Angla moderate fert.

Scoti nonnulli arma ſumunt.

1. Julii 29. *in margine ſcribitur Codicis dicti Smithiani.*

hic

hic quod contractæ eſſent Angliæ Regina non conſentiente, ille ex æmulatione in familiam Lenoxiam, ſed uterque religionis conſervandæ obtentu, ad diſturbandas nuptias ſigna extulerunt, ut Regina neceſſario copias conſcriberet ad nuptias ſecure celebrandas. Adeoque acriter ope Regis mariti rebelles perſecuta eſt, ut in Angliam fugaret, priuſquam cohortes Anglorum in eorum auxilium promiſſæ advenerint. Regina vero Angliæ Moravio, qui Anglis erat addictiſſimus, conniventer latebras conceſſit, & clam per Bedfordium pecuniam ſuppeditavit, donec poſtridie quam David Rizius trucidaretur, in Scotiam (ut ſuo loco dicemus) redierit. Cauſſæ cur Moravium & Scotos rebelles in Angliam admiſit, hujuſmodi erant, quod Regina Scotiæ Yaxleium, Standonum & Walſhum, Anglos profugos in Scotiam, & *O-Nealum* Hibernicum in patrocinium receperat, conſilia cum Pontifice contra Anglos agitaverat, & juſtitiam in prædones & piratas non exercuerat.

1565. Fugantur. In Angliæ foventur.

His nuptiis confectis, nihil conſultius viſum illis, qui Evangelicæ religioni & Angliæ ſaluti maxime ſtuduerunt, quam ut ad Scotorum Reginæ ſpem de Angliæ regno labefactandam, Elizabetha jam ſerio animum ad nuptias applicaret. Commodumque iiſdem diebus Maximilianus II. Imperator per Adamum Smircoritum Legatum honorificas propoſuit conditiones de nuptiis cum Carolo fratre contrahendis. Quo tempore, neſcio quibus de cauſſis, niſi hiſce de nuptiis, ſimultates in aula exortæ ſunt graviſſimæ inter Suſſexium, qui nuptiis impenſe favit, & Leiceſtrium qui in ſpem ſuam clam obſtitit. (Spes ſane maximas & improbas amplectuntur, qui inſperata ſunt conſecuti.) Sane Suſſexius illum ut hominem novum injurioſe contempſit, qui duos tantum, ut ille detrahendo dicere ſolebat, ciere poterat majores, patrem ſcilicet & avum, eoſque patriæ hoſtes

Anglæ ut nubat ſuadetur. Imperator fratrem commendat. Hinc ſimultates in aula.

&

1565. & perduelles. Univerſa hinc aula in partium ſtudia abiit, & Comites ſi quando prodirent agmina aſſeclarum cum machæris & parmis ferratis prominentibus ex umbone cuſpidibus, quæ tunc in uſu, quaſi ultima experturi, ſecum traxerunt. Sed poſt pauculos dies *in* gratiam priſtinam Regina reduxit, odiumque ſepelivit, potius quam ſuſtulit. Ut omnino tamen tolleret, nihil non egit. Diſſenſiones enim procerum, & illud diverbium, DIVIDE, ET IMPERA, à nonnullis inculcatum damnavit, vim Imperii in obedientium conſenſu eſſe rata. Mulierculatum autem æmulatione, & ſimultatibus ſubinde, nec inutiliter quidem, ſe oblectavit.

Quas *Elizabetha* componit.

Inter hæc, illa rerum Scoticarum non immemor, poſt unum & alterum menſem à nuptiis in Scotia celebratis, Tamworthum è privato cubiculo nobilem ad Scotorum Reginam miſit, ut de pace non violanda admoneret, de præcipitato cum nativo Angliæ ſubdito matrimonio ſine ſuo conſenſu expoſtularet; ſimulque Lenoxium & Darlium filium in Angliam remitti ex fœderis formula, & Moravium in gratiam recipi poſtularet. Illa rem ſubodorata, hominem non admiſit, ſed articulis ſcripto traditis, *verbo Principis pollicetur, nec ſe, nec maritum quicquam molituros, quod fraudi ſit Reginæ Angliæ, aut legitimis ex ejus corpore liberis, aut regni tranquillitati, vel profugos admittendo, vel fœdus cum exteris ſanciendo, vel quavis alia ratione, imo libentiſſime ejuſmodi fœdus cum regina & regno Angliæ contracturos, quod uſui ſit & honori regno utrique, nec quicquam in religione, legibus, & libertatibus Angliæ innovaturos, ſi quando Angliæ regno potirentur. Hac tamen lege, ut Elizabetha eadem viciſſim erga ſe & maritum plene præſtaret, & ſucceſſionem Coronæ Angliæ in ſua perſona & legitima ſua ſobole, eaque deficiente, in Margareta Comitiſſa Lenoxiæ, matre mariti, & ipſius liberis legitimis*

Anglicus Legatus in Scotia neglectus.

Scripto reſpondetur.

*timis Parlamentaria auctoritate conſtabiliret. Quod ad* 1565.
*cetera, ſe de nuptiis cum Darlio (quamprimum nubere certo ſtatuiſſet) Reginam certiorem feciſſe, reſponſum autem tuliſſe nullum. Se Reginæ poſtulatis ſatisfeciſſe, quandoquidem non alienigenæ, ſed Angligenæ nupſiſſet, quo non alium genere nobiliorem, nec ſe digniorem, in univerſa Britannia noverat. Illud autem novum videri, ut Darlium apud ſe non detineret, quem ſibi maritum ſacro matrimonii fœdere junxerat; aut Lenoxium in Scotia non retineret, qui ſit nativus Scotiæ Comes. Quod ad Moravium, quem experta eſt hoſtem infeſtiſſimum, blande rogat ut ſuos ſubditos ſuo ipſius judicio relinqueret, quum ipſa in cauſſis ſubditorum Angliæ ſe minime intermiſceat.* Hoc reſponſo rediit Tamworthus parum pro dignitate, ut ipſe putavit, acceptus. utique ille homo procax Reginæ Scotorum exiſtimationem obloquio neſcio quo læſerat, & maritum Regis titulo non dignatus.

Eodem tempore hæc honori Elizabethæ acceſſerunt, quod ex conſentiente omnium de virtute ejus fama, Cæcilia, ſoror Errici Regis Sueciæ, uxor Chriſtophori Marchionis Badenſis, jam gravida, ex ultimo Septentrione longo per Germaniam itinere ad eam inviſendam venerit, quam cum marito magnifice excepit, penſione annua aſſignata, filioque ex ſacro fonte ſuſcepto, cui *Edwardi Fortunati* nomen indidit: & Donaldus *Mac Carty More*, præpotens Hiberniæ Dynaſta, ſupplex territoria ampliſſima in manus tradiderit, ut ab ea recepta, *jure feudali ſibi & heredibus maſculis legitime natis teneret.* Deficientibus autem illis, Coronæ Angliæ addixit. Illa eum pro humanitate benigniſſime complexa, (Princeps ad benevolentiam hominum alliciendam nata) ex prudentia honore Comitis *Glencar*, & titulo Baronis *Valentiæ* ſolenni rita inveſtivit, muneribus affecit, itineris

*Cæcilia* Suecica in Angliam venit.

Glencariæ Comes creatus.

1565. neris expenſas perſolvit, ut inſtrumenta contra Deſmonium, rerum novandarum jam ſuſpectum, haberet.

Res Hiberniæ. Præfuit Hiberniæ hoc anno Juſtitiarii titulo Nicholaus Arnoldus, vir Ordinis Equeſtris è Comitatu Glocestrenſi, nec plures quam M.D.XC. milites in præſidiis habuit; ſed ille brevi revocatus, provinciam tradidit Henrico Sidneio, qui regnante Maria aliquandiu Hiberniæ fuerat Juſtitiarius & Theſaurarius, & jam Walliæ Præſes. Primi Hiberniæ Præſides, quos *Proreges* hodie Latine dicimus, ut obiter adnotem, à primo Anglorum ſub Henrico II. ingreſſu, uſque ad Edwardi III. tempora, dicti erant *Juſtitiarii Hiberniæ*, & *Juſtitiarii atque Cuſtodes terræ Hiberniæ*; deinde *Locum-tenentes*, & eorum Vicarii *Deputati*. Poſtea pro Principis arbitrio, nunc *Deputati*, nunc *Juſtitiarii*, nunc *Locum-tenentes*, (qui titulus honoris pleniſſimus) ſed plerumque una eademque auctoritate. Et proculdubio primi illi Hiberniæ Juſtitiarii (ut Juſtitiarius Angliæ, qui etiam *Juſtitia* in abſtracto illo ævo dictus) *conſtituti erant ad pacem conſervandam & juſtitiam univerſis & ſingulis exhibendam*: ut Proprætores & Proconſules olim apud Romanos ſummo cum Imperio in Provinciam miſſi.

Proreges & Juſtitiarii Hiberniæ.

Sidneius Provincia ſuſcepta, Momoniam Auſtralem Hiberniæ partem confuſiſſimam invenit, Giraldo Comite Deſmoniæ, qui omnia officia fidelis ſubditi ſancte promiſerat, & Thoma Comite Ormondiæ, aliiſque atrociter inter ſe tumultuantibus, & in inteſtina bella prorumpentibus. Adeo ut Regina Deſmonium in Angliam ad lites dirimendas acciverit, & Præſidem ad Juſtitiam adminiſtrandam per provinciam illam conſtituerit, cum Adſeſſore, duobus Juriſconſultis, & Scriba; primumque Præſidem nominavit Warhamum à *S. Leodegario*, ſive *S. Leger*, virum in rebus Hibernicis longo uſu verſatiſſimum.

Diſcordiæ inter Deſmonium & Ormondium.

Primus Momoniæ Præſes.

Hoc

[1] Hoc anno animam Deo reddidit Edwardus Baro Northus, quem Henricus VIII. Cancellarium Curiæ Augmentationum conſtituerat, & Maria, cui percharus erat, Curia illa abrogata, ad Baronis honorem evexit: & medio Octobri exſpiravit Thomas Chalonerus, ex Hiſpanica legatione jampridem reverſus, vir clariſſimus, patria Londinenſis, educatione Cantabrigienſis, qui tam Muſis quam Marti ſe devoverat. Juvenis ſub Carolo Quinto in expeditione Algeriana meruit, ubi naufragus quum nataſſet donec vires & brachia deficerent, tandem rudente mordicus apprehenſa, non ſine dentium aliquot jactura evaſit. Regnante Edwardo Sexto, in prœlio Muſſelburgenſi adeo ſtrenue pugnavit, ut Dux Somerſettenſis equeſtri dignitate ornaverit. Sub Elizabetha honorifica legatione ad Ferdinandum Imperatorem, & ordinaria in Hiſpania toto fere quadriennio perfunctus, ubi *De Republica Anglorum inſtauranda* terſo & erudito carmine quinque libros compoſuit, dum, ut ille dixit, hieme in furno, æſtate in horreo degeret. Elatus eſt ad S. Pauli Londini, inſigni, pro dignitate, funere, cui primario inter atratos loco interfuit Cecilius, quum filius ejus Thomas, qui poſtea Henrici Walliæ Principis pueritiæ admotus, nondum adoleviſſet. 1565.

*Th. Chaloneri obitus.*

## M. D. LXVI.

Anno auſpicante, Carolus IX. Rex Galliæ Rambouletum cum inſignibus Ordinis conchyliati S. Michaëlis, in Angliam ad Reginam miſit, ut duobus pro ſuo arbitrio Angliæ proceribus donaret. Selegit illa Ducem Norfolciæ, & Comitem Leiceſtriæ, hunc ut chariſſimum, illum ut longe nobiliſſimum, quos Rambouletus, poſtquam pro Rege ſuo inter S. Georgii Equi-

Norfolcius & Leiceſtrius Ordine Gallico donati.

1. Medio Octobri hoc anno animam Deo reddidit Thomas Chalonerus, ex Hiſpanica legatione *&c. tantummodo in Editt. prioribus.*

1566. tes auratos honorifice Windſoræ collocatus eſſet, rite in Regia Weſtmonaſterii inveſtivit. Quod inſtar magni honoris tunc habuit, quæ meminerat, nullos ex Anglis præter patrem Henricum VIII. fratrem Edwardum VI. & Carolum Brandonum Ducem Suffolciæ in illum ordinem fuiſſe adſcitos; quem illa, omnium, quæ ad honorem ſpectant, obſervantiſſima, poſtea eviluiſſe indoluit, quum cuilibet ſine diſcrimine quaſi proſtitui vidiſſet. Nec honorariis rebus tantum vacavit, ſed ante omnia civium ſaluti ſtudioſiſſime. Quum enim ex cœli intemperie annonæ difficultatem rerum periti timerent, non ſolum rem frumentariam ex Anglia evehi vetuit, ſed magnam vim invehi provide curavit.

Rei frumentariæ proſpectum.

Arundelius peregre profectus.

Dum hæc aguntur, Henricus Comes Arundeliæ inter proceres regni præpotens, poſtquam vana ſpe matrimonii cum Regina magnas opes profudiſſet, ſpeſque illa, Leiceſtrio jam apud Reginam potentiſſimo, & amicis in Aula fidem fallentibus, omnino infracta eſſet, impetrata venia, ſpecie valetudinis recuperandæ, re vera doloris minuendi cauſſa ſolum ſponte mutavit. At alii ex Anglorum gente, qui pro innata fortitudine ſe ad arma, non ad otia natos exiſtimarunt, quum nobiles ex omnibus Europæ partibus ad famam belli in Turcas eſſent excitati, in Pannoniam profecti ſunt. Inter quos melioris notæ erant Joannes Smithus Regis Edwardi VI. conſobrinus, ſcilicet ex ſorore Janæ Seimoræ Regis matre natus, Henricus Champernounus, Philippus Butſhidus, Richardus Greenvillus, Guil. Gorgeus, Thomas Cottonus, & alii.

Et Angli in Hungariam.

*Jacobus* VI. Rex Scotorum natus.

Junio ſubſequente [1] Scotorum Regina fauſtis auſpiciis ad perennem Britanniæ felicitatem, filium Jacobum (qui jam Britanniæ Monarcha) peperit, quod mox per Jacobum Melvinum Elizabethæ ſignificavit. Illa etſi

1. 19. die *in marg. prædicti Codicis Smithiani.*

matris

matris honorem ab æmula præreptum indoleret, Henricum Killegræum ſtatim miſit, qui partu levatæ, & filio nato congratularetur, eamque moneret, ne Shano *O-Neal*, in Hibernia tunc rebellanti, amplius faveret, aut Chriſtophorum Rokesbeium ex Anglia profugum foveret, utque in prædones quoſdam limitaneos animadverteret. 1566.

Angla congratulatur.

Oxonienſem Academiam inviſit.

Elizabetha in agros jam exſpatiata animi relaxandi cauſſa, ut ſe non minus propitiam Muſis Oxonienſibus, quam Cantabrigienſibus, candide inter ſe æmulis, præberet, ad Academiam Oxoniam deflectit, ubi magnifice excepta, ſeptem dies ſubſtitit, loci amœnitate, Collegiorum pulchritudine, ſtudioſorum ingeniis, & doctrina exquiſitiſſima inprimis oblectata, qui noctem ludis theatralibus, dies eruditis diſſertationibus protruſerunt, de quibus ſingulari Orationis ſuavitate Latine gratias cumulate egit, & benigniſſime valedixit.

Parlamentum habetur.

OrdinesReginam de nuptiis, vel ſucceſſore urgent.

Quamprimum Londinum rediit, Ordines Regni ad Cal. Novembris, diem ſcilicet indictum, frequentes convenerunt, & poſtquam unam & alteram legem rogaſſent, de ſucceſſione acriter agitare cœperunt, quum jam toto octennio Regina, quaſi virginitati devota, de marito nihil ſerio cogitaret, & hinc Pontificii Scotorum Reginam, quæ modo filium pepererat, illinc Proteſtantes diviſis ſtudiis alii alios ſibi proponerent, & ſinguli ſuæ ſecuritati, & religioni ſeorſim conſulentes, tempeſtates formidoloſiſſimi temporis, ſi illa ſine certo ſucceſſore diem obiret, ominarentur. Et eo uſque acria & fervida ingenia proruperunt, ut Reginam, quaſi patriæ & poſteritati deeſſet, incuſarent, Cecilium, ut pravum hac in re conſultorem, convitiis & libellis famoſis proſcinderent, & Huicum, Reginæ Medicum, ut matrimonii diſſuaſorem ob neſcio quam muliebrem impotentiam, diris devoverent. Penbrochiæ etiam & Leiceſtriæ Comites

1566. aliique palam, & Norfolcius occultiſſime cenſuerunt Reginæ maritum imponendum, aut ſucceſſorem publice Parlamentaria auctoritate, vel Regina invita, deſignandum. Unde illi *Camera Præſentiali*, quam vocant, excluſi, & Reginam accedere prohibiti; ſed culpam cum ſubmiſſione ſtatim deprecati, veniam exorarunt.

Proceres moderate. Illi tamen ceterique in ſuperiori conſeſſu de ſucceſſore ſolliciti, per Baconum, Magni Sigilli Cuſtodem, ipſorum Oratorem, pro officio quod Deo, fide quam Principi, & charitate quam patriæ debent, omni animorum contentione Reginam obſecrarunt, ut (quandoquidem per eam omnibus pacis, juſtitiæ, & clementiæ beneficiis jam placide gaudeant) iiſdem & ipſi & poſteri ſecure & ſemper per eandem fruerentur. Frui autem non poſſe oſtendunt, niſi ipſa nubat, & ſimul ſucceſſorem deſignet. Itaque primis votis optant, & orant, ut cuicunque, ubicunque, & quamprimum libuerit, ſe ſacro connubii vinculo conjungeret, quo liberos regni adminicula haberet: & ſimul certum ſucceſſorem, ſi ipſa, vel liberi ex ipſa ſuſcepti (quod abſit) ſine ſobole obirent, cum regni Ordinibus conſtitueret. Ut hoc tantopere, quod ſumme neceſſarium, efflagitarent, innuunt plures cauſſas ſubeſſe; ſcilicet, timorem recentem, qui omnes invaſit, quum nuperrime valetudo ejus tentaretur, temporis opportunitatem, quum Ordines regni jam conveniſſent, qui de rebus tantis mature deliberarent, terrorem quem inde adverſariis incuteret, & immortalem lætitiam, qua univerſos ſubditos perfunderet. Exempla majorum, qui in hujuſmodi rebus poſterorum ſecuritati provide conſuluerunt, laudant, damnata illa Pyrrhi voce, qui dixit, ſe regnum illi relicturum qui gladium habuerit acutiorem. Præterea proponunt quanta malorum tempeſtas Angliæ impendeat, ſi illa, ſucceſſore certo non deſignato, mortalitatem exueret; ſeditiones

tiones & inteſtina bella, in quibus ipſa victoria eſt miſerrima, proruptura; religionem eliminandam, juſtitiam obruendam, leges proculcandas, quum non fuerit Princeps certus, qui legis eſt anima, regnum in prædam exteris ceſſurum. Et alias id genus calamitates enumerando exaggerant, quæ, illa ſine ſobole defuncta, omnes omnium penates penitus involverent. Ex ſacris etiam litteris præcepta, conſilia, & exempla modeſte adjungunt. 1566.

Tumultuoſius autem nonnulli in inferiori conſeſſu hæc egerunt, Bellus & Monſonus magni nominis Juriſconſulti, Duttonus, Paulus Wentworthius, atque alii qui nimio plus Regiæ Majeſtatis auctoritatem convellerunt, & inter alia diſſeruerunt, Reges ad ſucceſſorem deſignandum teneri, ſubditorum amorem eſſe validiſſimum, imo inexpugnabile Principum propugnaculum, unicum fulcrum & firmamentum. Principes autem amorem illum conciliare non poſſe, niſi efficiant, ut cum ſubditis bene agatur, non ſolum dum ipſi Principes vivunt, ſed etiam poſt obitum. Hoc autem nullo modo fieri poſſe, niſi de ſucceſſore liquido conſtet. Reginam ſucceſſorem non deſignando, & iram numinis provocare, & animos civium abalienare. Ut vero numen propitium habeat, & cives amantiſſimos & obſtrictiſſimos, ſtatuaſque ſibi in animis hominum nunquam perituras erigat, ſucceſſorem deſignet. Sin minus, non nutrix, non patriæ parens, ſed noverca, imo patriæ parricida audiat, quæ Angliam ejus ſpiritu jam ſpirantem ſimul cum ea exſpirare mavult, quam ſupereſſe. Principes nullos niſi ignavos, ſuis exoſos, & meticuloſas mulierculas à ſucceſſoribus unquam timuiſſe, & pericula à ſucceſſore deſignato, illi Principi, qui civium charitate circumſeptus erit, minime eſſe formidanda. Plebeii acerrime.

Hæc

1566. Hæc illa auribus iniquiſſimis audivit, aliquandiu tamen aut ſprevit, aut occulte tulit. Norat enim uſu edocta quantum immineat à ſucceſſore deſignato periculum, quandoquidem Maria regnante, plures è nobilitate & plebe oculos animoſque in eam ſucceſſuram conjecerant, quæcunque in Sanctiori Reginæ penetrali, aut intimo conſilio dicta & facta, mox ei enunciaverant, & Wiatus, aliique ſua ſorte minus contenti, & rerum novandarum avidi contra Mariam conjurarant, ut eam ne cogitantem quidem in ſolio collocarent. Norat competitorum ſpes melius cohiberi, eoſque officio contineri, dum ſingulos exſpectatione ſuſpenſos teneret, & nullum declararet. Norat liberos ex præpropera regnandi cupiditate arma in parentes ſumpſiſſe, nec mitiora à conſanguineis poſſe exſpectari. Obſervarat inter legendum, & hac de re diſſerendo ſubinde memorabat, Succeſſores in linea collaterali raro fuiſſe declaratos; Lodovicum Aurelianenſem Carolo Octavo, & Lodovico Franciſcum Angoliſmenſem ſucceſſores in regno Gallico nunquam fuiſſe declaratos, ſucceſſiſſe tamen ſine ſtrepitu. Deſignationem etiam in Anglia, deſignatis ſemper fuiſſe exitioſam. Rogerum enim de *Mortuomari* Comitem Marchiæ, regni heredem à Rege Richardo Secundo deſignatum, brevi fuiſſe exſtinctum, ejus filium Edmundum non alia de cauſſa in Hibernico carcere conditum totos viginti annos contabuiſſe, Joannem *De-la-Pole* Lincolniæ Comitem, à Richardo Tertio, quum filius obiiſſet, ſucceſſorem deſignatum, ab Henrico Septimo ſemper fuiſſe ſuſpectum, & demum nova molientem prœlio occiſum; fratremque ejus Edmundum capite ſub Henrico VIII. obtruncatum. Sed hæc extra rem videantur.

Regina ægre fert.

A ſucceſſore deſignato pericula.

Et etiam deſignatis.

Verum quum iſta quæ dixi, & magis aculeata nonnulli animis incitatis, & acri contentione indies magis

magiſque

magiſque declamitare non deſtiterint: illa xxx. è ſuperiori conſeſſu, & totidem ex inferiori ſeligi juſſit, & coram comparere, quos leni objurgatione demulſit, & ſua Majeſtate, cui plurimum inerat auctoritatis, ab incepto deflexit, prolixe pollicita non modo Principis ſollicitudinem, ſed & matris affectum. Quumque ſubſidiariam pecuniam multo majorem quam ſolebant, ea conditione Ordines obtulerint, ut certum ſucceſſorem deſignaret; oblatam illam ſupernumerariam omnino reſpuit, ordinariam, laudato illorum ſtudio, accepit, quartamque Subſidii conceſſi ſolutionem omnino remiſit, dictitans pecuniam in ſubditorum arculis eſſe perinde ac in ſuis.

1566.

Blande mitigat.

Subſidii partem remittit.

Poſtremo horum Comitiorum die Ordines in hanc ſententiam paucis affata eſt, quæ paucioribus perſtringam. *Quum Principum verba in aures & animos hominum ſæpe altius penetrent, hæc ex me audite. Ego ſimplicis veritatis cultrix, vos etiam ingenuos ejuſdem cultores itidem fuiſſe ſemper exiſtimavi. At fruſtra fui.* Diſſimulationem *enim ſub* Libertatis *&* Succeſſionis *larvis in his Comitiis obambulaſſe deprehendi. Ex veſtro numero ſunt, qui* libertatem *de* Succeſſione *diſputandi, eandemque conſtabiliendi protinus vel concedendam vel negandam cenſuerunt. Si conceſſiſſem, hi votis potitè de me triumpharant. Sin negaſſem, meorum in me odium, quod hoſtes infeſtiſſimi hactenus non poterant, concitare cogitarunt. Verum intempeſtiva horum fuit prudentia, conſilia præpropera, nec exitum proſpexerunt. Hinc tamen qui mihi æquiores, qui iniquiores, ego facile perſpexi: & univerſum conſeſſum veſtrum quadrifariam dividi poſſe video. Alii enim fuerunt architecti & auctores; alii actores, qui verborum lenociniis ſuaſerunt; alii qui lenociniis ſeducti annuerunt; alii qui hujuſmodi audaciam demirati ſiluerunt; & hi ſane ſunt excuſa-*

Ordines oratione perſtringit.

1566. *excuſatiores. An exiſtimatis me veſtram ſalutem & ſecuritatem per* Succeſſionem *negligere, aut* Libertatem *velle infringere? Abſit. Ne cogitavi quidem. Verum enimvero mihi viſum vos in foveam ruentes revocare. Suæ cuique rei ineſt tempeſtivitas. Fortean Principem poſt me prudentiorem habeatis, ſed nunquam veſtri amantiorem. An hujuſmodi Comitia iterum videam, neſcio; vos autem cavete ne Principis patientiam lædatis. Nihilominus hoc vobis ad veritatem perſuadete, me de pleriſque veſtrûm præclare ſentire, & ſingulos priſtina benevolentia ex animo complecti.*

Ita mulieris prudentia hos motus cohibuit, quos dies adeo lenivit, quæ ſemper ſerenior illuxit, ut præter ſeditioſos aut meticuloſos, admodum pauci de ſucceſſore angerentur. Nec certe homines plerique omnes, quicquid præ ſe ferunt, plus in publicis ſentiunt, quam quantum ad res privatas pertineat. Ut tamen certius conſtaret de ſucceſſore, quem illa ex jure minime ambiguo cogitavit, Thorntonum, juris in Collegio Lincolnienſi Londini hoc tempore prælectorem, de quo Scotorum Regina conqueſta erat, quod inter legendum jus ſuum in diſceptationem vocaverit, in carcerem conjecit.

*Scotæ in ſucceſſionis jure aperte favet.*

In hoc Ordinum conventu (præter alia in uſum Reipublicæ) declaratum eſt unanimi omnium conſenſu, *Archiepiſcoporum & Epiſcoporum Angliæ electionem, conſecrationem, confirmationem, & inveſtituram* (*quæ nonnulli calumniando in quæſtionem vocarant*) *legitima eſſe, eoſdemque rite, & ex Actis, Statutiſque regni, electos & conſecratos fuiſſe.* Sancitum etiam, *& eos, & jam inde itidem conſecrandos, recte & rite eſſe, & fore conſecratos, quacunque Lege & Canone non obſtante.* Pontificii enim illis tanquam Pſeudoëpiſcopis obtrectarunt, forſan eo, quod unctio, annulus, pedum paſtorale, cum benedictionibus, non adhibita; & quaſi à tribus Epiſcopis

*Epiſcoporum ordinatio confirmatur.*

copis non eſſent rite ordinati, qui ſuam aſcendendo or- 1566.
dinationem ad Apoſtolicam auctoritatem à Chriſto acceptam referre poſſent. Quod tamen, ut ex Regeſtis patet, veriſſime poterant, piis precationibus, devota Spiritus Sancti invocatione, manuum trium ejuſmodi Epiſcoporum impoſitione, concione habita, & Euchariſtia celebrata, conſecrati.

*Promotores* cohibentur.

Sub hoc tempus, quum ſalutari ſeveritate inſolentia quorundam pravorum, qui paſſim delatoribus illis (quos *Promotores* vulgus vocat) vim inferebant, cædebant, & vociferationibus per plateas exagitabant, compreſſa eſſet, [1] dies Baptiſmo Principis Scotiæ conſtitutus advenit, ad quem è ſacro fonte ſuſcipiendum Regina rogata, Comitem Bedfordiæ cum Baptiſterio ex ſolido auro in donum honorarium miſit, juſſitque expreſſe, ut nec ille, nec Angli illum comitati, Darlium regio titulo dignarentur.

Bedfordii in Scotiam legatio ad Principis Baptiſmum.

Cærimonia peracta, Bedfordiæ Comes quæ in mandatis habuit cum Scotorum Regina agit, ſcilicet ut domeſticæ inter eam & maritum lites componerentur (jucundiſſimam enim inter ipſos vitæ & amoris ſocietatem malevoli quidam jurati utrique hoſtes ſubdole diremerant) & Tractatus Edenburgenſis ratus haberetur. Hoc illa pernegavit, cauſſata, in Tractatu nonnihil ineſſe, quod ſuo ipſius, & liberorum juri ad Coronam Angliæ derogaret. Promiſit tamen, ſe delegatos in Angliam miſſuram, qui de confirmando, quibuſdam immutatis, agerent, ſcilicet, ut titulo & Inſignibus Angliæ abſtineret, dum Elizabetha ſupereſſet, & qui ex illa naſcerentur; quaſi in Tractatu conciperetur, ut omnino abſtineret: necnon edocerent, quam inſigni injuria fuerit affecta peſſimis eorum artibus, qui ingenua mariti credulitate nimio plus abutebantur. Jamque illa afflicta valetudine,

1. Dece. 18. *in margine antedicti Codicis Smithiani.*

1566. filiolum Elizabethæ fidei & tutelæ per litteras commendavit, in quibus (*etiamſi noverit*, litterarum verbis utor, *ſe indubitati juris eſſe heredem Angliæ poſt Reginam, & multos multa contra jus illud comminiſci*) promiſit, ſe nolle aliquam juris ſui declarationem amplius urgere, ſed ſummo cum ſtudio contra omnes ipſi adfuturam & ſemper adhæſuram.

Scotiæ Princeps Angliæ fidei commendatur.

Hoc anno, uno eodemque die, vitam cum morte commutarunt duo à ſanctiori conſilio, Joannes Maſonus Regiæ Cameræ Quæſtor, vir gravis atque eruditus, Eccleſiaſticorum Beneficiorum incubator maximus; & Richardus Sackvillus ærarii Proquæſtor, vir provide prudens, ex matre Bolena Reginæ cognatus. Huic ſuffectus Walterus Mildmaius, vir integer & conſultiſſimus; illi Franciſcus *Knolles*, qui Catharinam Cariam, Reginæ ex Maria Bolena conſobrinam, duxerat.

*Joannis Maſoni & Rich. Sackvilli* obitus.

## M. D. LXVII.

VERUM priuſquam delegati illi à Scotorum Regina advenerint, uno & altero menſe poſt Scotiæ Principem baptiſatum, Rex ejus maritus [1] altero & viceſimo ætatis anno, intempeſta nocte, atroci & horrendo ſcelere, quod boni omnes ſunt deteſtati, in lecto ſtrangulatus eſt, & in hortum projectus, ædibus pulvere ſulphureo ſubrutis. Rumor illico late per Britanniam ſparſus, crimen in Mortonium, Moravium, & confœderatos contulit: illi imbelli ſexui inſultantes, in Reginam tranſtulerunt. Quid Georgius Buchananus hac de re cum in *Hiſtoria*, tum in libello, cui *Detectio* titulum fecit, prodidit, ex libris impreſſis nemo non novit. Quum autem ille partium ſtudio, & Moravii munificentia abreptus, ita ſcripſerit, ut libri iſti falſitatis damnati fuerint ab Ordinibus regni Scotiæ, quorum fidei plus

*Darlius* Rex Scotorum occiditur.

*Buchananus* ab Ordinib. Scotiæ falſi damnatur.

1. Febr. 10, *ad oram Codicis, quem commemoravimus, Smithiani.*

tribu-

tribuendum; & ipſe ingemiſcens coram Rege, cui fuit pædagogus, ſubinde ſe reprehenderit (ut accepi) quod tam virulentum calamum in Reginam bene meritam ſtrinxiſſet, morienſque optaverit ut tantiſper ſupereſſet donec maculas, quas maledicentia falſo aſperſerat, revocata veritate, vel ſanguine elueret; niſi (quod ipſe dixit) hoc vanum eſſet, quum præ ætate delirare videretur: Liceat mihi (ut altera etiam pars audiatur) rem omnem tum ex aliorum ſcriptis quæ eo tempore prodierunt, ſed in Moravii gratiam & Reginæ odium in Anglia ſuppreſſa, tum ex Legatorum atque fide digniſſimorum litteris, quantum intelligere poſſum, ſine omni amoris aut odii fuco, paucis explicare. 1567.

Anno M.D.LVIII. ut ſcribunt in nuptiis Franciſci Delphini & Mariæ Reginæ Scotorum, Jacobus frater nothus Reginæ, vulgo dictus *Prior S. Andreæ*, (Religioſis enim in Metropolitica Eccleſia Andreopolitana præpoſitus erat) religioſam illam appellationem dedignatus, ſplendidiorem honoris titulum ambivit: quem quum illa ex Guiſiorum avunculorum conſilio non concederet; ille animo offenſo in Scotiam reverſus, ſub ſpecioſo religionis reformandæ & Scoticæ libertatis aſſerendæ prætextu, res turbare cœpit, effecitque, ut religio in confœderatorum conventu, Regina inconſulta, mutaretur, &, accitis Anglorum auxiliis, Galli è Scotia emoverentur. Franciſco Galliæ Rege defuncto, ille in Galliam ad ſororem advolavit; quæcunque contra ejus rem, aut exiſtimationem in Scotia facta, à ſe amolitus, omnia officia, quæ à fratre ſoror exſpectare poſſit, Deum conteſtans religioſe promiſit. Spe etiam concepta, eam, Gallicis deliciis à tenella ætate innutritam, in Scotiam non reverſuram, cum Guiſiis egit, ut aliquis è Scotica nobilitate *Regens Scotiæ* deſignaretur, & ſe ut maxime idoneum quaſi digito demonſtravit. Quum autem in

Ad Scotica digreſſio. *Jacobus* Prior S. Andreæ.

Adminiſtrationem regni Scotiæ ambit.

1567. Scotiam remiſſus eſſet, non alia cum auctoritate quam cum Diplomate, quo Regina regni Ordinibus conveniendi, & in Reipub. uſum conſulendi jus fecerat: ille ſpe dejectus animo percito per Angliam rediens Anglis ſuggeſſit, ut, ſi Religioni in Scotia, tranquillitati in Anglia, & Elizabethæ ſecuritati conſultum vellent, quovis modo tranſitum Reginæ in Scotiam impedirent. Illa tamen ſoſpes Anglorum naves cœlo nebuloſo prætervecta in Scotiam appulit, fratremque omni benevolentia complexa, ſummam rerum ei quodammodo detulit. Hæc tamen ambitionis ſarmenta non amputarunt, quæ indies magis dictis & factis pullularunt. Nec enim continere ſe poterat, quin ſubinde apud ſuos deplangeret, bellicoſam Scotorum gentem non minus quam Anglorum muliebri ſubjici imperio, & ex doctrina Knoxi, quem pro Patriarcha habuit, ſæpius diſſereret, Regna virtuti, non generi deberi, feminas regnorum ſucceſſione eſſe excludendas, & earum imperium eſſe *monſtroſum*. Per ſuos etiam cum Regina egit, ut quatuor è regia *Stuartorum* familia ſubſtitueret, qui, ſi illa ſine prole obiret, ſibi invicem in regno ſuccederent, nulla habita ratione ſive legitimi ſive illegitimi; ſpe perſuaſus, ſe ex illis futurum, quum filius Regis eſſet, etſi illegitime procreatus.

Fruſtratus Reginæ Scot. ſe clam opponit.

Ambitionem prodit.

Regina autem quum pro prudentia perpenderet, hujuſmodi ſubſtitutionem juri Regni adverſari, rectis heredibus fraudi fore, exemplo pernicioſiſſimum, & ipſis ſubſtitutis periculoſum, ſibique obſtaculo ne iterum nuberet; blande reſpondit, ſe mature cum regni Ordinibus de re tanta deliberaturam. Utque ſe benignam & beneficam fratri præberet, illum titulo Comitis Marriæ, & poſtea Comitis Moraviæ (quia Marria controverſi juris erat) ornavit, & ad ſplendidas nuptias promovit, interim ignara, illum, venditando ſe legitimum eſſe Regis

*Moravia* Comes creatur.

gis

gis Jacobi Quinti filium, ſibi regnum affectare. Ad 1567.
quod, quo viam ſibi facilius præſtrueret, gratia qua apud Reginam pollebat, Gordoniam familiam nobiliſſimam, clientelis præpotentem, à qua dum ſibi & religioni reformatæ timeret, oppreſſit, Hamiltonium, Ducem Caſtri-Heraldi (qui proximus regni heres reputatus) aula excluſit, Aranium ejus filium carcere concluſit, Bothwellium in Angliam relegavit, & quos ſibi adverſari poſſe putavit, ſingulos de gradu dejecit. Ipſam etiam Reginam tanquam tutor pupillam in ſua poteſtate habuit, ante omnia anxie ſollicitus ne de nuptiis cogitaret.

Proceres Scotiæ perſequitur.

Quamprimum autem comperiſſet, hinc Imperatorem pro fratre, inde Hiſpanum pro filio eam ambire, ab utroque omnino diſſuaſit, utique libertatem Scoticam Principem externum nec poſſe nec velle ferre, & quandocunque ſceptrum ad femellas devolutum fuerit, illas non alios quam ex Scotica gente maritos aſſumpſiſſe. Verum poſtquam omnibus omnium Scotorum votis expeti videret ut illa nuberet, & præſentiſceret, effectum eſſe providentia Comitiſſæ Lenoxiæ ut in nuptias Darlii propenderet, ille etiam eum in maritum commendavit, ſperans juvenem facillimo ingenio ad ejus nutum futurum. Ut tamen ſenſit, Reginam Darlium unice amare, & ſuam gratiam apud illam elangueſcere, conſilii pœnituit, monuitque Elizabetham, ut quacunque poſſet ratione nuptias impediret.

A nuptiis diſſuadet.

Nuptiis jam confectis, & Darlio Rege declarato, quum Regina donationes illi & aliis contra legem in minori ætate factas revocaret, arma cum aliis in Reges induit, cauſſatus, novum Regem Proteſtantium religioni adverſari, & nuptias ſine aſſenſu Reginæ Angliæ contraxiſſe: Sed ne tentata quidem Martis alea, in Angliam, ut dixi, fugit, omnique auxilii ſpe ibi fruſtratus, egit

Nuptam exagitat.

In Angliam fugit.

1567. egit per litteras cum Mortonio, homine profunda verſutia, qui quaſi alter idem, ut quum nuptiæ diſſolvi non poſſent, ſaltem amor inter conjuges occultis artibus diſſolveretur. Et commoda quidem occaſio ſe obtulit, quum illa domeſticis ſimultatibus exortis, ut tumentem juvenis animum cohiberet, & Majeſtatis jura ſibi integra conſervaret, mariti nomen in actis publicis poſtponere, & in nummis ſignandis omnino omittere cœpiſſet.

Diſcordiam inter conjuges diſſeminare ſtudet.

Mortonius accendendis offenſionibus artifex in Regis juvenis animum blanditiis influit, perſuadetque, ut regni Scotiæ Coronam, vel invita Regina, ſibi imponeret, & feminæ dominatu ſe emanciparet, quum feminarum ſit parere, virorum imperare. Hoc conſilio ſperavit ille non ſolum Reginam, ſed etiam proceres & plebem à Rege omnino abalienare. Ut Reginam abalienaret, primum variis calumniis Regem in Davidis Rizii Pedemontani cædem inflammat, ne ille ſagax ipſorum conſilia anteverteret. (Hic profeſſione Muſicus anno ſuperiori in Scotiam cum Moretto Legato venerat, & à Regina in familiam & gratiam ob ſolertiam receptus, ad Gallicas Epiſtolas & intíma conſilia, Secretario abſente, adhibitus erat.) Deinde, ut eandem infeſtius abalienaret, perſuadet Regi, ut ipſe cædi præſens, cum Reuueno & percuſſoribus intereſſet. Qui una cum illo in Reginæ conclave inter cœnandum irrumpentes, dum illa cum Comitiſſa Argatheliæ menſæ adſideret, hominem, ad repoſitorium è ſublatis è regia menſa cibis delibantem, (ut miniſtri interioris admiſſionis ſolent) ſtrictis gladiis aggreſſi coram ipſa gravida, trepidante, ſclopeto in pectus intentato, ut parum abfuerit quin abortum fecerit, in antithalamum rapuerunt, crudeliſſime trucidarunt, ipſamque Reginam in conclave concluſerunt, Mortonio omnes aditus interim obſidente.

*David Rizius necatur.*

Hæc

Hæc cædes perpetrata eſt pridie ejus diei, qui Moravio dictus, ut in Ordinum conventu judicio de rebellione ſe ſiſteret. qui poſtridie ſe ſtetit, quum nemo exſpectaret, & in tanta rerum perturbatione nemo ex adverſo appareret. Ut cædes Davidis compoſitò maturata in Moravii ſalutem & ſecuritatem videretur. Regina tamen, marito exorante, eum gratanter excepit, & in fraterno ejus amore tota acquievit. Regem vero, facinoris magnitudine perſpecta, & Regina jam iratiſſima, temeritatis pœnituit, ad ejus clementiam cum lacrimis lamentiſque ſupplex confugit, culpamque deprecatus ingenue fatetur, ſe, Moravio & Mortonio auctoribus, tanto ſcelere adſtrinxiſſe, Moraviumque jam inde ita odio habuit (Mortonius enim, Reuuenus, & alii, ob Davidis cædem in Angliam profugerant cum commendatitiis Moravii litteris ad Bedfordium) ut de illo tollendo cogitaret. Sed quum ex juvenili ardore nec cogitationes celare poſſet, nec qua fuit in Reginam conjugem obſervantia, exſequi auderet, illam edocet, in Reipub. uſum, regiæque familiæ ſecuritatem futurum, ſi Moravius è medio tolleretur. Illa rem deteſtata ab ejuſmodi conſiliis etiam minando deterruit, ſpe injecta gratiam inter ipſos componendi. Ille tamen quum potentiam nothi apud Reginam ægris oculis intueretur, præ impatientia idem conſilium cum aliis agitat. quod ubi Moravio innotuit, ut præverteret, ſimulatione officii occultiores inſidias juveni opponit, Mortonio conſultore, licet abſente, uſus.

1567. *Moravius* revocatur. *Mortonius* in Angliam profugit.

His viſum ante omnia Reginæ animum à Rege, amore nondum redintegrato, prorſus avertere, & Bothwellium, nuper Moravio reconciliatum, atque apud Reginam gratia pollentem, in ſocietatem pellicere, propoſita ſpe divortii ab uxore, & nuptiarum cum Regina ſimul ac eſſet vidua. Et ad hæc præſtanda, eumque contra

Regina à marito abalienatur.

tra

1567. tra omnes defendendum obſignatis tabulis ſe obligarunt, perſuaſi, ſi res ſuccederet, ſe poſſe una opera Regem tollere, Reginæ exiſtimationem apud proceres & plebem labefactare, Bothwellium peſſundare, & ad ſe ſummam rerum attrahere.

Bothwellius homo nequam, ambitione obcæcatus, & inde ad audendum projectus ſpem propoſitam facile arripuit, & cædem ſcelerate perpetravit, quum Moravius vix ante xv. horas ſe ad ſua longius ſubduxiſſet, ne qua ſuſpicione perſtringeretur, utque inde conjuratis, ſi opus, ſubveniret, & ſuſpicio tota in Reginam caderet. Simul ac in aulam redierat, & ille & conjurati Bothwellium ex familiæ ſplendore, opera contra Anglos fortiter navata, fide ſpectata, ut ejus amore digniſſimum, in maritum commendarunt. Suggeſſerunt, illam ſolam & ſolitariam non poſſe tumultus excitatos compeſcere, inſidias antevenire, molemque regni ſuſtinere; in *ſocietatem* igitur lecti, periculi, & conſilii illum adſumeret, qui poſſit, velit, & audeat ſe opponere. Eoque adegerunt, ut mulier trepida, duabus tam tragicis cædibus perculſa, & Bothwellii erga ſe & matrem ſuam fidei & conſtantiæ memor, quæ quò confugeret quam ad fratris fidem non habuit, aſſenſum præbuerit. His tamen legibus, ut tenelli filii ſaluti ante omnia conſuleretur, deinde ut Bothwellius tam à Regis cæde, quam à prioris conjugii vinculo legitime liberaretur.

Ille occiditur.

Bothwellius in maritum commendatur.

Quid hac de re ſtatim publice proteſtati ſunt Georgius Comes Huntleius, & Comes Argathelius, inter Scotiæ proceres facile principes, libet hîc ex autographo ad Elizabetham, quod vidi, ſubtexere. *Quandoquidem Moravius & alii ad obvelandam rebellionem contra Reginam, cujus auctoritatem ſibi arrogant, illam, tanquam cædis mariti conſciam, aperte calumniantur; nos hæc publice proteſtamur & atteſtamur. Menſe Decembri*

Proteſtatio de cæde *Darlii.*

M. D. LVI.

M.D.LVI. *quum Regina Cragmillariæ ageret, Moravius* 1567.
*& Lidingtonius coram nobis agnoverunt, Mortonium, Lindſeium, & Reuuenum non alio conſilio Davidem Rizium trucidaſſe, quam ut Moravii ſaluti conſulerent, qui eodem ipſo tempore erat proſcribendus. Ideo ne male grati viderentur, ſibi in votis eſſe, ut Mortonius & reliqui ob Davidis cædem exſulantes reducerentur. Hoc autem fieri non poſſe innuerunt, niſi Regina à marito divortio ſeparetur; quod ſe effecturos ſpoſponderunt, modo nos aſſenſum præberemus. Poſtea Moravius mihi Huntleio promiſit avitum patrimonium reſtituendum, & æternam gratiam apud exſules ineundam, ſi divortio faverem. Itum deinde ad Bothwellium, ut ille una conſentiret. Poſtremo ad Reginam acceſſimus, & Lidingtonius omnium nomine majorem in modum oravit, ut exſilium Mortonio, Lindſeio, & Reuueno remitteretur: Regis errata & offenſiones in Reginam & Regnum verborum atrocitate exaggeravit, monſtravitque, & Reginæ & Reipub. omnino intereſſe, ut divortium quamprimum fieret, quandoquidem Rex & Regina non poſſent ſimul cum ſecuritate in Scotia verſari. Illa reſpondit, ſe malle ad tempus in Galliam ſecedere, donec maritus ætatis errata agnoſceret; nolle enim quicquam fieri, quod fraudi ſit filio, aut ſibi dehoneſtamento. Ad hæc Lidingtonius: Nos, qui tibi à conſilio ſumus, hæc cavebimus. At impero, inquit illa, ne quid faciatis, quod vel honori meo, vel conſcientiæ maculam inurat. Res ſit in integro donec Deus deſuper medeatur. Quod vos mihi bonum futurum exiſtimatis, ne in malum cedat. Cui Lidingtonius, Rem nobis committas, & nihil videbis niſi quod bonum, & Parlamentaria auctoritate comprobandum. Hinc, quum poſt pauculos dies Rex nefaria cæde fuerit exſtinctus,* Nos *ex interno conſcientiæ teſtimonio pro certiſſimo habemus, Moravium & Lidingtonium*

 *fuiſſe*

1567. *fuiſſe auctores, machinatores, & ſuaſores hujus regicidii, quicunque fuerint regicidæ.* Hæc illi.

*Bothwellius* Regicidii abſolvitur. Confœderati jam toti in hoc erant, ut Bothwellius regicidii abſolveretur. Protinus igitur Parlamentaria Comitia nulla alia de cauſſa indicuntur, & edicta prodeunt ut regicidii ſuſpecti apprehenderentur. Quumque Lenoxius, Regis cæſi pater, Bothwellium ut regicidam accuſaret, vehementiuſque inſtaret, ut, priuſquam Ordinum conventus haberetur, ille judicio ſiſteretur; hoc etiam conceſſum eſt: juſſuſque Lenoxius, ut intra viceſimum diem ſe contra ſiſteret. Quo die quum ille nihil ab Angliæ Regina intelligeret, & in urbe hoſtium plena adeſſe ſine vitæ periculo non poſſet, Bothwellius pro tribunali ſiſtitur, &, Mortonio cauſſam ejus ſuſtinente, Judicum ſententiis abſolvitur.

Hoc negotio confecto, conjurati effecerunt, ut plurimi è nobilitate nuptiis adſentirent, chirographis ſcripto appoſitis, ne ille, promiſſis nuptiis excluſus, eos ut totius ſceleris architectos inſimularet. Ex his nuptiis cum Bothwellio (qui Orcadum Dux creatus) ſuſpicio Reginam cædis fuiſſe conſciam apud omnes invaluit. quam conjurati miſſis litteris paſſim auxerunt, & occultis coitionibus Dunkeldiæ, in Reginæ abdicationem & Bothwellii exitium ſtatim conſpirarunt. Moravius tamen ut totius conjurationis expers videretur, exoravit Reginam licentiam in Galliam proficiſcendi: utque omnem diffidentiam tolleret, res ſuas univerſas in Scotia, Reginæ, & Bothwellii fidei commendavit. Vix ille ex Anglia tranſierat, ecce qui Bothwellium à reatu cædis abſolverant, & chirographis in nuptias conſenſerant, in eum arma ſumpſerunt, quaſi apprehenſuri; re vera ſubmonuerunt, ut ſibi fuga conſuleret, non alio conſilio, quam ne apprehenſus totam machinationem renudaret, & ipſius fugam in argumentum ad Reginam regicidii

Reginam ducit.

In eum & Reginam conſpiratio.

*Moravius* in Galliam ſecedit.

*Bothwellius* fugatur.

regicidii accuſandam arriperent. Illam autem interceptam contumelioſiſſime indignis modis exagitarunt, & vili palla amictam in carcerem ad *Locum Levinum* contruſerunt, ſub cuſtodia matris Moravii; quæ Jacobi Quinti pellex incarceratæ Reginæ calamitatem petulantiſſime inſectata eſt, gloriando ſe legitimam fuiſſe Jacobi v. uxorem, filiumque Moravium prolem eſſe legitimam. 1567.

Regina in carcerem truditur.

Quamprimum hæc certis nunciis Elizabetha comperiſſet, deteſtata ex animo hanc effrenem in Principem ſororem & vicinam ſubditorum inſolentiam, (quos perfidos, rebelles, ingratos, & crudeles ſubinde appellavit) miſit Nicholaum Throcmortonum in Scotiam, ut apud confœderatos de hac in Reginam inſolentia expoſtularet, & rationem iniret, quo modo illa in priſtinam libertatem & auctoritatem reſtitueretur, ſupplicium de regicidis ſumeretur, & Princeps tenellus in Angliam, quo ſecurius ejus ſaluti conſuleretur, & non in Galliam mitteretur. Quæ hac de re deinceps dixero, dum ille in Scotia hæreret, ex illius in litteris fide, [1] quæ ſane ſane optima & ſpectatiſſima, habe.

*Elizabetha* de hoc expoſtulat.

Ille plures in Scotia Reginæ infenſiſſimos invenit, qui ipſi, ut etiam *Villeroio* & Croco, Legatis Gallicis, aditum ad Reginam plane negarunt. Quid tamen de illa ageretur, conjurati neutiquam inter ſe convenire poterant. Lidingtonius & pauculi alii in auctoritatem reſtituendam cenſuerunt his legibus, ut Regicidæ ex lege punirentur, Principis ſaluti proſpiceretur, Bothwellius divortio ſepararetur, & religio conſtabiliretur: alii ut in Galliam aut in Angliam perpetuo exſilio relegaretur, modo Rex Galliæ, aut Regina Angliæ fide-juberent, quod illa omnem regiam auctoritatem in filiolum &

Quid de Scota captiva fiat conſulitur.

1. *Hoc modo in ipſo Camdeni Codice. Neque aliter in Ed. prima Elz. At* quæ ſane optima *in Ed. Elz. poſteriore.*

1567. quoſdam è proceribus, regno ejurato, transferret. Alii ut judicio ſiſteretur, damnaretur, in perpetuo carcere conderetur, & filius in Regem inauguraretur. Alii denique ut regia auctoritate & vita ſemel ſimulque extremo ſupplicio ſpoliaretur. Et hoc Knoxus & aliquot verbi Miniſtri è ſuggeſtis intonarunt.

*Throcmortonus* Scotæ cauſſam tuetur.

Contra Throcmortonus è ſacrarum litterarum auctoritate de obſequio præſtando *ſupereminentioribus poteſtatibus gladium geſtantibus* multa propoſuit, acriterque diſſeruit, *Reginam nullius judicio præterquam cœleſtis Judicis ſubjacere, pro nullius Tribunali in terris poſſe ſiſti, nullam eſſe magiſtratus auctoritatem in Scotia quæ à Reginæ auctoritate non eſt delegata, & ab ipſa revocabilis.* Illi peculiare jus regni apud Scotos oppoſuerunt, & in cauſſis extraordinariis extra ordinem eſſe decernendum; rationibus à Buchanano acceptis, qui tunc temporis, Moravio ſuaſore, damnatum illum Dialogum *De Jure regni apud Scotos* ſcripſit, quo populo jus eſſe Reges creandi & abdicandi, contra Hiſtoriæ Scoticæ fidem, aſtruitur. Nec deſtitit ille pro Regina reſtituenda, & acceſſu ad eam, importune interpellare, etſi à Lidingtonio ſubinde reſponſum erat, acceſſum non poſſe illi concedi, quum Gallis negaretur. Gallo non diſplicendum, ut Angliæ Reginæ placerent, quam ſuis ſolummodo rationibus inſervire experti erant non ita pridem, quum Gallos in rem ſuam è Scotia demoveret, & nuperrime, quum Scotis exſulibus ob cædem Davidis Rizii tantillum favoris, & parca quidem manu præberet. Ad hæc, cavendum ne ex importunitate iſta Scoti ad Gallorum amicitiam, Anglis neglectis, ſe reciperent, ſubmonuitque Gallico proverbio : *Il perd le jeu, qui laiſſe la partie*, ne Angli Scotos amicos deſtituerent.

Scoti contra diſſerunt, ex argumentis Buchanani.

Deinde verboſo ſcripto, quod Throcmortono ſine alicujus ſubſcriptione tradiderunt, proteſtati ſunt, ſe non alio

alio conſilio Reginam in ſeceſſum concluſiſſe, quam ut 1567.
à Bothwellio, quem perdite in ipſorum perniciem adamavit, ſejungerent, donec impotens amor in illum, & muliebris iracundia in ipſos deferveſceret; & hoc reſponſo ut acquieſceret, juſſerunt, donec reliqui proceres convenirent. Reginam tamen indies arctiori cuſtodia concluſerunt, etſi lacrimis oppleta demiſſiſſimis precibus obteſtaretur, ut mitius cum ea ageretur, ſi non ut Regina, tamen ut Regis filia & Principis matre; quem, ut ſemel inviſeret, ſæpius fruſtra ſupplicavit. Sed ne ſigillatim injurias in illam perſequar; tandem blande aggreſſi ſunt, ut regno ſponte cederet, excuſatione quæſita vel ex adverſa valetudine, vel regnandi moleſtia, vel, quod alii ſubtilius monuerunt, ut ceſſione facta illa negligentius cuſtodita facilius evaderet. Quum hæc non ſuccederent, minitati ſunt illam publico judicio ream peragere vitæ incontinenter actæ, Regicidii, & Tyrannidis hoc nomine, quod leges & patria jura violaſſet, nominatim quæ Randanus & D'Oiſelius Regis Galliarum & ipſius nomine confirmarant. Tandem mortis terrore injecto, eam inauditam compulerunt tribus Diplomatibus chirographum apponere, quorum primo regnum ceſſit filiolo vix XIII. menſes nato, altero Moravium Proregem conſtituit dum filius in minori eſſet ætate, tertio, ſi Moravius onus recuſaret, hos rectores filio nominavit, Jacobum Caſtri-Heraldi Ducem, Matthæum Lenoxiæ, Gileſpicum Argatheliæ, Joannem Atholiæ, Jacobum Mortonii, Alexandrum Glencarniæ, & Joannem Marriæ Comites. Nec mora illa Reginæ Angliæ per Throcmortonum ſignificavit, ſe coactam ceſſiſſe, & ceſſionis inſtrumento invitam ſubſcripſiſſe, ex conſilio Throcmortoni, qui perſuaſerat, ceſſionem in carcere, *qui juſtus eſt metus*, extortam, plane irritam eſſe. Sed de his plura anno ſequente, ex utriuſque

Regni reſignationem extorquent.

1567. que partis accuſationibus & defenſionibus coram cognitoribus Eboraci.

*Jacobus* Sextus in Regem inauguratur.

Quinto à ceſſione die, Jacobus, Reginæ filiolus, in Regem inungitur, & coronatur, Joanne Knoxo concionante; proteſtatione ab Hamiltoniis interpoſita, ne præjudicio eſſet Duci Caſtri-Heraldi in jure ſucceſſionis contra familiam Lenoxiam. Elizabetha vero Throcmortonum intereſſe vetuit, ne illa tam injuſtam Reginæ abdicationem legati ſui præſentia approbare exiſtimaretur.

*Moravius* in Scotiam redit.

Die viceſima à ceſſione, Moravius ipſe in Scotiam è Gallia rediit: tertia poſt die, cum nonnullis è conjuratis Reginam acceſſit, crimina plurima objecit, & tanquam confeſſor religioſus pluribus egit, ut vera pœnitentia ad Deum ſe converteret, & illius miſericordiam imploraret. Illa de anteactæ vitæ peccatis doluit, ex objectis alia agnovit, alia extenuavit, alia ex humana fragilitate excuſavit, & plura prorſus denegavit. Illum obſecravit, ut gubernacula rerum pro filiolo ſuſciperet, utque ſuæ exiſtimationi & vitæ parceret iterum atque iterum obteſtata eſt. Ille hoc ſibi integrum eſſe negavit, ſed à regni Ordinibus efflagitandum. Si tamen illa vitæ & honori conſultum vellet, hæc obſervanda præſcripſit, Ne regni & Regis tranquillitatem interturbaret, ne è carcere ſe ſubduceret, ne Reginam Angliæ, aut Regem Galliæ excitaret ad Scotiam externo vel interno bello infeſtandam, ne amplius Bothwellium adamaret, aut de ulciſcendis Bothwellii adverſariis cogitaret.

Reginæ præſcribit.

*Regens* ſive Prorex conſtituitur.

Jam Prorex ſive *Regens* declaratus, ſe obſignatis tabulis obligat nihil acturum quod ad bellum aut pacem, Regis perſonam, & matrimonium, aut Reginæ libertatem ſpectet, ſine conjuratorum aſſenſu. Throcmortonum per Lidingtonium monet ne amplius pro Regina interpellet; ſe & ceteros malle omnia perpeti, quam pati ut illa liberata Bothwellium retineat, filium in pericula,

ricula, patriam in turbas conjiciat, & ipſos proſcribat. 1567.
Novimus, inquit, quid vos Angli bello poſſitis, noſtros limites vaſtetis, & nos veſtros; certoque ſcimus, Gallos pro antiquo inter nos fœdere nos minime derelicturos. Lignerolio tamen Gallico Legato aditum ad Reginam denegat, donec Bothwellius apprehenderetur; miſeramque Reginam aſperius quam pro meritis erga eum indies tractat, contra quam Regi Gallorum promiſerat. Hæc hactenus ex Throcmortoni litteris.

De regicidis quibuſdam ſupplicium ſumit.

Mox Moravius ſupplicium ſumit de Joanne Hepburno, Paride Gallo, Dagliſho, & aliis Bothwellii famulis, qui Regis cædi intererant. Sed illi, quod minime exſpectavit, ad patibulum coram Deo & Angelis proteſtati ſunt, ſe ex Bothwellio intellexiſſe Moravium & Mortonium Regicidii auctores fuiſſe: Reginam ab omni ſuſpicione exemerunt: ut & ipſe etiam Bothwellius captivus in Dania, & vivens & moriens Reginam minime conſciam fuiſſe religioſa aſſeveratione ſæpenumero conteſtatus eſt. Et decimo quarto poſt anno, quum Mortonius extremum ſupplicium ſubiturus eſſet, faſſus eſt, Bothwellium ſecum egiſſe, ut in Regicidium conſentiret: quod quum omnino abnueret, niſi Regina ſub chirographo mandaret; Bothwellium reſpondiſſe, hoc neutiquam fieri poſſe, at facinus, ipſa inconſulta, perpetrandum eſſe.

Reginam ſuſpicione eximunt.

Angla & Gallus liberare ſtudent.

Hanc præcipitatam Reginæ abdicationem atque conjuratorum in legatos pervicaciam & Elizabetha & Gallus, ut cum Regiæ majeſtatis probro conjunctam, ægerrime tulerunt, [1] & Hamiltoniis Gordoniiſque, qui à Regina ſteterunt, favere cœperunt. Paſquierus etiam à Gallo Legatus egit cum Regina Angliæ, ut vi & armis reſtitueretur, quæ conſultiùs exiſtimavit, ut commercia tum in Gallia tum in Anglia Scotis interdicerentur, do-

1. Et Hamiltoniis, qui à Reg. *omiſſo* Gordoniiſque, *in Edd. priorib.*

nec

1567. nec liberaretur: ut ea ratione populus à proceribus diſjungeretur, qui conjunctim in Reginam conjuraſſe videbantur. Sed hæc Scotica paulliſper omittamus.

Caletum repetitur. Quum jam octo annis expletis, Caletum ex Tractatu apud Caſtellum Cameracenſe, Anglis reddendum eſſet, Thomas Smithus, in Galliam cum Guilielmo Wintero, claſſicarum machinarum præfecto, miſſus, clarigante tuba ante maritimam Caleti portam, oppidum Caletum cum territorio, & quibuſdam machinis bellicis clara voce Gallice ex Tractatu repetiit, & hoc in acta à Notario mox relatum, Germanis quibuſdam mercatoribus, & Belgis qui forte aderant, in teſtimonium adhibitis. Mox Regem Galliæ acceſſit ad Caſtrum Foſſatenſe, ubi cum Henrico Norriſio legato ordinario denuo repetiit. Rex rem ad Conſiliarios rejecit, è quibus Mich. Hoſpitalius Cancellarius gravi & compoſita oratione in hanc ſententiam diſſeruit: *Quo jure Angli repetunt Caletum, eodem etiam Lutetiam Pariſiorum repetere poſſe; hanc enim perinde ac illud bello acquiſierant, & utrumque bello amiſerunt. Anglos jus novum in Caletum prætendere, Gallorum jus ipſi regno eſſe coævum. Quamvis Angli* CC. XXX. *plus minus annos poſſederint, jus tamen penes Galliæ Reges fuiſſe non minus quam Ducatuum Aquitaniæ & Normanniæ, quos Angli diu armis detinuerant. Gallos Caletum, uti etiam Ducatus illos non bello acquiſiviſſe, verum recuperaſſe. Præſcriptionem temporis quam allegant, inter Principes locum habere nullum, ſed jus ſemper valere, & ex* XII. *Tabulis* Adverſus hoſtem æternam eſſe auctoritatem. *Anglos in negotiis contrahendis admodum eſſe conſultos, in recenti tamen Tractatu Trecenſi, poſtquam bellum de Caleto potiſſimum inchoaſſent, ne Caleti quidem meminiſſe, ut agnoſcere viderentur ſe ſuo in Caletum jure omnino ceſſiſſe. Tractatum equidem Trecenſem novationem fuiſſe, ita ut*

Contra diſſeritur.

*at Tractatus plane tunc fuerit renovatus; Nec obſtare clauſulam illam* de reſervationibus jurium, *quum tantum minutiora reſpiciat, & hoc de Caleto inter potiſſima cenſendum. Quicquid in Scotia Franciſcus* II. *attentaverit, juri Caroli* IX. *fraudi eſſe non poſſe. Quæ quis privatus attentaverit, in quibuſdam cauſſis legibus ſubjici; in Principum autem cauſſis aliter ſe res habere. De attentatis in Scotia dotali regno, cum Scotorum Regina Angli expoſtulent, qui de Franciſci & Reginæ conſilio ex conjecturis augurantur; quum Angli Franciſcopolim in Gallia, ſpecioſo obtentu Regi eam conſervandi, ingreſſi, valido impoſito præſidio, & bellico apparatu longe inſtructiſſimo, armis tenuerint, & Condæo, fœderatiſque pecuniam ſuppeditarint; ideoque ſuo in Caletum jure ſua ipſorum culpa excidiſſe. Divino numini viſum eſse, ut, Caleto à Gallis recuperato, bella inter Gallorum & Anglorum gentes conſopirentur, quas interfluente pelago diviſerat, ut ille canit:* 1567.

Et penitus toto diviſos orbe Britannos.

*Reginam etiam Angliæ magis ſuo commodo conſulturam, pacem cum Gallo colendo, quam Caletum recuperando. Denique neminem vel audere Regi auctorem eſſe, ut Caletum Anglis reſtitueretur; ſi quis autem ſit, illum extremo ſupplicio eſſe digniſſimum, imo infra inferos amandandum.*

Ad hæc Smithus, *Se non exſpectaſſe ut tam obſoletum Gallorum jus ad Caletum ex profunda antiquitate repeteretur. Jam tandem autem perſpicere, quicquid Galli quo jure qua injuria in poſseſſionem ſemel attraxerint, id pro ſuo jure deputare, tanquam jus iis ſolum eſſet in armis, & nihil intereſſet bona an mala fide poſſideant. Gallos exiſtimare, ſe Caletum poſtliminii jure tenere, quod ex Conventione tenent, nullam poſteriorem Conventionem admittere, & apud animum ſtatuiſſe pactam de* Smithus reſpondet.

1567. *Caleto reſtituendo fidem neutiquam præſtare. Hæc vero omnibus omnium rationum momentis præponderare. Laudem quam tribuit Anglis quaſi conſultis in pactionibus faciendis, Gallos ſibi ſemper arrogaſſe, & Anglis detraxiſſe. Novationem contractus plane antiſtrophon eſſe, & in Gallos vere poſſe retorqueri, ſcilicet quia Regina Caletum repetiit, eo quod Galli* innovando & attentando armis in Scotia, *jure in Caletum exciderint, Galli contra Anglos jure in Caletum excluderent, eo quod poſtea ad Franciſcopolim armis Regina Angliæ* attentaverit. *Quum in his alter alteri nihil concederet*, inquit, *in pacem Trecis convenimus, quæ ſi Novationem induxerit, Novationem illam jus Gallorum in Caletum exſtinxiſſe, & Anglorum confirmaſſe, quorum dies nondum venerat, quia Caletum vendicare non poterant, octennio tunc temporis non exacto.* Hîc aſſurgens, & ad Galliæ Conſiliarios converſus; *Veſtram*, inquit, *fidem qui adfuiſtis, appello, quum nos jus noſtrum ad Caletum diſertis verbis reſervandum urgeremus, vos omittendum, quia tempus nondum venerat; annon inter nos convenerit, ut tacite reſervaretur ſub clauſula illa*; Omnes aliæ petitiones & demandæ invicem remanebunt ſalvæ & integræ: & pari modo exceptiones & defenſiones hinc inde reſervabuntur. *Quod ad Franciſcopolim, eam Anglos ingreſſos eſſe pacifice ab incolis & nobilibus Normanniæ rogatos, proteſtatione facta, ſe in uſum Regis Galliæ conſervaturos; ita ut nihil armis contra Regem Gallorum* attentaverint, *aut* innovarint *in Tractatus præjudicium; tenuiſſe autem non aliquo proprietatis jure, ſed in vadimonium, ut æqua ſibi fierent de Caleto detento, cujus jus tam quoad poſſeſſionem quam proprietatem ad Reginam devolutum erat, ex Gallorum in Scotia attentatione, plane contra Tractatum. Quod ad pecuniam illam, Condæo & fœderatis non alio conſilio mutuo datam fuiſſe,*

*quam*

*quam ut Germanis militibus de ſtipendio tumultuantibus ſatisfieret, ne Regis agris & vicis vaſtitatem inferrent. Quæ etiam Rex Edicto agnovit facta fuiſſe,* A bon fin. Et pour noſtre ſervice. Hæc & ejuſmodi Smithus. 1567.

Quum de inſtructiſſimo apparatu bellico Anglorum in Franciſcopoli, multa loqueretur Momorantius Conſtabularius, gladio cum vagina Liliata (qui Officii eſt Inſigne) ſublato, quaſi non ad unum oppidulum propugnandum, ſed ad univerſam Normanniam expugnandam ſufficeret: *Non eſt*, inquit Smithus, *cur hoc quis demiretur, quum Angli gens maritima ſciat, ſe in ventos maris dominos imperium non habere, & igitur tempeſtive & plene in poſterum providere.* Galli poſtea graviſſime conqueſti, Proteſtantes è Gallia profugos Legato Gallico repoſcenti non fuiſſe ex pactis redditos, in aliud tempus rem prorogarunt, quæ, bello inteſtino in Gallia illico incrudeſcente, quaſi ſenſim ſilentio exſpiravit. Et proculdubio Galli apud ſe ſtatuerant Caletum nunquam reddendum. Statim enim atque captum erat, vetera propugnacula ſubruerant, nova inchoarant, ædes & fundos alios in quinquaginta annos elocarant, alios in perpetuum donarant.

Res dilatione evaneſcit.

Dum hæc in Gallia tractantur, Comes Stolbergenſis à Maximiliano Imperatore in Angliam venit de nuptiis cum Carolo Archiduce acturus, quo nomine Regina Comitem Suſſexiæ ad Imperatorem cum Georgiani Ordinis inſignibus paullo ante miſerat; qui ex charitate in patriam, cum æmulatione in Leiceſtrium conjuncta, nullum non movit lapidem, ut Regina Principi alicui externo matrimonio conjungeretur, & Leiceſtrius ſpe depelleretur. Nec quicquam Suſſexio crebrius in ore, quam ſive *Honor*, ſive *Potentia*, ſive *Opes* in Reginæ matrimonio ſpectentur, externum Principem vel nobiliſſimo

Suſſexius ad Imp. de nuptiis mittitur.

1567. Anglo præponendum. Adeo ut quidam, qui contra ſenſit, coram lepide dixerit, *Ubi tria illa*, Honos, Potentia, *&* Opes *in nuptiis ſpectantur*, Diabolum *&* Mundum *auſpices eſſe & pararios*. Leiceſtrius in ſuam tamen ſpem pronus Baronem Northum, quem ſibi itineris comitem Suſſexius adjunxerat, ſubornavit, ut quid diceretur ſubauſcultaret, quid ageretur obſervaret, & quantum Suſſexius nuptias cum Archiduce promoveret, tantum ille clam impediret, ſubinnuendo, Reginæ animum à nuptiis eſſe averſiſſimum, quicquid præ ſe ferret, & Suſſexius oſtentaret. Nec ipſe domi deſtitit, omnia externi conjugii incommoda auribus ingerendo, Reginam deterrere.

Leiceſtrius ſe opponit.

Ex conjugii externi incommodis.

Propoſuit *illud recens Mariæ ſororis cum Philippo Hiſpano conjugium, quo illa in perpetuum mœrorem & Anglia in Hiſpanicæ ſervitutis periculum fuerat conjecta*: Diſſeruit, *exterorum mores, mentem & ingenium perſpici non poſſe, quæ in marito, qui individuo nexu ſit una caro, perſpici inprimis intereſt. Cum lingua moribuſque peregrinis aſſidue verſari, moleſtiſſimum eſſe & miſerandum. Liberis ex peregrino conjugio procreatis inſolens & peregrinum quiddam innaſci, exterorum conſortio novos mores, nova inſtituta in Rempub. invehi, Mulieres Principes externis nuptiis non ſuum ſed alienum regnum plerumque augere, ſe ſuoſque alieno imperio ſubjicere, necnon regni arcana exteris prodere. Exterum maritum pro innata in patriam charitate Anglos ſuis poſthabiturum. Angliæ externo auxilio nihil opus eſſe, quæ ad ſe ſuaque tuenda, & vim externam propulſandam ſatis habet in ſe præſidii. Alterius regni acceſſione nihil niſi majores expenſas, curas, & ſollicitudinem accedere; utque corpora humana, ita & imperia mole ſua laborare. Illud autem in nobilitatis contumeliam à nonnullis uſurpari, domeſtico conjugio aliquid à Regia*

*à Regia dignitate detrahi, quum Regia Majeſtas, quæ ad tantam ſublimitatem viam ſibi virtute aperuit, à nobilitate ortum repetat, nobileſque familiæ Regiæ ſtirpis quaſi radices exſiſtant; indeque eſſe quod Reges Angliæ, Duces, Marchiones, Comites, & Vicecomites* Conſanguineorum *titulo in litteris ſemper ſalutarunt.* 1567.

Cum magno & ſplendido apparatu Suſſexius interim per Antverpiam, Coloniam, Moguntiam, Wormatiam, Spiram, Ulmam, Auguſtam Vindelicorum, in Auſtriam venit. Ubi honorifice exceptus, Imperatoris ſumptibus quinque menſes hæſit, de rebus graviſſimis, & Caroli nuptiis cum eo aſſidue collocutus: & ſtato die eum Georgiani Ordinis inſignibus inveſtivit ad preces veſpertinas; quum Miſſæ Sacrificio intereſſe ex conſcientiæ ſcrupulo recuſaret. In hoc negotio occurrerunt difficultates de religione, Ducis ſuſtentatione, titulo Regio, & ſucceſſione, de quibus multa ultro citroque agitata. De titulo convenit, ut Carolus Archidux Regis Angliæ titulo & nomine frueretur. De ſucceſſione, ex jure regni non poſſe ſuccedere, id enim liberis fraudi futurum, quorum tamen tutelam ut haberet, convenit. Nec ampliora Philippo Hiſpano quum Mariam duceret, conceſſa fuere. De ſuſtentatione, ſi aulicos, quos ſecum adducet & retinebit, ſuo ære alere voluerit, Reginam cetera, & illud etiam ſi requirat, prolixe pro Regia dignitate ſuppeditaturam. Verum de religione ſcrupulus reſedit. Poſtulavit Imperator, necnon ipſe Carolus, ut templum concederetur publicum, quo ſibi & ſuis ſacra Romano ritu celebrarentur. Quum hoc non audiretur, medium quiddam excogitavit Imperator, ut loco aliquo privato in Regia ſuis ſacris pacifice uteretur (quod Pontificiorum Principum Legatis in ſuis ædibus permiſſum) idque his legibus, ut Angli non admitterentur, nec ipſe aut famuli religioni in Anglia receptæ contravenirent,

Articuli de conjugio.

De religione ſcrupulus.

1567. nirent, aut contravenientibus faverent. Si propter ſacra aliqua ſuboriretur offenſa, ad tempus intermitteret, necnon, ut cum Regina ſacris Eccleſiæ Anglicanæ ritu celebrandis adeſſet. Hac re mature in Anglia deliberata (ne multis immorer) reſpondit Regina: Quod ſi hoc concederet, conſcientiam ſuam læderet, & publicas regni leges aperte violaret, non ſine maximo tum dignitatis tum ſalutis periculo. Sin autem Carolo placeret Angliam adire, ut præſentem videret, itineris ſuſcepti dignos fructus relaturum. Ita Suſſexium ſummo cum honore dimiſit Imperator, & ille Gretzium deflexus Carolo valedixit, qui commodius reſponſum à Regina fruſtra ſperavit. Jam inde enim dies hæc paullatim extenuavit, quæ toto ſeptennio honorificis internunciis adoleverant. Neceſſitudinis tamen, & tanta mutuæ benevolentiæ inter Principes charitas permanſit, ut Imperator Pontificis Romani in Elizabetham molitiones ſemper impedierit. Carolus Archidux haud multo poſt in uxorem accepit Mariam, Alberti v. Ducis Bavariæ filiam, quæ illi Hiſpaniæ & Poloniæ Reginas præter alios peperit.

Legati à Moſco.

Venerunt ſub hoc tempus in Angliam Stephanus Twerdico, & Theodorus Pogorella, à potentiſſimo illo Joanne Baſilide Ruſſorum & Moſcoviæ Imperatore, cum pretioſis pellibus Zibellinis, Luſerinis, & aliis, quæ illo tempore, & ſuperioribus ſeculis ab Anglis in ornamentum & ſalubritatem inprimis expetitæ; omneque ſtudium & operam Reginæ & Anglis prolixe detulerunt, quæ Imperator ille jam ante cumulate præſtiterat ex his initiis.

Dum quidam Mercatores Londinenſes, quorum primarii Andreas Juddus, Georgius Bameſus, Guilielmus Gerardus, & Antonius Huſeius, anno M. D. LIII. viam in Cathaiam per mare illud glaciale ſive Hyperboreum quærerent ductu Hugonis Willoughbæi, qui rigenti frigore

gore enectus, Richardus Chancellerus ab illo ſecundus 1567.
auſpicato in Ruſſiam aditum prius ignotum aperuit, delatus in oſtium Duinæ fluv. ſub latitudine Poli Borealis LXIV. ubi Monaſteriolum S. Nicholao ſacrum. Hinc trahis pro more regionis Moſcuam Imperator acerſiit, gratanter excepit, & benigne dimiſit, amplas immunitates Anglis pollicitus, ſi in ſuo Imperio mercaturam exercerent, ex animo lætatus merces exoticas mari in Ruſſiam poſſe invehi, quas Ruſſi antea per Narvam & hoſtiles Poloni regiones difficulter acceperant. Quum Chancellerus reverſus hæc docuiſſet, & quanti pretii Anglici panni in illo tractu eſſent, & quam vili ſpartum linumque ad rudentes, cera, & pelles pretioſæ venundarentur; Mercatores illi in Collegium ſive Societatem, annuente R. Maria, coaluerunt, quam *Moſcoviticam* vocamus, & multis immunitatibus à Baſilide indultis, jam inde claſſe quotannis eo miſſa, quæſtuoſam mercaturam exercuerunt: quæſtuoſiſſime autem, poſtquam Elizabethæ apud Baſilidem gratia anno M.D.LXIX. impetraſſent, ut nulli præter Anglos ex illa Societate in Septentrionali Ruſſiæ parte negotiarentur, & illi ſoli per ampliſſimum ejus Imperium merces diſtraherent, ut ſuo loco dicemus.

Angli viam per mare in Moſcoviam aperuerunt.

Moſcovitica mercatorum ſocietas.

Cum his legatis Ruſſicis reverſus eſt in Angliam Antonius Jenkinſonus, qui Ruſſiam diligentiſſime perluſtravit, tabula Geographica deſcripſit, primus Anglorum mare Caſpium navigavit, & ad Bactros penetravit. Huic Imperator arcana mandata, quæ ſuis non communicavit, dedit. Scilicet ut cum Elizabetha ſedulo ageret de mutuo defenſionis & offenſionis fœdere contra omnes ineundo, & naupegis, nautis, & bellico apparatu in Ruſſiam mittendis. Utque jurejurando præſtito Regina ſe obſtringeret ad eum cum uxore & liberis humaniter excipiendum, ſi vel à rebellibus vel hoſtibus imperio ejiceretur.

Arcana à Moſco Legatio.

1567. ejiceretur. Ita Tyrannus, à quo nihil cuiquam tutum, ipſe ſibi minime tutus videbatur. Et inique ſane tulit, quod Regina ad hæc circumſcripte reſponderit. Nec tamen deſtitit hæc litteris etiam & legatione, ut ſuo loco dicemus, urgere, ſubinde requirens, ut Antonius ille remitteretur, quaſi in tanti momenti arcanis mala fide egerat.

Nicholai Wottoni obitus.

Primo hujus anni menſe animam Deo reddidit Nicholaus Wottonus, utriuſque Juris D. Eccleſiæ Cantuarienſis ſimulque Eboracenſis Decanus, vir natalibus clarus, ſed prudentia domi foriſque longe clarior. Regibus enim Henrico VIII. Edwardo VI. Mariæ & Elizabethæ ab intimis conſiliis, ad Imperatorem, Galliæ & Hiſpaniæ Reges, alioſque Principes novies legatus, ter pacis reconciliatæ inter Anglos, Gallos, & Scotos delegatus, & ab Henrico Octavo inter ſedecim ſupremi teſtamenti curatores electus. [1] Et qui ab eodem Rege inter conſiliarios filii nominatus Richardus Richus, ab Edwardo Rege Baro Rich de *Leez* factus, & Regni Cancellarius. Quo munere, poſtquam circiter quatuor annos cum laude adminiſtraſſet, ſponte ceſſit, & vitam privatam numeroſa prole felix ad hoc uſque tempus tranſegit. Succeſſit Robertus filius.

Duciſſæ Norfolciæ mors.

Diem etiam ſupremum obiit Elizabetha Leiburna, Tho. Ducis Norfolciæ uxor tertia, quæ vidua Baronis Dacrei ante annum enupta liberos illi peperit nullos, ſed priori marito Georgium Baronem Dacreum, qui adoleſcentulus periit equo ligneo deſultorio oppreſſus dum inſilire diſceret, & tres filias tribus Ducis filiis de futuro deſponſatas.

Shanum *O-Neal*, filium legitimum Coni *O-Neal* agnomine *Bacco*, i. Claudi, potentiſſimum in Septentrionali

1. *Deſunt in Edd. prioribus uſque ad*, Diem etiam ſupremum obiit Elizabetha Leiburna, *&c.*

Hiberniæ

Hiberniæ plaga, quæ Ultonia dicitur, Dynaſtam, in Angliam veniſſe, & ſupplicem rebellionis culpam deprecatum anno M. D. LXI. diximus. Ille domum reverſus eam Hiberniæ partem contra Scotos, ex Cantira & Hebridibus irruentes, fortiter defendit, eorum ductoribus Jacobo *Mac-Conello*, cui gener erat, & [1] Agno ejus fratre cæſis. Qua victoria inſolentior, in minores Ultoniæ regulos tyrannidem exercere cœpit, Armacham, Hiberniæ Metropolim, in odium Archiepiſcopi incendio deformavit, *O-Donellum*, qui in hoc tractu ſecundus ab eo, bonis ſpoliavit, captivum abduxit, & uxorem rapuit; *Mac-Guirum* ex avita hereditate deturbavit, *Mac-Geniſſum*, & alios deprædatus. Quorum patrocinium quum Angli ſuſciperent, rebellionis ſignum in Reginam ſuſtulit. quod Thomæ Cuſaci ex Ordine Equeſtri ſuaſu mox depoſuit, &, filio in obſidem dato, in ordinem rediit. Utque in officio contineretur, ſtatuit Regina, Henrici Octavi Diplomate refixo, quo Matthæum, falſo Coni filium creditum, patris ſucceſſorem declaraverat, huic Shano, ut certo filio & heredi, titulum honorarium Comitis Tir-Oeniæ & Baronis *Dungannoni* conferre. Sed vir ingenio irrequieto quum videret ſe potuiſſe conſcribere ex ſuis cIↃ. Equites, pedites IIII cIↃ. & ſtipatores jam haberet ſeptingentos; hujuſmodi honorarios titulos præ *O-Neali* nomine, barbarico tumore dedignatus, pro Ultoniæ Rege inter ſuos ſe venditavit, Ruſticos ad bellum exercuit, Hiberniæ regnum Scotorum Reginæ obtulit; eoque odio in Anglos exarſit, ut Caſtrum, quod in Lacu *Eaugh* conſtruxit, *Feoghnegall*, i. *Odium Anglorum*, nominaverit, & quoſdam è ſuis ſtrangulaverit, quod Anglico pane veſcerentur, de Regina tamen nunquam niſi cum honore locutus.

1567.

Shanus O-Neal tumultuatur.

Rebellat.

In hunc Henricus Sidneius Prorex juſſus eſt movere,

1. Angno *in Edd. priorib.*

1567. & Edwardus Randolphus egregius Ordinum ductor in Septentrionalem Ultoniæ oram cum ala equitum, & ſeptingentis peditibus per mare miſſus ad *Dirriam*, exilem ſedem Epiſcopalem prope *Logh-Foyl*, ut illum à tergo premeret, quandocunque Prorex ex altera parte aggrederetur. Shanus his cognitis Dundalkiam furibundus adoritur, ſed à præſidiariis magna clade accepta repellitur, nec minori apud *Whites-Caſtle*. Comitatum *Louth* ferro flamma poſtea vaſtaturus, à parva Anglorum manu, multis ſuorum deſideratis, in fugam conjicitur. *Dirriam* deinde profectus agrum circumvicinum prædatur, Anglos præſidiarios ad pugnam provocat, qui acie inſtructa, incompoſitam multitudinem facile per-

Profligatur. rumpunt, fundunt, fugantque. Victoria autem triſtis ex infelici fato Randolphi ductoris, qui inter medios hoſtes magnanime pugnans occubuit. Vir ſane noſtra memoria eximius; nec fuit alius qui majorem auctoritatem cum majore charitate apud milites conciliavit. Illi ſuffectus Edw. à *S. Laudo*, ſive *S. Lo*, rebelles hac in parte gravibus afflixit damnis, donec fortuito igne præſidium cum re annonaria & pulvere nitrato, qui plures milites difflavit, deflagraverit. Tunc enim peditibus in naviculas, quas habuit, impoſitis, ipſe cum ala equitum, cui Georgius Hervæius præfuit, per medios hoſtes inſultantes, quatuor dierum itinere ad Proregem penetravit, qui Randolpho ob virtutem exſequias ipſe atratus ſolvit.

Prorege jam in Ultoniam movente, Shanus cum ſuis in ſilvas & ſaltus ſe abdit, ſemel atque iterum extrema agmina prope *Clogher*, & *Salmon* Turloghi *Leinighi* Caſtrum, qui tunc à Shano defecerat, carpit. Poſtquam autem Prorex præſidiis diſpoſitis, & *O-Donello* in ſua reſtituto, ad lites inter Ormondiæ & Deſmoniæ Comites ſedandas, qui infeſtis ſignis concurrerant, rediiſſet; Shanus animo reſumpto, agris late populatis, Dundalkiam

kiam iterum obſidione incingit, quam, plurimis ſuorum 1567.
cæſis, magno cum damno & dedecore mox ſolvere adactus. Unde furore quaſi quodam percitus barbara crudelitate in ſuos ſæviit, uſque adeo ut plures eum deſeruerint; & ipſe quum numeros attenuatos, (etenim, præter deſertores, IIII cIↃ. cæſi fuerant) aditus interclusos, perfugiaque ab Anglis occupata videret, animum induxit, capiſtro collo alligato ad Proregis genua ſe advolvere, & culpam deprecari. Diſſuaſit autem qui illi ab Epiſtolis, monuitque ut prius amicitiam Hebridianorum Scotorum tentaret, qui ardente bello in *Clandeboiam*, unde ille eos paullo ante deturbarat, redierant, ducibus Alexandro *Oge*, i. *juniore*, & *Mac-Gilleſpico*, quorum fratres Agnum & Jacobum *Mac-Conellum* ipſe in pugna interfecerat. Ad hos præmiſſo eorum fratre *Surleio Boio*, i. *Surleio Flavo*, quem captivum diu detinuerat, ad gratiam redintegrandam, acceſſit cum rapta *O-Donelli* conjuge.

In ſuos ſævit.

De ſubmiſſione cogitat.

Illi in vindictam fratrum, & cognatorum quos occiderat, exardentes, ſimulata comitate exceperunt, & mox in tentorium admiſſum inter pocula ad jurgia prolapſi de probroſis Shani in eorum matrem verbis, ſtrictis machæris aggrediuntur, ipſumque & è comitibus pleroſque contrucidarunt. Hunc cruentum vitæ exitum habuit medio Junio Shanus, qui patrem dominatu, fratrem nothum vita ſpoliaverat, homicidiis & adulteriis contaminatiſſimus, helluo maximus, ebrietate adeo inſigni, ut ad corpus, vino & *aqua vitæ* immodice hauſta inflammatum, refrigerandum, ſæpius mento tenus terra conderetur. Liberos ex uxore reliquit Henricum & Shanum, ex *O-Donelli* uxore & concubinis plures. Poſſeſſiones & bona Parlamentaria regni Hiberniæ auctoritate in fiſcum redacta, Turloghus *Lenigh* ex *O-Neali*

Occiditur.

1 Tederlacus vulgo Turlogh.

1. *Deeſt hæc nota marg. in Edd. priorib.*

 familia

1567. familia potentiſſimus, vir ſedato ingenio, Regina volente, populari electione *O-Neal* ſalutatur. Hugo tamen Baro *Dungannoni* vulgo dictus, Shani ex Matthæo fratre notho nepos, juvenis tunc deſpectus, qui poſtea patriæ turbo, imo peſtis, Reginæ in gratiam recipitur, ut haberet quem Turlogho opponeret, ſi forte ab officio recederet.

*Hugo* qui poſtea Comes Tir-Oeniæ.

Momonia turbatur.

Pax ita Ultoniæ reddita. At interim in Momonia res turbidæ ex prava inter Ormondiæ & Deſmoniæ Comites cognatos æmulatione, & litigiis de finibus, uſque adeo, ut prœlium juxta Dromelinum conſererent, & in Angliam ad cauſſam in Regio Conſiſtorio dicendam evocarentur. Quum tamen res implicatior eſſet, ad Proregem in Hiberniam remiſſi, ubi teſtes & notoria præſto. Illi autem numeroſis & bellicoſis clientelis, animis, amiciſque in Aula pares, ſpreta legum auctoritate, ferro rem decernere ſtatuerunt. Prorex ſe auctoritate & armata manu interpoſuit. Ormondius vero, qui cauſſa potior videri voluit, effecit ut Prorex tanquam in Deſmonium pronior increparetur, & Deſmonium intercipere juberetur, quem ex improviſo apud Kilmalocum cum Joanne Deſmonio patruo interceptum in Angliam miſit, ubi in cuſtodiam traditi.

## M. D. LXVIII.

Papiſtæ abſolvunt.

DUM Thomas Hardingus, Nicholaus Sanderus, & T. P. Theologi ex Anglia profugi ſtrenue exercerent *Epiſcopalem poteſtatem*, à Pontifice Romano nuper acceptam, *abſolvendi in foro conſcientiæ omnes Anglos qui ad Eccleſiæ gremium revertebantur, & diſpenſandi etiam in cauſſa irregularitatis, exceptis ex homicidio voluntario provenientibus, ſeu deductis in forum contentioſum; etiam ab irregularitate ratione hæreſis, dummodo abſolvendi abſtineant per triennium à miniſterio Altaris*:

ex

ex altera parte Colmanus, Buttonus, Hallinghamus, Benſonus, & alii, qui ſinceriorem religionem ardenti cum zelo profeſſi, nihil niſi quod è ſacrarum litterarum fontibus hauſtum probarunt, ſive ex purioris diſciplinæ, novitatis, aut diſſenſionis ſtudio; receptam Eccleſiæ Anglicanæ diſciplinam, Liturgiam, Epiſcoporum vocationem, in quæſtionem palam vocarunt, imo damnarunt, ut quæ Romanam religionem plus nimio ſapiant, quacum aliquid habere commune, impium eſſe declamitarunt; omnia verſantes, ut ad Genevenſis Eccleſiæ amuſſim ſingula in Anglica Eccleſia reformarentur. Hos quanquam Regina in cuſtodiam dari juſſerit, incredibile tamen eſt, quantum conſectanei, qui invidioſo *Puritanorum* nomine ſtatim innoteſcere cœperunt, obſtinata quadam pervicacia, Epiſcoporum vecordia, & occulto quorundam nobilium Eccleſiæ opibus inhiantium favore, ubique ſuccreverint.

1568. Novatores prodeunt.

Quum Galli qui religioni reformandæ itidem incubuerunt, veriti ſacrum fœdus à Pontificiis in ipſos initum eſſe, paullo ante Regem armata manu ex juſto metu cum ſupplice libello acceſſiſſent, ſecundum civile bellum erupit. ad quod dirimendum, Regina Norriſium Legatum intercedere juſſit; & pax ſane ſimulata, inſidiarum plena ſubſecuta eſt. Quo tempore Regina mater regis Galliæ, blanda & benigna humanitate erga legatum & alios Anglos uſa, tecte & quaſi aliud agens de nuptiis inter Elizabetham & filium Henricum Ducem Andium vix XVII. annos natum verba facere cœpit; nec alio, ut plures exiſtimarunt, conſilio, quam ut illam à ſublevandis Galliæ Proteſtantibus diſtineret in tertio bello civili quod imminere augurabatur.

Secundum civile bellum in Gallia.

Andius *Elizabethæ* in maritum commendatus.

Inhumanius autem cum Manno, Anglico in Hiſpania Legato, actum, qui inſimulatus minus reverenter de Pontifice Rom. locutum fuiſſe, aula excluſus, poſtea Madrido

Legatus in Hiſpania durius habetur.

1568. drido in viculum ruſticum extruſus, famulis Miſſæ adſtare coactis, religionis ſuæ cultu vetito, odio majori in Reginam, an religionem, non dixerim; quum interea illa Guſmano, Hiſpani Legato, permiſſa ſua ſibi religione, omnem contulerit benignitatem. Hoc in legatum, ut in ſuam contumeliam ægre tulit, nec minus injuriam Joanni Hawkinſo ab Hiſpanis hoc tempore illatam. Ille cum mercibus & Nigritis mancipiis, quorum frequens jam erat per Hiſpanos, &, eorum exemplo, per Anglos in Africa venatio, & in America venditio, ( neſcio quam honeſta ) quinque navibus ad commercium ad portum S. Joannis de *Ulua* in ſinu Mexicano exercendum appulerat. Poſtridie ibidem etiam appulit Regia Hiſpani claſſis, quam licet portu facile prohibere poſſet, pacta tamen ſibi & ſuis ſub conditionibus ſecuritate, admiſit ne fœdus violaſſe videretur. Hiſpani admiſſi, qui conditiones ſibi in ſuo dari dedignati, capta opportunitate in Anglos irruerunt, plures trucidarunt, tres naves occuparunt, bona diripuerunt: victoria tamen haud incruenta. Hinc viri militares & natio nautica per Angliam fremuerunt, contra Hiſpanos bellum expopoſcerunt, eos fœdifragos eſſe clamitantes, quandoquidem fœdere inter Carolum v. Imp. & Henricum VIII. convenerit, ut liberum eſſet commercium inter ſubditos utriuſque Principis *in omnibus & ſingulis Regnis*, *Dominiis*, *Inſulis*, (America quidem, quæ tunc ad Carolum ſpectavit, ne excepta.) Sed Regina his aures occluſit, rebus Scoticis avocata.

Et Hawkinſus in America ab Hiſpanis.

Regina Scotorum è carcere evadit.

In Scotia etenim captiva Regina ſub hoc tempus die ſecundo Maii è cuſtodia in Lacu Levino opera Georgii Douglaſii, cujus fratri commiſſa erat, evaſit ad Caſtrum Hamiltonium, ubi auditis Rob. Melvini, & aliorum teſtimoniis, lata eſt *Sententia Declaratoria* unanimi conſenſu omnium nobilium qui frequentes convenerant,

Ceſſionem

Ceſſionem à Regina in carcere metu extortam, ab initio 1568.
*nullam* fuiſſe; eandemque extortam fuiſſe, ipſius Reginæ præſentis jurejurando confirmatur. Hinc tanta multitudo undique ad eam uno & altero die confluxit, ut exercitum VI CIↃ. hominum bellicoſorum conſcripſerit, quos tamen pugna conſerta, quum impetu magis, quam conſilio pugnarent, Moravius facile profligavit. Vincitur. Hoc triſti ſucceſſu pavida mulier perterrita fuga ſibi conſuluit, confecto eo die LX. milliarium itinere, & poſtea nocturnis itineribus ad ædes Maxwelli Baronis Heriſii devenit: maluitque ſe mari & Elizabethæ tutelæ, quam civium fidei committere. Præmiſit tamen ad eam Joannem Betonium cum adamante, quem in mutuæ benevolentiæ ſymbolum ab ea prius acceperat, qui ſignificaret ſe in Angliam venturam, opemque imploraturam, ſi ſubditi ulterius bello perſequerentur. Cui Elizabetha amorem & omnia ſororis ſtudia cumulatiſſime promiſit. Sed priuſquam nuncius rediret, illa, amicis omnino diſſuadentibus, navigiolo conſcenſo, cum Heriſio, & Flemingo Baronibus, & pauculis aliis ad Wirkintonam in Cumberlandia prope Derwentionis flu. oſtium die XVII. Maii appulit, eodemque die litteras In Angliam venit. Gallice ſua manu ad Elizabetham ſcripſit. Quarum ſumma capita (quum hiſtoricam rerum in Scotia contra ipſam geſtarum narrationem plenius, quam dixi, complectantur) viſum eſt ex ipſo autographo proponere, quod ita ſe habet:

*Non te latet, Soror optima, quo modo nonnulli ex meis ſubditis, quos ad ſummum honoris faſtigium extuli, ad me & maritum opprimendum & incarcerandum conſpirarint; quo modo etiam ego eoſdem, vi & armis è regno eliminatos, te intercedente, in gratiam receperim. Iſti tamen in cubiculum irruperunt, famulum meum, me ſpectante & gravida, vita crudeliter ſpoliarunt, & in* Ad *Elizabetham* ſcribit.

1568. *in cuſtodiam me incluſerunt. Quum iterum ignoviſſem, ecce novum crimen, quod ipſi machinati ſunt, & chirographis ſubſignarunt, in me affinxerunt, & jamjam inſtructa acie adorturi: ego autem innocentia freta, ut humano ſanguini parceretur, me illis in manus dedidi. Eveſtigiò in carcerem contruſerunt, famulos omnes, præter unam & alteram ancillam, cocum & medicum, amoverunt, regno cedere minis & mortis terrore adegerunt, & in Ordinum conventu, ex ipſorum auctoritate convocato, me aut procuratores audire abnuerunt, omnibus bonis penitus exuerunt, omnique omnium colloquio excluſerunt. Poſtea, Deo duce, è carcere evaſi, & nobilitatis flore ſtipata, quæ undique ad me lætanter advolavit, inimicos officii & fidei datæ admonui, veniam obtuli, & propoſui ut in Ordinum conventu pars utraque audiretur, ne Reſpublica inteſtinis malis diutius convelleretur. Binos hac de re nuncios miſi: ambos in carcerem conjecerunt: qui mihi erant auxilio, proditores denunciarunt, & edixerunt ut quamprimum derelinquerent. Rogavi ut Baro Boidus publica fide cum iis de rebus componendis ageret, ſed & hoc prorſus negarunt. Speravi tamen, te intercedente, ad obſequium potuiſſe revocari. Sed quum viderim, mihi aut mortem aut carcerem denuo ſubeundum, Dunbritonium cogitavi. Illi in via ſe objecerunt, pugna meos fuderunt, fugaruntque. Ego ad Baronem Heriſium me contuli. quocum in regnum tuum perveni, ſpe certa in tua ſpectatiſſima benevolentia, te mihi præſto adfuturam, & alios tuo exemplo excitaturam. Maximopere igitur rogo, ut ad te quamprimum deducar, quæ in maximis jam verſor anguſtiis. quod plenius edocebo, quando tibi placuerit mei miſereri. Deus tibi vitam longam & incolumem concedat, mihi patientiam, & conſolationem, quam ab illo per te conſequi ſpero & comprecor.*

Eliza-

Elizabetha, litteris per Fr. *Knolles* & alios conſolata, 1568.
patrocinium ex æquitate cauſſæ promiſit, acceſſum tamen negavit, eo quod multorum criminum vulgò inſimularetur, juſſitque, ut Carleolum, tanquam in locum tutiorem, ſi adverſarii quid in eam molirentur, à Loudero loci propræfecto & nobilibus in eo tractu deduceretur. Hoc reſponſo accepto, acceſſuque negato, & per litteras, & per Maxwellum Baronem Heriſium iterum ſummopere obſecrat, *Ut tum injurias illatas proponeret, tum crimina objecta coram elueret. Æquiſſimum eſſe, ut Elizabetha, ſanguine conjunctiſſima, eam exſulem coram audiret & in regnum reſtitueret contra illos, quos ob ſcelera in eam exſulantes, Elizabetha intercedente, in integrum reſtituerat, & in ſuum quidem ipſius, niſi tempeſtive avertatur, exitium. Obteſtatur itaque, ut vel ad colloquium admitteretur, & adjuvaretur; vel ex Anglia diſcedere ad opem aliunde implorandam bona cum venia quamprimum permitteretur, nec tanquam captiva diutius in Caſtro Carleoli detineretur; quandoquidem ſponte in Angliam venerit, freta amore toties litteris, nunciis & ſymbolis honorifice promiſſo.*

Iterum ſcribit.

Ex his litteris & Heriſii verbis Elizabetha videbatur ( abditos enim Principum ſenſus quis aſſequatur, & prudentes tacito ſinu cogitationes coërcent ) Principis cognatæ & afflictiſſimæ ſerio miſereri, quæ à ſubditis vi & armis capta, in carcerem contruſa, in extremum vitæ diſcrimen deducta, inaudita condemnata, regno ſpoliata ( quum ne in privatum inauditum ſententia non ferenda ) in Angliam ſpe certa auxilii ad ipſam confugerat. Ad hæc permovebatur, quod miſera Regina cauſſam coram ipſa diſceptandam ſponte obtulerit, atque in ſe receperit adverſarios reos omnium criminum peragere, quorum ipſam innocentem accuſaverant.

Illa miſeretur.

1568. Conſiliarii deliberant. Qualiſcunque autem fuerit Elizabethæ in illam miſericordia, Conſiliarii Angliæ mature deliberant, quid de illa agendum. Si in Anglia detineretur, verebantur, ne illa, quæ, quaſi Suadæ medulla, plures juri, quod ad Coronam Angliæ prætendit, faventes in ſuas partes indies pertraheret, qui ambitioni faces ſubjicerent, & nihil intentatum relinquerent, quo regnum illi aſſererent. Exteros legatos illius conſiliis adfuturos, nec Scotos tum defuturos, quum prædam tam opimam oblatam viderint. Præterea, ambiguam eſſe cuſtodum fidem, & ſi vel morbo diem in Anglia obierit, in calumniam raperetur, & Regina novis quotidie moleſtiis conflictaretur. Si in Galliam tranſmitteretur, timebant, ne cognati Guiſii, jus quo illa Angliam vendicarat, denuo perſequerentur, ex quadam opinione illam multum poſſe in Anglia, apud alios religionis nomine, apud alios probabilitate juris illius quod dixi, & apud pleroſque inſano rerum novandarum ſtudio. Porro amicitia inter Angliam & Scotiam, quæ inprimis eſt uſui, dirumperetur, & antiquum inter Galliam & Scotiam fœdus renovaretur, quod majori jam eſſet periculo, quam olim, quum Burgundia firmo fœdere Angliæ colligaretur, quæ hodie amicos certos præter Scotos habuit nullos. In Scotiam ſi remitteretur, metus oboriebatur, ne, qui Anglicarum partium, de gradu dejicerentur, qui Gallicarum, ad ſummam rerum attollerentur, tenellus Princeps periculis exponeretur, religio in Scotia mutaretur, Galli & alii exteri admitterentur, Hibernia à Scotis Hebridianis gravius infeſtaretur, & illa ipſa in vitæ diſcrimen ab adverſariis domi devocaretur. Detinendam hinc plerique omnes ut jure belli captam cenſuerunt, nec dimittendam donec de titulo Angliæ arrogato ſatisfecerit, & de morte Darlii mariti, qui ſubditus Angliæ natus, reſponderit. Darlii enim mater Comitiſſa Lenoxiæ jampridem

Detinendam cenſent.

Lenoxia in eam conqueritur.

pridem lacrimis oppleta, ſuo, maritique nomine apud Elizabetham gravem inſtituerat querimoniam, utque in judicium de filii cæde vocaretur, obſecrarat. Illa autem benigne ſolata, monuit, *ne tantæ Principi, cognatæ conjunctiſſimæ crimen inferret, quod certis indiciis probari non poſſet; tempora eſſe iniqua & maligna, invidiam cæcam, quæ innocentibus crimina affingit; ceterum* Juſtitiam *oculatam eſſe, quæ ſcelerum vindex Deo aſſidet.* 1568.

Contra Baro Heriſius Reginam obteſtatur, ne quid contra veritatem, contra Reginam inauditam temere crederet, nec Comitia in Scotia præcipitarentur à Moravio in expulſæ Reginæ præjudicium, & bonorum civium perniciem. Quod licet illa ſummopere urgeret, Regis tamen nomine Moravius Prorex Comitia indixit, nonnullos, qui à Regina ſteterant, proſcripſit, & in eorum prædia & ædes ſæviit. Regina Angliæ hinc indignata, per Midlemorum Proregi verbis aſperioribus ſignificavit, ſe non poſſe pati, ut pernicioſiſſimo Regibus exemplo ſacroſanctæ Regiæ Majeſtatis auctoritas apud ſubditos evileſceret, & pro factioſorum libidine conculcaretur. Quomodocunque illi ſubditorum officium & fidem erga ſuam Principem obliti erant, ſe nullum nec ſtudii, nec pietatis munus erga ſororem & vicinam Reginam poſſe oblivíſci. Veniret itaque ipſe, aut homines idoneos delegaret, qui Reginæ Scotorum in ipſum & confœderatos querelis reſponderent, & juſtas abdicandi rationes redderent; ſin minus, ſe illam liberam protinus dimiſſuram, & viribus quibus poterat maximis in regnum reſtituturam. Simulque monuit ne Reginæ mundum muliebrem & ornamenta pretioſa divenderet, etſi Ordines hoc permiſerint.

Heriſius pro ea intercedit.

*Moravius* jubetur rationes Reginam abdicandi reddere.

Obſecundavit Moravius, quum non aliunde quam ex Anglia ſuſpenſas regendi rationes haberet, & regni proceres ad hoc delegati recuſarent. Ipſe igitur Eboracum, urbem

Delegati pro Scotorum Rege.

1568. urbem huic negotio deſtinatam, venit, & ſeptem ex intimis, ut delegati pro Rege infante, *ſc.* Jacobus Comes Mortonii, Adam Epiſcopus Orcadum, Robertus Commendator Dunfermelini, Patricius Baro Lindſeius, Jacobus Mac-Gillius, Henr. Balnavius. Et hos comitabantur, Lidingtonius pollicitationibus Moravii pellectus (nec enim domi relinquere auſus) & G. Buchananus in Moravii verba juratiſſimus. Eodemque ipſo die eo acceſſerunt Thomas Howardus Dux Norfolciæ, Th. Ratcliffus Comes Suſſexiæ, paullo ante Præſes Plagæ Borealis conſtitutus, & Radulphus Sadleirus Equeſtris dignitatis, & à ſacris conſiliis, cognitores dati ad cauſſam abdicationis audiendam. Pro Regina Scotorum (quæ indigniſſime tulit, quod Elizabetha ipſam coram audire noluerit, ſubditos tamen contra ipſam audiri coram cognitoribus juſſerit, quandoquidem illa abſoluta Princeps ſubditis accuſantibus reſpondere niſi ex ſuo arbitrio non teneretur) comparuerunt Joannes Leſlæus Epiſcopus Roſſenſis, Guil. Baro Levingſtonius, Robertus Baro Boidius, Gawinus Commendator Kilwinini, Joannes Gordonius, & Jacobus Cocburnus.

Cognitores ab *Elizabetha* dati.

Delegati pro Scota.

Poſtquam conveniſſent die VII. Octobris, & Diplomata, quibus auctoritas ipſis delegata, invicem exhibuiſſent: Lidingtonius adſtans ad Scotos converſus mira orationis libertate monuit: *Quandoquidem ex auctoritate cognitoribus delata nihil aliud Reginæ Angliæ propoſitum eſſe videretur, quam ut illi exiſtimationem Reginæ matris Regis invaderent, famamque dilaniarent, & illa ut arbitra honoraria ſententiam ferret; ut penſiculate ſecum cogitarent, quantum cum periculo odium ſibi attraherent, eam criminoſe accuſando, atque in exiſtimationis diſcrimen adducendo in hac publica & juridica forma coram Anglis profeſſis Scotici nominis hoſtibus, non ſolum apud Scotos Reginæ devotos, ſed apud ceteros Orbis*

*Lidingtonii* ad Scotos admonitio.

*Orbis Chriſtiani Principes, ejuſque in Gallia cognatos; & quam rationem hujuſmodi inſolentis accuſationis non ſine fraude Regni Scotici, Regi redderent, quum ille annis maturior hoc cum ſuo, matris, patriæque dedecore conjunctum exiſtimarit. Conſultiſſimum itaque videri odioſa hac tantæ Principis accuſatione ſuperſedere, niſi Angliæ Regina mutuum defenſionis & offenſionis fœdus cum illis inierit contra omnes qui hoc nomine negotium faceſſerint.* Et hæc, ut inquit ille, amice ex officio admonuit qui Scotiæ Secretarius. Illi obverſis inter ſe oculis contuentes, obmutuerunt. 1568.

Reginæ Scotorum delegati, (primus enim honoris locus illis delatus) priuſquam juramentum præſtarent, proteſtati ſunt, quamvis Scotorum Reginæ viſum fuerit, ut cauſſæ inter ſe & infideles ſubditos coram Anglis diſceptarentur, non tamen inde agnoſcere, ſe alicujus imperio ſubeſſe, quum libera ſit Princeps, & in nullius fide & clientela. Angli itidem proteſtati ſunt, ſe nullo modo illam admittere Proteſtationem in fraudem juris illius quod Angliæ Reges jam olim vendicarunt, ut *Superiores Domini Regni Scotiæ.* Scotorum proteſtatio.

Poſtridie delegati Reginæ Scotorum ſcripto declarant, *Quo modo Jacobus Comes Mortonii, Joannes Comes Mariæ, Alexander Comes Glencarniæ, Humius, Lindſeius, Rethuenus, Sempillus, &c. exercitum nomine Reginæ contra Reginam conſcripſerant, illam interceptam & indigniſſime habitam in carcerem apud Lochlevinum contruſerant, in officinam monetariam irruperant, typos monetarios, aurum argentumque factum & infectum rapuerant, filiumque infantem in Regem inaugurarant, cujus auctoritatem Jacobus Comes Moraviæ ſub* Regentis *ſive* Proregis *nomine uſurpaverat, & omnia regni munimenta, opes, & proventus occupaverat.* Deinde exponunt, *Quo modo illa, ubi primum è carcere poſt undecimum* Delegatorum pro Regina Declaratio.

1568. *cimum menſem evaſerat, publice declaraverat juramento adhibito, quicquid in carcere fecerat, vi, minis, & terrore mortis ab invita extortum fuiſſe. Ut publicæ tamen tranquillitati conſuleretur, auctoritatem Comitibus Argatheliæ, Eglentoniæ, Caſſiliæ, & Rotheſiæ dediſſe, ut res cum adverſariis componeretur, qui tamen eam per avia Dumbrittonium cogitantem armata manu aggreſſi, plurimos fideles ſubditos occiderunt, alios captivos abduxerunt, alios proſcripſerunt, nec alia de cauſſa quam quod Principi fidelem operam navaverant. His indigniſſimis eorum injuriis adactam, in Angliam ſe recepiſſe ad opem ab Elizabetha ſæpius promiſſam implorandam, ut in patriam & priſtinam dignitatem reſtitueretur.*

Reſponſio delegatorum pro Rege.

Pauculis diebus interpoſitis, Moravius Prorex & Delegati pro Rege infante (ita ſe vocabant) reſpondent: *Henrico Darlio, Regis patre, ſublato, Jacobum Hepburnum, Bothwelliæ Comitem, (qui cædis auctor habebatur) eam apud Reginam gratiam iniiſſe, ut illam non invitam rapuerit, Dunbarrum abduxerit, &, priore uxore abdicata, in uxorem aſſumpſerit. Proceres inde permotos, nihil ſe dignius exiſtimaſſe, quam ut in Bothwellium, cædis auctorem, animadverteretur, (quandoquidem cædes illa conjurationi plurium nobilium paſſim imputaretur) Regina in libertatem vindicaretur, ab injuſtis nuptiis exſolveretur, & tenelli Regis ſaluti, regnique tranquillitati proſpiceretur. Quum jam fere ad pugnam res deveniſſet, Reginam Bothwellium amandaſſe, in Proceres minas effulminaſſe, vindictam ſpiraſſe, uſque adeo ut neceſſarium fuerit illam in cuſtodiam dare, donec de Bothwellio invento ſupplicium ſumeretur. Illam autem regnandi moleſtiis laſſatam regno ſponte ceſſiſſe, & in filium transtuliſſe, Moravio Prorege conſtituto. Hinc filium rite in regem inunctum & inauguratum fuiſſe, & hæc omnia ab Ordinibus Regni in Parlamento fuiſſe* compro-

*comprobata & confirmata, Scoticamque Rempublicam juſtitia æquabiliter adminiſtrata revixiſſe, donec quidam, publicæ quietis impatientes, Reginam (contra ac juraverant) aſtute è cuſtodia eduxerint, atque, fide erga regem violata, arma ſumpſerint: De quibus licet (divino numine favente) Rex victoriam retulerit, illos tamen in Patriam & Principem nihil non hoſtili animo præſidenter audere. Inprimis igitur neceſſarium eſſe, ut Regis auctoritas ſarta tecta contra hujuſmodi tumultuantes cives conſervetur.* 1568.

His iterata actione (*Replicationem* vocant) Reginæ Scotorum Delegati occurrunt, priore proteſtatione denuo repetita. *Quod Moravius* (inquiunt) *& conjurati arma ſe ſumpſiſſe dicant contra Reginam, eo quod Bothwellius, quem ut regicidam inſimulant, gratia & auctoritate apud illam pollebat, perfidorum civium notam inde abſtergere non poſſunt, quum illum Regem ſuſtuliſſe Reginæ minime eſſet compertum; imo contra, illum Parium judicio cædis fuiſſe abſolutum, eamque abſolutionem auctoritate Parlamentaria fuiſſe confirmatam, cum conſenſu etiam eorum, qui jam accuſant, & tunc temporis Reginæ auctores fuerunt, ut illum in maritum acciperet, utique imperio gerendo, præ ceteris omnibus, parem, illique fidem Chirographis obligarunt. Nec nuptias vel verbo improbarunt, donec Præfectum Caſtri Edenburgi, & Urbis Præpoſitum in ſuas partes pellexiſſent. Tunc enim nocte intempeſta Caſtrum Borthwicum (ubi Regina egit) hoſtiliter adorti ſunt, quumque illa per tenebras evaſiſſet, ſtatim conſcripto exercitu, ſpecie ad Reginam defendendam, ipſi Reginæ, Edenburgum cogitanti, ſignis explicatis ſe objecerunt, Grangioque præmiſſo monuerunt ut Bothwellium dimitteret, donec judicio ſiſteretur; quod illa ut humano ſanguini parceretur, libens fecit. Grangius autem Bothwellium diſcedere clam monuit, fidemque*

Replicatio pro Regina.

1568. *demque dedit neminem perſecuturum, adeo ut ipſis volentibus ille diſceſſerit, quem facile poſtea comprehendere poſſent. Verum Regina jam capta, eum neglexerunt, ut ſuis ambitioſis rationibus conſulerent. Quum illi ſubditi eſſent & Reginæ fidem devoviſſent, aſperius autem quam pro Regia Majeſtate tractaſſent, haud mirum videatur, ſi illa aſperius iſtos alloqueretur. Quum cauſſam ad univerſos regni Ordines illa lubens referret, idque per Lidingtonium Secretarium ſignificaret, ne audire quidem voluerunt, ſed noctu ad Lacum Levinum ſecreto abduxerunt, & carcere incluſerunt. Quod dixerunt illam, regnandi moleſtiis laſſatam, regno ceſſiſſe, à veritate omnino alienum eſt; quandoquidem illa nec erat ætate affecta, nec valetudine infirma, ſed animo & corpore par maximis negotiis. Hoc certiſſimum, Comitem Atholiæ, Tullibardinum, & Lidingtonium (qui & ipſi à conſiliis) monuiſſe, ut Diplomati ceſſionis ſubſcriberet, quo mortem certo intentatam ſubterfugeret: nec hoc captivæ, vel heredibus fraudi futurum, quum* carcer ſit juſtus metus; & promiſſum ab incarcerato factum, *ex Juriſprudentum ſententia*, non valeat. *Nicholaum etiam Throcmortonum idem ſchedula ſua manu ſcripta ſuaſiſſe, quem & illa rogaverat, ut Reginæ Angliæ ſignificaret, ſe invitam atque coactam ceſſioni ſubſcripſiſſe. Ad hæc Lindſeium, quum Diploma ceſſionis ſubſcribendum exhiberet, terrores mortis denunciaſſe, & adegiſſe, ut Diplomati ne lecto quidem lacrimans ſubſcriberet. Dominumque Caſtri Lochlevini teſtimonium ſubſignare abnuiſſe, quod illam invitam ſubſcribere viderit, & certo noverit. Iniquiſſimam etiam eſſe illam ceſſionem, qua nihil unde viveret aſſignatum, nec libertas conceſſa, nec vitæ ſecuritas promiſſa; ut æquis rerum æſtimatoribus hujaſmodi iniqua ceſſio Regiæ Majeſtati præjudicaſſe non videatur, quam ſtatim atque libera fuit, ut coactam coram multis regni*

*Proceribus,*

*Proceribus*, declaratoria facta, *renunciavit. Nec quæ* 1568.
*Parlamentaria auctoritate ſe feciſſe gloriantur, Reginæ præjudicio eſſe debere. Quum enim centum plus minus Comites, Epiſcopi, & Barones ſuffragia in Scotiæ Parlamentis habeant, in tumultuario iſto Parlamento non plures quam quatuor Comites, unicum Epiſcopum, unum & alterum Abbatem, & ſex Barones interfuiſſe, atque ex tantillo numero nonnullos proteſtationem interpoſuiſſe, ne quid in fraudem Reginæ aut Succeſſorum fieret, quia illa captiva. Nec Legatum Anglicum nec Gallicum admiſſos, ut ex ipſa cognoſcerent an ſponte regno ceſſerit, quamvis hoc iterum atque iterum efflagitaverint. Tantum autem abeſſe, ut ſub uſurpante Prorege Reſpub. æquabiliter fuerit adminiſtrata, ut impietas nunquam impunius graſſaretur, ſacras ædes ſubruendo, clariſſimas familias evertendo, plebemque miſeram affligendo. Maximopere igitur rogarunt, ut Angliæ Regina cognatæ Reginæ, indigniſſime oppreſſæ, gratia, conſilio, & auxilio quamprimum opitularetur.* Hactenus ex ipſis Delegatorum autographis quæ vidi.

His auditis, quum cognitores poſtularent, ut Moravius cauſſas ejuſmodi ſeveritatis in abſolutam Reginam in medium produceret, & ſolidius probaret; quandoquidem quæcunque hactenus prolata, teſtibus non eſſent munita, ſed ſuſpectæ fidei litterulis: & Lidingtonius clam innuiſſet, ſe ſæpius Reginæ characteres ementitum eſſe: ille ſororem apud exteros ulterius accuſare defugit, niſi Regina Angliæ repromitteret infantis Regis tutelam ſuſcipere, & Reginam Scotorum penitus derelinquere. Quum illi ex auctoritate delegata hæc promittere non poſſent, accerſitur unus & alter ex utriuſque partis Delegatis Londinum, quibus Elizabetha denunciavit, ſe nondum poſſe ſubditos à culpa contra Principem eximere, velle tamen pro illis apud eam inter-

*Moravius rationes Reginam abdicandi reddere recuſat.*

1568. cedere, & audire ſi quid amplius habeant quo ſe excuſent. Moravius qui illos ſubſecutus eſt, ſororem accuſare plane abnuit, niſi ex ea lege quam Eboraci dixerat. Jam cognitores revocantur & auctoritas abrogatur, Duce quidem ex animo lætante, qui Reginæ Scotorum in ſucceſſione juri ſemper impenſe faverat, & exiſtimavit nihil aliud nunc agi, quam ut æternæ infamiæ nota ei inureretur, indeque cum filiolo omni jure ſucceſſionis in Anglia ut indigna excluderetur, ſeque duplici periculo defunctum putavit. Verebatur enim, ſi contra eam pronunciaſſet, ne conſcientiæ vim inferret, eamque peſſumdaret; ſin pro illa, ne implacabilem Reginæ indignationem, & omnium qui à Scotorum Regina religionis nomine, aut aliis de cauſſis averſi erant, odium ſubiret.

Auctoritas cognitorum revocatur, Norfolcio lætante.

Verum quum ab amicis Reginæ expulſæ res in Scotia turbarentur, & Moravii præſentia ibidem opus eſſet, *ille* coram Regina, Bacono Magni Sigilli Cuſtode, Duce Norfolciæ, Comitibus Arundeliæ, Suſſexiæ, Leiceſtriæ, Clintono maris præfecto, Guil. Cecilio, Radulpho Sadleiro, qui cognitores novo Diplomate conſtituti, accuſationem inſtituit, articulos conjecturales, quorundam teſtimonia, & decreta in Ordinum conventu facta in medium producit, inprimis autem amatorias quaſdam Epiſtolas, & carmina Reginæ manu (ut aſſeruit) conſcriptas, ut eam cædis mariti conſciam probaret, & Buchanani libellum (cui titulus *Detectio*) legendum exhibet, qui parum fidei apud majorem partem cognitorum invenit, ut hominis partiarii, & fide promercali. Epiſtolis vero & carminibus (quum nomina, ſubſcriptiones, notatio temporis deeſſent, & ubique plures ſint falſarii, qui aliorum characteres tam ſcite aſſimilare & exprimere norunt, ut veri ab ementitis non internoſcantur) Elizabetha vix fidem adhibuit, licet muliebris æmulatio

Novi cognitores dati.

(quæ

(quæ illum ſexum tranſverſiſſimum agit) interceſſerit; 1568.
ſatiſque habuit, quod ex his accuſationibus aliquid probri Scotorum Reginæ adhæreſceret.

Ubi autem illius Delegati accepiſſent, illam contumelioſiſſime à Moravio accuſari, reſpondere paratiſſimi erant, ſed illa delegatam auctoritatem jam abrogaverat, à Juriſperitis nonnullis Anglis clam edocta, hoc ex jure licere, quandoquidem illa prior cognoſcendi auctoritas Duci & ceteris eſſet abrogata. Novoſque cognitores, quorum unum & alterum ſibi iniquiores exiſtimavit, plane recuſavit, niſi Galli Hiſpanique Legati adjungerentur, & ipſa coram Regina & illis ad ſuam innocentiam tuendam publice admitteretur, Moravius detineretur & judicio ſiſteretur, quem cædis Darlii architectum probari poſſe affirmavit. Quæ quum Norfolcius, Arundelius, Suſſexius, Leiceſtrius, & Clintonus non iniqua cenſerent, Elizabetha ſubirata palam dixit, Advocatum Scotæ nunquam defuturum dum Norfolcius ſupereſſet. Satiſque habuit, crimina, à Moravio objecta, ſingulis à ſacris conſiliis, & etiam Comitibus Northumbriæ, Weſtmorlandiæ, Salopiæ, Wigorniæ, Huntingdoniæ, & Warwici convocatis impertiri ſub Sacramento ſilentii, ne alterutri parti præjudicarent. Quumque Moravius domum revocaretur, & Boidus (quod vulgo ferebatur) Scotorum Reginam è carcere ſubducere moliretur, res in aliud tempus dilata eſt, Elizabetha Scotorum inſolentiam in abdicanda Regina [1] ex animo averſante.

*His Scota cauſſam non ſubmittit.*

*Niſi conditionibus.*

*Res in nihilum recidit.*

Advenerat hoc tempore è Gallia Hamiltonius, Dux Caſtri-Heraldi, à Guiſiis ſubmiſſus, ut quæſtionem contra Moravium de regno Scotiæ adminiſtrando, in pupillari Regis ætate moveret, qui coram Elizabetha, ex

*De adminiſtratione Scotiæ quæſtio.*

1. *Ita quidem propria manu in noſtro Codice correxit ipſe Camdenus, quum antea eſſet,* ex animo, ut videbatur, averſata. *Ni fallor correctionem in alio quodam exemplari viderant Belgæ, qui & ipſi proinde mutarunt.*

1568. patriæ inſtitutis, ſe, ut Regi genere proximum, Moravio notho in adminiſtratione præponendum contendit. Contra Moravius & Regis Legati edocuerunt, regni gubernaculum non genere conjunctiſſimis, ſed maxime idoneis Ordinum conſenſu electis committendum. Injuſtiſſimum autem eſſe, tenellum Regem ei in manus tradere, qui ex generis propinquitate regno ambitioſe inhians facile regnandi cupidine jus violaret. Id inprimis in Hamiltoniis verendum, qui graviſſimas cum Regis majoribus Lenoxiæ Comitibus exercuerant inimicitias, Regis proavum paternum nefarie occiderant, Matthæum avum inopem è Scotia expulerant, & hic ipſe Hamiltonius Henricum Regis patrem acerbo odio exagitaverat, matremque, ut regno facilius potiretur, Gallo tradiderat. Quibus auditis, Elizabetha Hamiltonio denunciat iniquiſſimum eſſe quod petebat, ſimulque juſſit ne ex Anglia diſcederet, priuſquam Moravius in Scotiam rediiſſet.

*Moravius* nuptias cum Scota Norfolcio proponit.

Moravius paullo ante diſceſſum, ſubdole Norfolcio nuptias cum Regina Scotorum, & ipſi etiam Reginæ ſpem reſtituendæ in regnum, per Melvinum clam propoſuerat (ut mox dicemus) ſimulque, ut Elizabetham à Scotorum Regina magis abalienaret, ſparſerat rumores, illam tranſcripſiſſe jus ſuum in Angliam in Ducem Andinum, tranſcriptionemque Romæ fuiſſe confirmatam. Litteras etiam oſtendit (veras an ementitas non dixero) quas Scotorum Regina ad ſuos ſcripſerat, in quibus & Elizabetham arguit, quaſi, contra ac promiſerat, ipſam tractaſſet, & aliunde ſpem auxiliorum oſtentavit. Hoc ſane Elizabetham ſollicitam habuit, nec conjectare poterat, unde ſpes illa nova affulgeret, quum in Gallia bellum inteſtinum adeo recrudeſceret, ut Epiſcopus Rhedonenſis ad eam miſſus à Rege fuiſſet, rogatum ne Gallicis rebus ſe intermiſceret, & Ducem Albanum,

Rumores tamen contra eam ſpargit.

banum, qui anno ſuperiori in Belgium ad profligandam Proteſtantium religionem venerat, res admodum turbidæ diſtinerent. 1568.

Verum, ut poſtea eluxit, (& Hieronymus Catena Alexandrino Cardinali ab Epiſtolis prodidit) Robertus Ridolphus Florentinus, qui diu inſtitorem Londini egerat, ſubornatus erat à Pio Quinto Pontifice Romano (quum *Nuncium* palam mittere non auderet) qui Pontificios in Anglia contra Elizabetham clandeſtino concitaret, quod ſedulo ſane & ſecreto fecit. Suſpicio etiam, ſed levis illa quidem, enata erat ex occultioribus colloquiis Eboraci inter Lidingtonium, Epiſcopum Roſſenſem, & Norfolcium, quem illi obteſtati ſunt ut conſilium & ſtudium ad afflictiſſimæ Reginæ ſalutem conferret, etiam ejuſdem nuptiis oblatis, quas ille, ut periculo plenas, modeſto reſponſo rejecit. Quantum tamen per honorem, fide in Principem & patriam integra liceret, afflictæ Reginæ non defuturum pollicitus. Suſpicionem admodum auxit Ligonus Norfolcii famulus, vir ſumme Pontificius, crebris ad Boltonam (Baronis Scropi Caſtrum) itationibus, ubi Scotorum Regina ſub cuſtodia Fr. *Knolles* detinebatur, quæſito colore ad inviſendam & ſalutandam Scropi uxorem quæ Norfolcii ſoror. Quamvis hinc nihil certi adhuc eluceret; Scotorum Regina à Boltona, ubi omnes circumvicini erant Pontificii, in regni interiora ad Tutburiam abducitur, & Georgio Salopiæ Comiti in cuſtodiam traditur.

Suſpiciones de Norfolcio.

Regina Scotorum Salopiæ Comiti commiſſa.

Elizabetha autem de Religionis, Reipubl. & ſua ipſius ſalute curam jam adhibuit majorem, eoque magis quod cum Guiſii in Gallia, tum Albanus in Belgio conſilia ad Proteſtantium religionem excindendam Bajonæ inita actitare incepiſſent. In Gallia enim pax principio hujus anni propoſita in fumum abierat, publicatis edictis quibus reformatæ religionis cultus penitus interdictus,

Tertium civile in Gallia bellum.

1568. dictus, ejuſdem profeſſores publicis muneribus abdicati, verbi Miniſtri regno intra ſtatum tempus excedere juſſi. Et jam ubique ad arma contra eos conclamatum, etiam & ſævitum, licet Elizabetha multis obteſtationibus per Norriſium Legatum egiſſet, ut pax ſolida & ſincera conficeretur, & ſubinde Regem monuiſſet, ne intempeſtivis remediis animos accenderet, atque ante omnia, ut ab illis caveret, qui fideles ſubditos exſtirpando, Galliæ vires ita labefactare ſtudent, ut aliis in prædam exponeretur. Verum quum ille nullum hujuſmodi obteſtationibus locum relinqueret, quin ex Italia, Germania, & Hiſpania pecuniam, & auxiliares copias contraheret; & illa ad Proteſtantes, ne communi cauſſa conjunctis deeſſet, qui non jam contra Regem, ſed ad ſui defenſionem arma ſumpſiſſe ſancte proteſtabantur, centum millia aureorum (quos *Angelos* vocamus) & apparatum bellicum large ſubmiſit, Galloſque in Angliam confugientes nullo non humanitatis genere proſecuta eſt, ut etiam & Belgas, quorum magna multitudo, Albano nihil niſi cædem & ſanguinem ſpirante, in Angliam, ut in aſylum, ſe receperant. Qui Reginæ permiſſu Norwici, Colceſtriæ, Sandwici, Maidſtonæ, & Hamptonæ ſedes poſuerant magno ſane Angliæ emolumento. Artem enim conficiendi levidenſas, quas *Bayes & Sayes* vocant, & id genus alia linea & lanea varia textura primi in Angliam intulerunt.

*Elizabetha* Proteſtantibus in Gallia ſubvenit.

Belgas benigne excipit.

Qui Angliæ benefici.

Ab inſtituto non alienum videatur, ſi paucis hîc perſtringam quibus initiis bellum Belgicum hoc tempore proruperit, cujus ſæpius neceſſario meminero; quandoquidem cum rebus & rationibus Anglicis ſit colligatum & implicitum.

Belgici belli initium.

Quum Hiſpanus ſanguinaria in re religionis edicta in Belgio nullis precibus mitigaret, ſed Hiſpanica Inquiſitione in hominum conſcientias gravius ſæviret, Concilium

cilium Ordinum Belgicarum Provinciarum (quod ad res 1568.
componendas unicum & uſitatum erat remedium) haberi vetaret; decretiſque ex Hiſpania, & non ex indigenarum conſilio, Rempub. adminiſtraret; pauci è fæce plebis excitato tumultu, Imagines paſſim per templa furenter diſturbarunt & comminuerunt. Et licet tumultus iſte ſtatim compoſitus, ille tamen eorum conſilio uſus, qui liberrimæ nationi jugum imponere percupierunt, arrepta occaſione ex privata paucorum temeritate, publicum rebellionis crimen populo univerſo intendit, & (quaſi libertas jam eſſet plane amiſſa) Ferdinandum *Alvarez*, Ducem Albanum, hominem efferum, ad dominationem invadendam miſit, qui nullo ſanguine Principem attingens, in ſumma præfectura contra patrios mores conſtitutus, auctoritate ordinariis tribunalibus erepta, novis auditoriis erectis, proceribus à non ſuis judicibus damnatis, & è medio ſublatis, Hiſpanorum præſidiis per urbes & oppida diſpoſitis, arcibus impoſitis, viceſima rerum ſoli, mobilium decima in ſingulas alienationes per vim exactis, diuturnum & exitioſum bellum excitavit.

Dux Albanus.

Per id temporis magna vis pecuniæ à Genuenſibus, & aliis mercatoribus Italis, ex Hiſpania in Belgium ad rem fœnore faciendam in majore navi Cantabrica, & quatuor minoribus navigiis (*Zabras* Hiſpani vocant) mittebatur, quæ Turio Caſtelerio Gallo perſequente, & Guilielmo Wintero Anglo defendente, in Plymutham, Falmutham & Hamptonam, Angliæ portus, ægre evaſerant. Quod ubi primum Regina audivit, portuum Magiſtratibus imperavit, ut Hiſpanos omni cum humanitate tractarent, naveſque contra Gallos defenderent, Gerarduſque De-Speſius, ex ordine Calatravæ Eques, Hiſpani in Anglia Legatus, à Gallis timens cum Regina egit, quæ ex ejus fide Hiſpani pecuniam eſſe credidit,

Pecunia in Belgium miſſa detenta.

ut

1568. ut nova mandata mitterentur ad naves illas contra Gallos imminentes tuendas. Quibus impetratis, denuo egit, ut pecunia illa per Angliam, & deinde mari Antwerpiam ſecure tranſmitteretur. Annuit illa, & terra marique ſecuritatem promiſit. Interea parum abfuit quin Galli alteram è navibus abduxiſſent, niſi Angli repuliſſent. Conſultiſſimum igitur viſum eſt pecuniam, ut in tuto eſſet, è navibus in terram exponere. Nec dum tota in terram expoſita erat, quum De-Speſius male credulus ſignificaret Albano Reginam pecuniæ manum injeciſſe. Dumque ille hac de re conſulit Albanum, Odetus Caſtillioneus Cardinalis, qui è Gallicis tumultibus huc ſe ſubduxerat, Elizabethæ innuit, pecuniam illam non eſſe Hiſpani, ſed Genuenſium quorundam Mercatorum, quam in ſuos uſus in Proteſtantium exitium Albanus, mercatoribus invitis, attracturus erat. Hinc inter regni Conſiliarios agitatur, an hæc pecunia detinenda. Plerique in Belgium tranſmittendam cenſuerunt; ne Hiſpanus potentiſſimus Princeps, jam ſatis ſuperque Anglis infenſus, irritaretur. Elizabetha autem certo edocta ab uno & altero pecuniæ proprietario (qui male metuerunt, ne Albanus involaret) illam univerſam ad mercatores & nihil ad Hiſpanum ſpectare, qui tantum ex Hiſpania exportari permiſerat, ſtatuit, fiduciaria cautione interpoſita, à mercatoribus mutuo ſumere, quod Principes de bonis in ipſorum portubus deprehenſis aſſolent, & Hiſpanus ipſe nuper factitarat. Et hoc, Legato Hiſpani, litteras Albani de pecunia illa tranſmittenda tradenti, proteſtata eſt, ſancte pollicita, ſe reddituram ſimul ac certo conſtaret, propriam eſſe Hiſpani pecuniam. Quo ipſo quidem die, *vid.* XXIX. Decembris, Albanus furenter impatiens in Anglorum bona paſſim per Belgium involavit, Angloſque captos militari manu aſſervavit; ut cuivis ex temporis obſervatione

Anglorum bona in Belgio detenta.

inno-

innoteſcere potuerit, Albanum hoc contra Anglos in terrorem ſtatuiſſe, quomodocunque Regina de pecunia ſatisfaceret. Illa imperterrita, nihilo ſegnius Belgas, & eorum merces & naves in Anglia capi juſſit, quæ longe plures erant quam Anglorum quas Albanus in Belgio deprehendit, ut illum ſerius incepti pœnituerit, qui vulnus, quod principio facile ſanari poterat, intempeſtive exulceravit. 1568. *Et Belgarum in Anglia.*

Penultimus hujus anni dies (digreſſiunculæ in boni viri memoriam ignoſcite) ultimus erat Rogero Aſchamo, qui in Eboracenſi Comitatu natus, & Cantabrigiæ educatus, inter primos noſtræ nationis litteras Latinas & Græcas, ſtylique puritatem cum eloquentiæ laude excoluit, Elizabethæ ſtudiis aliquamdiu præfuit, eidemque Reginæ ab Epiſtolis erat Latinis. Quum tamen alea & alectryomachia plus nimio oblectaretur, re tenui vixit & obiit, relictis duobus libris elegantiſſimis, ingenii monumentis, lingua vernacula, quorum alterum *Toxophilum*, alterum *Scholarcham* [1] inſcripſit. Fato etiam functus eſt Thomas Youngus Archiepiſcopus Eboracenſis, & Concilii Borealis Præſes. Succeſſit Edmundus Grindalus. Sed ad rem. *Rogeri Aſchami obitus.*

## M. D. LXIX.

DIE ſexto Januarii Programma Londini editum eſt de bonis Anglorum ab Albano detentis, in quo pleraque jam dicta explicantur, & culpa in De-Speſium conjicitur. Ille Antigramma opponit, in quo innuit, Programma illud non à Regina emiſſum, ſed Reginæ nomine à nonnullis, qui Hiſpano iniquiores, & Belgis rebellibus æquiores. Priſtinam Reginæ erga Hiſpanos benevolentiam collaudat, eandem immerito abaliena- *Programma de bonis detentis.* *Antigramma.*

1. Inſcripſit. Sed ad rem redeamus. M.D. LXIX. Die ſexto Januarii &c. *tantummodo in Edd. prioribus.*

1569. tam deplorat, non majorem fidem ſibi legato & Albani litteris adhibitam ſtomachatur, pecuniam illam detineri demiratur, quum magis intereſſet Reginæ (ut ipſe dixit) pecuniam Hiſpano contra rebelles ſuppeditare, quam detrahere. Denique eam, quaſi prima injuriam intulerit, taxat, Albanique factum & ſe excuſat. Nec his contentus libellos famoſos ſpargit, in quibus Reginæ exiſtimationem contumelioſe atterit, ſub nomine *Amadis Orianæ*. Unde reprehenſus, cuſtodes ad unum & alterum diem dati, & illa hæc & hujuſmodi fuſe, ſed fruſtra apud Hiſpanum queritur.

In *Cecilium* conjuratio. Ex hac pecunia detenta nonnulli Angliæ proceres, inter quos Marchio Wintoniæ, Dux Norfolciæ, Comites Arundeliæ, Northumbriæ, Weſtmorlandiæ, Penbrochiæ, Leiceſtriæ, & alii, in Cecilium cauſſas, ut ſemel atque iterum jam antea, de pecunia ad Galliæ Proteſtantes miſſa, quærebant, re vera autem quod ægris oculis ejus apud Reginam potentiam intuerentur, Suffolcienſi familiæ in regni ſucceſſione favere ſuſpicarentur, &, ne ipſorum conatibus viam obſtrueret, vererentur. Occultumque conſilium inibant eum in carcerem conjiciendi, Throcmortono æmulo ſuggerente, ſemel incarceratum peſſundandi rationes fore expeditiſſimas. Sed neſcio cujus indicio, Regina hoc opportune reſcivit, & Cecilius ſtructas inſidias animoſa Principis fortitudine, quæ ipſo temporis articulo interveniens nutu eos cohibuit, facile ſuperavit. Simulque illa infregit aliud occultius eorum conſilium publice declarandi Reginam Scotorum indubitatam Angliæ heredem (contra libellum pro jure Suffolcienſis emiſſum) ſi quid humanitus Elizabethæ accideret.

Pecunia repetita. Ad detentam pecuniam repetendam jam venit ab Albano D'Aſſonvilius, quumque litteras ab Hiſpano haberet nullas, Elizabetha ad Conſiliarios remiſit, quos ille

primum

primum adire recuſavit; mox tamen adiit, & auditus, 1569.
poſt menſem re infecta rediit.

Mercatores Angli Hamburgum in Germania, tanquam ad novum Emporium, merces convehunt, Albanus omnia omnino commercia cum Anglis interdicit, & nequid in Belgium ab illis invehatur vel evehatur, exploratores inſtituit. inter quos J. Storius profugus Anglus Legum Doctor erat ſagaciſſime diligens, qui prius in Principis vitam Preſtallum impoſtorem Magicum conſuluerat, & de patria invadenda Albano conſilia ſuggeſſerat. Sed ille dolo compoſito in navem, quæ merces Anglicas & libros hæreticos intuliſſe ferebatur, illectus, expanſis mox velis in Angliam erat abductus, ubi tandem ultimo ſupplicio (ut ſuo loco dicemus) affectus.

Emporium Anglorum Hamburgi.

D. *Storius* interceptus.

Albanus non his contentus, imperat, ut nullæ niſi armatæ naves è Belgio prodirent, & Anglis, ubicunque invenerint, manus injicerent. Quod etiam in Hiſpania fieri curavit, ubi Angli Mercatores & nautæ, bonis fiſco addictis, in Inquiſitionem abrepti, & in triremes damnati. Juſſitque Hiſpanus litteris ad Comitem Montis Agundi Bœticæ præfectum, ne oleum, alumen, ſaccharum, aromata, & id genus alia in Angliam exportarentur, ratus, ſi hiſce Angli deſtituerentur, facile in rebellionem prorupturos: ſimulque per clandeſtinos internuncios cum Duce Norfolciæ, & Ormondiæ Comite agit, ut hic in Hibernia, ille in Anglia Reginæ negotium faceſſerent, quod illi (qua fuerant in Principem fide) ingenue aperuerunt. Quamprimum maritimi Angliæ populi hæc comperiſſent, incredibile eſt quanta alacritate maria inſiluerint, & quam late piraticam in Hiſpanos exercuerint, adeo ut ad eos cohibendos edicta prodierint, in quibus prohibitum, ne quis à deprædatoribus merces emeret.

Albani in Anglos furor.

Hiſpanus rebelliones in Reginam concitare ſtudet.

Piratæ cohibiti.

1569. Nec minus impeditæ erant hiſce diebus in Ruſſia quam in Belgio res mercatoriæ Anglorum, tam ex falſa inſtitorum fide, & prava ipſorum inter ſe, quam Germanorum & Ruſſorum in eos æmulatione; dum hi de dolo malo & mercium pretio adaucto, Angli qui è ſocietate Moſcovitica non erant, & Germani, de Monopolio conquererentur. Ad hæc ſananda, ſuperiori anno miſſus erat Thomas Randolphus. Qui licet minus gratus Imperatori Ruſſico, quum ſedulo de re mercatoria & nihil de fœdere, cujus anno M.D.LXVII. meminimus, egerit, illo tamen intercedente, Imperator pro ſingulari ſua in Reginam & gentem Anglicam benevolentia, conceſſit Anglicæ in Ruſſia ſocietati immunitatem à vectigalibus, libertatem quacunque vellent per ampliſſimi Imperii ſui Regiones merces diſtrahendi, & in Perſiam Mediamque per mare Caſpium exportandi, quum ceterarum gentium Mercatoribus non liceat mille paſſus ultra urbem Moſcuam proficiſci: domoſque dedit ad funes navales torquendos, & territoriolum quinque mill. paſſ. in ambitu cum ſilvis ad ferrum conflandum, Angloſque in *Opprifney*, i. in *delectum ſemen populi ſui*, ſuſcepit.

Negotiatio in Ruſſia impedita.

Anglorum in Ruſſia libertas.

Nunc illi confidentius regiones illas perluſtrare cœperunt, per Dwinam adverſo flumine remigio & helciario opere navigiis monoxylis merces Vologdam devehere, inde terreſtri ſeptem dierum itinere Yeraſlaviam, deinde per Volgam (qui latitudine mille plus minus paſſus patet, & argillaceo ſolo quercubus & betulis redimitus defluit) ad Aſtracanam xxx. diebus totidemque noctibus flumine ſecundo. Ab Aſtracana vero, ubi navigia conſtruxerunt, magno ſane & memorabili auſu Mare Caſpium, quod admodum vadoſum, ſæpius trajecerunt; & per vaſtas Hircaniæ & Bactrianæ ſolitudines ad *Teverin* & *Casbin*, Perſiæ urbes, penetrarunt, ſpe

Eorum in Ruſſia mercatura.

Et per mare Caſpium in Perſia.

certa

çerta Cathaiam tandem aperiendi. Sed bella, quæ inter Turcas & Perſas mox flagrarunt, & barbarorum latrocinia, hoc laudabile Londinenſium inſtitutum interruperunt. Imperator autem Randolphum cum lautiis remiſit, & cum eo Andream Gregoriwitzium Savienam ſplendida ſane pro more gentis legatione, qui laute à Londinenſibus, & honorifice à Regina exceptus. 1569.

Legatio Ruſſica in Angliam.

Propoſuit ille fœdus quoddam lingua Ruſſica conſcriptum, quod iiſdem plane verbis, arcanis litteris faciendum ipſo præſente, atque in linguam Ruſſicam cum omnibus litteris transferendum, Reginæque manu, ſigillo, & jurejurando muniendum poſtulavit: necnon ut Regina ſuum legatum in Ruſſiam mitteret, qui iiſdem verbis litteras arcanas, Imperatoris ſigillo & crucis oſculo coram confirmatas, viciſſim acciperet. Regina fœdus paciſcitur cum clauſula *reſervationis*, quoad ſibi per fœdera cum aliis Principibus prius contracta licuerit, ad mutuam opem contra hoſtes communes præſtandam, ita ut nihil contra jus faſque fieret. Quod ſi ille quocunque caſu ſolum mutare, vel à domeſticis, vel externis hoſtibus adactus fuerit, illum, uxorem, & liberos omni honore tanto Principe digno excipere & tractare, locum perendinationi commodum aſſignare, ſuæ religionis cultum libere permittere, & facultatem diſcedendi pro arbitrio, ſanctiſſime verbo Principis Chriſtiani, coram Legato & intimis Conſiliariis promiſit & ſigillo confirmavit. Hæc enim ille arcanis illis litteris ſummopere efflagitaverat. Tantum autem abfuit, ut hæc homini feroci, cui ſuus animus, ſua libido jus erat, ſatisfacerent, ut longis litteris omnia ſua in gentem Anglicam beneficia enumerando indignanter exprobraret: Reginam, quod legatum cum ſuo non miſerit ad jusjurandum recipiendum, ſtomachatur, eam quaſi ſui negligentem, & mercatorum negotiis Principe indignis

Fœdus Ruſſicum.

Ruſſi in Anglos indignatio.

1569. dignis nimio plus intentam arguit: quos ſuis rationibus adverſari ſuſpicatus, ut ſordidos & lucro potius inhiantes, quam Principum honori conſulentes, contemptim & contumelioſe perſtringit, privilegia indulta revocare atrociter minatus. Quod tamen blandis Reginæ litteris per Jenkinſonum placatus non fecit; ſed eam dum vixit ut ſororem diligentiſſime obſervavit, de fœdere illo ſolidius confirmando ſubinde interpellavit, Angloſque præter ceteros eximie dilexit.

Placatur.

*Moravius* Scotæ amicos opprimit.

Jam Moravius, qui ſpe reſtituendi Reginam Scotorum, ipſi Reginæ, Norfolcio, & aliis in Anglia propoſita, ſecurum ſibi in Scotiam reditum paraverat, (illa enim Scotos, ejus vitæ inſidiantes, cohibuerat, & ne reditum impedirent, juſſerat,) ubi primum Edenburgum venit, nobiles Reginæ addictos quæſito colore conſultandi de eadem reſtituenda convocat. Quo quum primi advenisſent Hamiltonius Dux Caſtri-Heraldi Vicarius Regni à Regina conſtitutus, & Heriſius, perſuaſi credulæ Reginæ litteris, ille eos, dum fraudes timet, circumvenit, ceteriſque quidem ne exſpectatis, in carcerem condit, & illico Reginæ fautores omnibus belli injuriis graviter exagitat.

Rumores contra *Moravium*.

Hinc rumores per Scotiam late contra Moravium diſſeminati, ſcilicet eum in pactionem cum Elizabetha veniſſe, ut tenellus Scotorum Rex in Angliam educandus traderetur, Caſtra Edenburgi & Sterlinii Anglorum præſidiis firmarentur, Dunbrittonum in Anglorum uſum expugnaretur, Moravius legitimus regni Scotiæ ſucceſſor, ſi Rex ſine ſobole obiret, promulgaretur, regnumque ut Elizabethæ beneficiarius teneret. Hæc ita increbuerunt, & probabilitate quadam animos hominum per univerſam Britanniam perculerunt, ut Elizabetha & ſuæ exiſtimationis, & etiam Moravii intereſſe putaverit has maculas abſtergere. Scripto itaque edito hæc à veritate

Eos *Elizabetha* refellit.

tate alieniſſima eſſe *verbo regio* declarat, & ab iis con- 1569.
ficta qui utriuſque regni tranquillitati invident, nec ullam inter ſe aut ſuos adminiſtros, & Moravium (quam novit) pactionem verbo aut ſcripto interveniſſe, ex quo poſtremo in Angliam venerit. Comitem autem Lenoxiæ avum tenelli Regis rogaſſe ut Rex, ſi ab improborum machinationibus in Scotia tutus eſſe non poſſet, in Angliam mitteretur. Præterea aſſeverat, ſe pro falſo reputare quicquid de pactione inter Moravium & Hertfordiæ Comitem perhibetur, ſcilicet illos mutuam operam ad utriuſque regni Coronam occupandam præſtituros. Denique per ſe non ſtetiſſe, quo minus res inter Scotorum Reginam & filiolum nondum ſit tranſacta; ut vero tranſigatur elaboraturam. Et certe elaboravit, Scotæ
licet conflictaretur hinc metu ex æmulatione inveterata miſeretur.
quæ inter Principes mulieres nunquam moritur, inde miſeratione ex humanæ fragilitatis ſubinde repetita recordatione.

Miſerationem hanc Scotorum Regina magis concitavit, metumque minuit crebris litteris amore pleniſſimis, in quibus ſancte promiſit & pro humanitate quam fuerat experta, & arctiſſima quæ intercedit cognatione, ſe nihil in illam molituram, nec cuipiam al- De ea reſtituenda
teri Principi reſtitutionem velle debere. Adeo ut Eli- agit.
zabetha cum Moravio, aliiſque Scotis per Woodum, qui ab Epiſtolis Moravio, maximopere egerit de ea in priſtinam regiam dignitatem reſtituenda: ſin minus, ut regio titulo conjunctim cum filiolo uteretur: ſi nec hoc concederetur, ut tanquam privata, domi apud ſuos libere, ſecure, & honorifice dies degeret. Verum Moravium, jam ſumma rerum potitum, nequaquam permovere poterat.

Ferebatur his diebus rumuſculi aura inter homines melioris notæ, Ducem Norfolciæ Scotorum Reginam

in

1569. in uxorem ductūrum, quod pro partium ſtudiis varie expetitum, dum Pontificii hinc ſuæ per illam religioni, alii per illum Reipublicæ conſultum iri ſperarent. Certe plurimi, qui Reginam à conjugio alienam viderunt, & exteros Principes, Angliæ hoſtes, oculos & animos in Reginam Scotorum, tanquam certiſſimam Angliæ heredem conjicere, exiſtimarunt magis ad quietem fundandam, & Scotorum Reginam intra terminos continendam, ut illa Norfolciæ Duci, inter Angliæ proceres longe maximo, & nobiliſſimo, gratia apud plebem pollenti, & in Proteſtantium religione innutrito conjungeretur, quam Principi extero, qui per eam utrique regno periculum faceſſeret, & utriuſque hereditatem adiret, quam in Anglici ſanguinis Principe conſolidari primis votis exoptarunt, ſi quid humanitus Scotorum Regi infantulo accideret. Quem etiam in Angliam abducere propoſuerunt, ut ille verus Angliæ heres apud Anglos educatus Anglis charior eſſet, omnis de ſucceſſione ſcrupulus tolleretur, Elizabetha nihil à Duce & Scotorum Regina timeret, quum illum in poteſtate haberet. Præterea, ne quid Dux in illum attentaret, ſed charius adamaret, ſtatuerunt, ut Margareta, unica Ducis filiola, eidem de futuro deſponderetur. Inter hos fuerunt Arundeliæ, Northumbriæ, Weſtmorlandiæ, Suſſexiæ, Penbrochiæ, Southamptoniæ Comites, Baroneſque complures, & ipſe etiam Leiceſtrius, an falſo & inſidioſe in Ducis perniciem, incertum, qui tamen omnes rem prius Reginæ communicandam, ejuſque arbitrio permittendam cenſuerunt. Utque leges illa præſcriberet, quibus ſuæ ipſius, religionis, & regni ſaluti atque ſecuritati pleniſſime conſuleretur. Sed rem habe ſummatim, ſi placet, ab ipſa origine, ex ipſius Ducis ſcripta confeſſione quam vidi, & Commentariis Epiſcopi Roſſenſis, qui hujus negotii pars maxima fuit.

De nuptiis Norfolcii cum Scota clam deliberatur.

Quum

Quum Delegati anno ſuperiori Eboraci convenirent, Lidingtonius, & Epiſcopus Roſſenſis, inter aucupandum cum Duce egerunt de nuptiis inter eum & Reginam Scotorum contrahendis, ut poſtea Moravius ipſe apud Hamptonam Regiam. Hic in privato cum Duce colloquio, & etiam cum aliis nonnullis, ſimulavit, ſe nihil magis in votis habere, quam ut, rebus in Scotia compoſitis, Scotorum Regina ſoror ſibi chariſſima in priſtinam auctoritatem reſtitueretur, modo illa ſubditos in priſtinam gratiam vere & ex animo reciperet, omnibus utrinque offenſionibus oblitteratis: vereri tamen, ſi illa pro ſuo arbitrio virum ſibi adſciſceret è Gallia, Hiſpania, vel Auſtria, ne injurias acceptas ulciſceretur, religionem in Scotia receptam mutaret, & magnum Angliæ periculum conflaret. Ad hæc prævertenda, omnem operam pollicitus eſt, ut illa, quæ primum puero, poſtea juveni improvido, & deinde furioſo nupſerat (ita enim ſe verba habuerunt,) nunc tandem Duci, viro maturo judicio, matrimonii vinculo conjungeretur, quod utriuſque regni tranquillitati, utriuſque Principis ſecuritati, & religionis firmamento inprimis cederet, quum ille, qua fuit in Reginam Angliæ obſervantia, felicius Scotiam in amicitia Anglorum contineret, & Reginam Scotorum facilius ad veram Religionem, quam ille fuerat amplexus, perduceret. 1569.

Prima harum nuptiarum mentio.

*Moravii* propoſitio ad Norfolcium.

Hæc eadem Moravius etiam Reginæ Scotorum per Robertum Melvinum occulte impertiit, & ad eadem conficienda operam perofficioſe detulit. Dux autem reſpondit, nihil ſe poſſe de nuptiis illis ſtatuere, priuſquam illa crimina objecta elueret. Roſſenſis tamen ſedulo quantum poterat quodammodo nolentem pertrahere non deſtitit.

Paucis poſt diebus Nicholaus Throcmortonus in Regia Weſtmonaſterii Ducem convenit, cui ſingulare

*Throcmortoni* conſilium.

1569. ſtudium in omni officii genere profeſſus, ſignificat ſe intellexiſſe Leiceſtrium cum Duce acturum de matrimonio inter eum & Reginam Scotorum, quod novum ſibi Throcmortonus dixit, quum eaſdem nuptias ipſe Leiceſtrius non ita pridem ambiiſſet. Ducem vero amice monuit, ſi id ageretur, ut Leiceſtrio, qui antea ambierat, hujuſmodi nuptiarum honorem deferret: ſin ille vehementius inſtaret, ut abnueret, eo quod Scoti illam plurium criminum inſimularint. Ego tamen, inquit Throcmortonus, inprimis opto, ut illa tibi connubio conjungatur, tum ut veræ religioni conſulatur, tum ut non aliunde quam à Regina noſtra illa tota dependeat. Hoc tamen præmoneo, ſi quid hac in re egeris, Leiceſtrius tibi conſilio præeat. tu enim per te haud facile Reginæ aſſenſum conſequaris.

Uno & altero poſt die Leiceſtrius rem Duci propoſuit. qui juxta ac Throcmortonus præmonuerat, reſpondit: quumque ad crimina perventum, Leiceſtrius illa extenuavit, idque ex fide Richardi Candiſhi, cujus operam etſi ſuſpectam, Duci commendavit, Leiceſtrius deinde rem Penbrochio communicat, & Dux Arundelio. Illi una cum Throcmortono litteris ſuis Ducem Reginæ Scotorum in maritum (quod & Moravius ante fecerat) commendant. Ipſe etiam Dux datis litteris amorem ſuum ſingularem teſtificatus omne ſtudium amantiſſime defert. Jam inde quaſcunque ad illam ſcripſit, & ab illa accepit litteras, illis impertit, & crebra colloquia de ratione matrimonii ineundi cum Roſſenſi habent, & per Richardum Candiſhum hos articulos, Leiceſtrii manu conſcriptos, Reginæ Scotorum propoſuerunt menſe Maio M.D.LXVIII. *Illa nihil moliretur quod ſit fraudi Reginæ Angliæ, aut liberis ex ea natis in ſucceſſione regni Angliæ, fœdus offenſionis & defenſionis inter regna iniret, religionem Proteſtantium in Scotia conſtabiliret, Scotos*

Articuli de nuptiis Scotæ propoſiti.

*tos qui jam adverſantur, in gratiam reciperet, aſſignationem regni Angliæ Duci Andium factam revocaret, aliquem è nobilitate Anglica in virum adſumeret, nominatim Ducem Norfolciæ inter Proceres Angliæ longe nobiliſſimum.* His ſi adſentiret, promiſerunt, ſe effecturos ut Regina Angliæ etiam conſentiret, illa in regnum propediem reſtitueretur, & in ſucceſſione Angliæ confirmaretur. Hæc illa prompte admiſit, niſi quod de fœdere nihil reſpondere poſſet, Galliæ Rege inconſulto. Aſſignationem vero nullam Andium Duci factam eſſe proteſtatur, curaturam tamen (ſi hoc poſtularent) ut Andinus renunciaret. Monuit ut, ante omnia, aſſenſum Reginæ procurarent, ne res in ſuum & Ducis detrimentum verteret, quod in Darlianis nuptiis ſine ejus aſſenſu contractis illa prius experta. Illi tamen prius animos plurium nobilium tentandos cenſuerunt, quorum plerique aſſenſum ita præbuerunt, *modo Regina non adverſaretur.* Nec improbarunt quidem Gallus & Hiſpanus, ſolummodo à Moravio timebant, ne qui primus rem propoſuerat & omnem operam pollicitus erat, primus impediret. Veruntamen in hanc ſententiam convenerant, ut Lidingtonius, qui tunc exſpectabatur, Elizabethæ animum primus tentaret. Interim Dux quicquid hac de re actum, Baroni Lumleio impertit, ægreque à Leiceſtrio obtinuit, ut alios quoſdam amicos de hac re conſuleret; paullo tamen poſt cum Penbrochii aſſenſu etiam Cecilio rem aperit.

1569.

Illa dimittit.

Quo quidem tempore Leonardus Dacræus ſuſcepit cogitationem captivam Reginam è cuſtodia, qua tunc Whinfeldiæ in Comitatu Derbiæ ſub Comite Salopiæ aſſervabatur, ſubducendi. Northumbrius conſilii particeps hoc Duci ſignificavit, ſed ille fieri prohibuit dum timeret ne illam Hiſpano in uxorem traderent, & ſperaret Elizabethæ aſſenſum brevi elicere.

De Scota liberanda conſilium.

1569. Mox harum nuptiarum rumor per mulierculas aulicas, quæ ſtatim amatoria ſagaciter odorantur, ad Reginæ aures clarius pervenit. Quod quum Dux compeririſſet, obnixe ipſe cum Leiceſtrio, & per Penbrochium & Throcmortonum agit, ut Reginæ protinus res proponeretur. Ille moras nectit & procraſtinat quaſi opportunum tempus præſtolaturus. Cecilius autem Ducem jam animo anxium admonet, ut ipſe rem Reginæ explicaret; quo & ipſi & Reginæ omnis ſcrupulus quamprimum eximeretur. Leiceſtrius contra, qui promittit, ſe rem propoſiturum Reginæ ruſticanti; ſed dum in alium atque alium diem blande differt, Regina ad Farnhamiam Ducem menſæ adhibet, & ſalſe ſubmonet, *ut caveret, cui pulvino caput inclinaret*. Tichfeldiæ tandem Leiceſtrius male ſe habuit, vel certe ſimulavit. Reginæ inviſenti, conſolatione permulcenti, & deprehendenti ſpiritum & ſanguinem ex timore intra retrahi, cum ſuſpiriis & lacrimis culpam deprecatus, rem totam ab origine explicavit.

Regina de his nuptiis edocta.

Leiceſtrius rem aperit.

Quo tempore Regina Ducem in ambulacrum advocavit, graviſſimeque reprehendit, quod, ipſa inconſulta, Scotorum Reginam in matrimonium poſtulaſſet: juſſitque pro fide quam Principi debuit, ut incepto abſiſteret. Promiſit ille libens lubenſque, nec dubitavit aſſerere (quaſi eam plane negligeret) proventus ſuos in Anglia non multo eſſe minores quam Regni Scotorum jam miſere bellis exhauſti; necnon quum in Sphæriſterio ſuo Norwici eſſet, ſe nonnullis regibus quodammodo æqualem ſibi videri. Verum jam inde animo fractiori eſſe cœpit: quumque Reginam vultu & voce indies infenſiorem, Leiceſtrium quodammodo abalienatum, & plures nobiliores, ſalutatione vix reddita, & ſermone ſtatim abrupto, à familiaritate ſenſim ſe ſubducere perſpiceret; venia non impetrata Londinum cogitans divertit

Ducem deterret.

Ille ex aula ſe ſubducit.

vertit ad Penbrochium, qui bene ſperare juſſit, & nonnihil ſolatii præbuit. Et eodem ipſo die Elizabetha Scoticum Legatum, de Regina captiva liberanda interpellantem, indignanter rejecit, juſſitque ut illa tranquille ſe gereret, ne eos, quibus maxime innititur, ſine capite truncos propediem videret. 1569.

*Cecilius* rem expiſcatur.

Quum jam rumor ille de nuptiis magis magiſque caleret, & Regis Galliarum Orator Reginæ Scotorum libertatem (magis ſuaſu quorundam Anglorum, quam juſſu Regis Gallorum, ut mox compertum) maximopere urgeret; ſuſpiciones novæ undique arreptæ fuere, & Cecilius, qui reipublicæ & religioni ſedulo ſemper excubavit, intentum animum habuit, ut rem indagaret. Egit itaque per litteras cum Suſſexio, Septentrionalis plagæ Præſide, qui Duci intimus & neceſſitudine conjunctiſſimus, ut ſi quid de Ducis nuptiis intelligeret, Reginam faceret certiorem. Quid reſponderit, me latet. Quumque obſervatum fuiſſet, Ducem cum Moravio, Scotiæ Prorege, ſecreta colloquia ad Hamptonam Regiam ſubinde conſeruiſſe, Georgius Carius, Baronis Hunſdonii filius, ſubmiſſus eſt ad Moravium, ut eliceret ſi quid Dux illi de his nuptiis impertiiſſet. Dux interea territus rumore falſo diſſipato rebellionem in Septentrionali plaga concitatam eſſe, & certior à Leiceſtrio factus illum incarcerandum fore, in Norfolciam ſeceſſit, dum tempeſtatem impendentem amici aulici interim averterent, (qui hoc promiſerunt) & ipſe ſupplicibus litteris infenſum Reginæ animum emolliret. Adhibiti autem erant qui ejus motus & conatus, etiam & nutus obſervarent. Quum nihil ſolatii apud ſuos reperiret, & Heidonus, Cornwallius, aliique è primariis ejus tractus viri ſuaderent, ut ad Reginæ miſericordiam, ſi ſibi male conſcius eſſet, confugeret, in ancipites curas diſtractus fluctuavit. Aula interim ſuſpicioſo metu,

Norfolcius in Norfolciam ſe confert.

Hinc in aula trepidatur.

1569. metu, ne ille in rebellionem prorumperet, tota erat ſuſpenſa, deliberatumque ferunt, ſi hoc faceret, Reginam Scotorum illico è medio tollere.

Ille autem ex innata bonitate & optimæ mentis conſcientia in nullam Majeſtatis legem peccaſſe, (illam enim Henrici VIII. de non ducendis Regis ſororum, aut fratrum, aut amitarum liberis clam Rege, ſub pœna læſæ Majeſtatis, Edwardus VI. refixerat) necnon ex timore, ne durius cum Regina Scotorum ex ſuſpicione ageretur, amicis in Aula dat litteras, quibus metu carceris ſubduxiſſe ſe domum ſignificat, ut tempore & abſentia remedium contra malignos rumores, qui pronis in aula auribus ſemper excipiuntur, compararet; culpamque demiſſiſſime deprecatus, illico ſe itineri aulam verſus accingit.

Ad aulam redit.

In reditu, ad S. Albani, Owenus, Arundelliæ Comitis famulus, clam à Throcmortono, & Lumleio, qui jam in cuſtodia, miſſus; admonet, ut ipſe culpam in ſe omnino ſuſciperet, nec in Leiceſtrium, aut alios derivaret, ne ex amicis inimicos redderet. Ibi Edwardus *Fitz-Gi-rald*, Comitis Kildarienſis frater (cohortis nobilium ſtipatorum ſubpræfectus) obvius excepit, & Burnhamam ad III. à Windeſora milliare (ubi tunc Regina egit) abduxit.

*Moravius* rem aperit.

Quarto poſt die, Abbas Dunfermelini litteras à Moravio, Scotiæ Prorege, Reginæ tradit, in quibus ſignificavit, Ducem ad Hamptonam Regiam ſecreto cum ipſo egiſſe, ut ejus cum Scotorum Regina connubio faveret, niſi vero faveret, interminatum fuiſſe, ſe fauturum promiſiſſe, ut inſidias in vitam à Nortono quodam, dum rediret, ſtructas anteveniret, à quo & aliis Dux ſecuritatem redeundi ſpoſpondit; & paullo poſt Ducem per litteras furtivis notis conſcriptis ab ipſo petiiſſe, ut connubio aſſenſum præberet ſuum. Ad hæc Ducem per Boidum ſignificaſſe quod nunquam Scotorum Reginam

ginam deſereret: inſuper ejuſdem Reginæ miniſtros Proregi quodammodo perſuaſiſſe, Elizabetham in connubium conſenſiſſe, necnon ſpem regni Angliæ propoſuiſſe. Deprehendit etiam Elizabetha, illam quibuſdam Angliæ Proceribus intimaſſe, ut in ſuas partes pelliceret, ſe id moliri quod Reginæ ſit ſecuritati, & utriuſque regni ſaluti certiſſimæ. 1569.

Dux, qui occulte & caute litterarum commercia (quæ ſubmiſſæ in lagenis cerviſiariis) cum Epiſcopo Roſſenſi, Leiceſtrio, & Throcmortono habuit, ſub hoc tempus de hoc cum Scotorum Regina connubio, & clandeſtinis cum Epiſcopo Roſſenſi colloquiis examinatus, pleraque confeſſus, ad arcem Londinenſem ſub cuſtodia Henrici Nevilli, Equitis aurati, mittitur, aſperius reprehenſus, quod, venia non impetrata, aula diſceſſerat, & inſimulatus quaſi rebus novis ſtuderet. Biduo poſt Epiſcopus Roſſenſis itidem examinatur, & Robertus Ridolfus, patricius ille Florentinus, quo Roſſenſis & alii familiariter utebantur, Franciſco Walſinghamo cuſtodiendus traditur. Penbrochiæ comes domi ſuæ ſe continere jubetur, & privatæ examinationi ſubjicitur. Ejus tamen nobilitati & ſenectuti datur, ne confeſſio in ſcripta redigeretur, quum hoc peteret eo quod ſcribere neſciret. Proceres aliquot è Regia ſubmoventur, quaſi conſcii: qui ſupplices confeſſi, ſe cum Duce in nuptias conſenſiſſe, quas Moravius primum propoſuerat, ita tamen, ut Dux, Regina Scotorum, & ipſi rem ad Reginam referendam ſenſerint, priuſquam contraherentur, delicti veniam petierunt: Similiter Northumbriæ & Weſtmorlandiæ Comites, hujus conſilii participes, ſe Suſſexio, Septentrionalis plagæ Præſidi, ſubmiſerunt, & ut pro ipſis apud Reginam intercederet, obſecrarunt. Varii etiam libelli prodierunt contra has nuptias, contra Reginam Scotorum, & jus quo illa Angliam ut

*Norfolcius cuſtodiæ datur.*

Et alii.

Conſcii culpam deprecantur.

Libri adverſarii de his nuptiis.

proxima

1569. proxima heres vendicabat: tanta ingeniorum procacitate, ut Regina ſtatuerit ſevero edicto prohibere, & Roſſenſi Epiſcopo reſpondere connivens permiſerit. Qui librum ad Reginæ ſuæ honorem, jus ſuccedendi, & muliebre imperium (nam & hoc impugnabatur) aſſerendum ſtatim oppoſuit ſub nomine Morgani *Philips*. Argumenta vero pro ſucceſſionis jure ſe ab Antonio Browno, Primario in *Communibus Placitis Juſtitiario*, & Carello, juris Anglorum conſultiſſimis, clam hauſiſſe poſtea in Commentariis ingenue agnovit.

*Chapinus Vitellius* in Angliam cur venit.

His diebus venit ab Albano Chapinus Vitellius, Marchio Cetonæ, cum obſoletis Hiſpani litteris ſpecie componendi lites de commerciis, re vera ut obſervaret ſucceſſum rebellionis jam futuræ, militibuſque præeſſet, quos è Belgio Albanus clam promiſerat; qui etiam ad portus explorandos *La-Mottum*, Dunkirkæ præfectum, (quod ipſe poſtea teſtatus) navicularii habitu præmiſerat. Quum autem deprehenſum eſſet, hunc Marchionem tantum ſubſtitutum ab Albano, qui & ipſe vicaria poteſtate ſubſtitutus, dubitatur an cum eo, tanquam Legato, ageretur. Attamen ut Hiſpani legatum ſe velle agnoſcere Regina ſignificavit. Verum quum non aliam ille oſtenderet auctoritatem, quam pecuniam detentam repetendi, illa, pacis percupida, monuit, ut ampliorem auctoritatem ad res componendas compararet. Quam dum exſpectat, fama de rebellione in Septentrionali plaga regni proruptura increbeſcit.

Rebellio Septentrionalis.

De hac, ut rem altius repetam, Autumno ineunte, pertenuis rumor exortus erat, qui primum neglectus quod ſine capite, mox auctus ex frequentibus Comitum Northumbriæ, Weſtmorlandiæ, & aliorum coitionibus, adeo ut Suſſexius Præſes eos accerſitos de rumore iſto ſciſcitaretur. Qui ſe inaudiſſe non diffitebantur, verum conſcios eſſe pernegabant, vitamque contra quoſcunque

rebelles

rebelles pro Regina multis magniſque obteſtationibus 1569.
devovebant. Hinc domum remiſſi etiam cum poteſtate in Auctores hujuſmodi rumoris inquirendi. Nihilominus adeo rumor ille rurſus invaluit, ut Regina, de tantis viris nihil temere credendum rata, illos per Suſſexium juberet Londinum quamprimum accedere ad omnem ſuſpicionem dimovendam. Suſſexius tamen, neſcio quo conſilio, ipſum adire juſſit, tanquam de provinciæ negotiis cum illis conſulturus. Illi primum tergiverſantur, mox plane adire abnuunt. Hinc Regina feſtinatò litteris peremptoriis, omni excuſatione depoſita, ſtatim coram comparere jubet, ut vel à rebellione omnino abſterreret, vel in rebellionem protinus proruerent, priuſquam copias contraherent, & res matureſceret: Cohortes enim auxiliares tum à Scotis conjuratis, tum ab Albano ad *Hertilpolum* in Dunelmenſi Epiſcopatu portum exponendas operiebantur, ut poſtea innotuit.

Quamprimum Northumbrius litteras perlegerat, homo facili ingenio, ſibi male conſcius, Romanæ religionis perquam ſtudioſus, injuria, quam ille interpretabatur, de divite æris vena in ſuo ſolo ex jure Majeſtatis, ſive *Prærogativæ in fodinis Regalibus abjudicata* exacerbatus, & eximia tamen Regiæ clementiæ ſpe ſuſtentatus, ancipiti cura fluctuabat, an Reginam adiret, an fuga ſibi conſuleret, an in rebellionem prorumperet. Fluctuantem & pavidum ut amici & famuli in rebellionem jam parati ſenſerunt, intempeſta nocte ex improviſo interpellant, clamitantes, Oſwoldum Ulſtropum, & Vaughanum inimicos adeſſe cum armata manu qui captivum abriperent; Ne ſibi, ne ſuis, ne religioni patrum deeſſet, obteſtantur; Catholicos per univerſam Angliam ad Romanam religionem aſſerendam jam eſſe accinctos aſſeverant, campanas per pagos tumultuario ordine præpoſtero ad multitudinem concitandam pulſant. Ille tre-

1569. pidus è lecto ad pergulam in vivario juxta Topcliffum ſe recipit, & nocte inſequente Branſpethum, ædes Comitis Weſtmorlandiæ, ubi plures rei non ignari jam convenerant.

Rebellium prætextus. Etenim ut multitudinem imperitam contraherent, aliis imperarunt, ut armati ſe conjungerent ad Reginam tutandam, aliis innuerunt, univerſos Angliæ Proceres ſecum ad Romanam religionem reſtaurandam conſpiraſſe, aliis, ſe neceſſario adactos ut arma ſumerent, ne priſca Angliæ nobilitas à novis hominibus conculcaretur, & patria exteris in prædam proderetur. Hinc aperte in rebellionem proruunt, & publicam regni pacem jam annos undecim ſub Elizabetha inconcuſſam primi turbant, Nicholao Mortono Presbytero ſtrenue impellente, qui à Pontifice R. miſſus, ut denunciaret Elizabetham hæreticam eſſe, & inde *omni Dominio & Poteſtate* excidiſſe.

In rebellionem prorumpunt.

Eorum Declaratio. Protinuſque ſcripto propoſito declarant, *Se arma ſumpſiſſe non alio conſilio, quam ut majorum religio reſtitueretur, Conſiliarii pravi à Regina ſubmoverentur, Dux, & alii proceres fideles de gradu dejecti in libertatem & gratiam reducerentur; in Reginam autem nihil moliri, cui obſequentiſſimos ſubditos ſe eſſe, & ſemper fore devovent*; litteraſque ad Pontificios circumquaque per regnum miſſitant, ut vires conjungerent. Tantum autem abfuit, ut ſe conſociarint, ut plerique acceptas litteras cum latoribus ad Reginam tranſmiſerint, ſuamque ſinguli ex omnibus regni partibus operam, & opes contra illos, & ipſe etiam Norfolcius, certatim obtulerint. Adeo ut illa ſummam certe & ſingularem ſubditorum fidem perſpexerit, & hoc nomine divinam benignitatem gratiſſimo animo agnoverit.

Ad Pontificios litteræ.

In Libros ſævitia. Rebelles Dunelmum Epiſcopalem ſedem vicinam primum adeunt, ubi ſacra Biblia, & Liturgiæ libros lingua Anglica in Eccleſiis repertos dilacerant & proculcant.

cant. Inde Miſſam ubique celebrantes, parvis itineribus 1569.
ſub ſignis, in quorum aliis depicta erant quinque vulnera Chriſti, in aliis Calix Euchariſticus, Richardo Nortono ſene nobili & venerabili canicie Crucem cum labaro præferente, turmatim uſque ad *Cliffordmore* haud procul à Wetherbeia progreſſi, XII. rebellionis die exercitum recenſent; nec plures quam ſexcentos equites, & IIII CIϽ. pedites numerant. Ubi quum certo compeririſſent, Scotorum Reginam (ad quam liberandam arma potiſſimum induerant) à Tutburia Coventriam urbem munitam eſſe abductam ſub cuſtodia Comitum Salopiæ & Huntingdoniæ, Suſſexium à latere validum in eos conſcripſiſſe exercitum, Georgium *Bowes* à tergo delectum habuiſſe, & *Bernardi Caſtrum* firmaſſe, Baronem Scropum, Cumbriæque Comitem Carleolum communiviſſe, & manum militarem contrahere; ſigna retulerunt, & eandem fere viam remenſi, ad *Rabiam*, Comitis Weſtmorlandiæ ædes primarias, devenerunt. Unde digreſſi, Caſtrum Bernardi arcta obſidione incinxerunt, quod, fame urgente, deditione brevi ceperunt, Georgio *Bowes* cum fratre Roberto, & præſidiariis militibus cum armis ex pacto dimiſſis.

Vexilla.

Numerus.

Recedunt.

Bernardi Caſtrum capiunt.

Quo ipſo die, quum jam antea patriæ proditores voce præconis declarati eſſent, Suſſexius in eos cum VII CIϽ. militum, ſigna movet, Edwardo Comite Rutlandiæ, Hunſdonio, Evero, & Willoughbeio Parhamio Baronibus comitatus. Quum ad Aclandiam ventum eſſet, rebelles trepida fuga ad Hexhamam ſe proripuerunt, & protinus per avia palantes, ad Caſtrum *Naworthum*. Ubi audito, Comitem Warwici, Clintonumque Maris Præfectum cum XII. millibus ex auſtrali Angliæ parte feſtinanter inſequi; duo Comites cum pauculis (ceteris inſciis) in Scotiam vicinam illico ſe ſubduxerunt. Northumbrius ad *Harclawe* in tuguriolis delituit inter *Graihamos*

Fugiunt.

1569. *hamos* famoſos prædones, à quibus Moravio poſtea proditus. Weſtmorlandius latebras apud Carrum Fernihurſtium, & Buchluium invenit, tandemque in Belgium cum aliis Anglis evaſit, ubi exili ab Hiſpano penſione, vitam ſatis inopem ad ſenectutem traxit. Reliqui diſſipati fuga & latibulis ſaluti conſuluerunt. Ad terrorem ſexaginta ſex pedanei Magiſtratus & alii Dunelmiæ ſuſpenſi, inter quos Plomtreus Sacerdos fuit notiſſimus. Eboraci ſupplicio affecti erant, Simon Digbeius, J. Fulthropus, Thomas Biſhopus, Robertus Penemanus; & Londini poſt aliquot menſes Chriſtophorus & Thomas Nortoni, & nonnulli alii alibi.

Nonnulli ſupplicio afficiuntur.

Alii proſcribuntur.

Poſtea qui ex rebellibus clariſſimi læſæ Majeſtatis convicti & proſcripti fuerunt, nominatim Carolus Comes Weſtmorlandiæ, Thomas Comes Northumbriæ, Anna Comitiſſa Northumbriæ, filia Henrici Comitis Wigorniæ, Edwardus Dacræus *de Morton*, Jo. Nevillus *de Leverſege*, Joannes Swinbornus, Thomas Markenfeldus, Egremondius Ratcliffius Comitis Suſſexiæ frater, Chriſtophorus Nevillus, Richardus Nortonus *de Norton Coniers*, Chriſtophorus Marmeducus, & Thomas è familia Nortonorum, Robertus & Michaël Tempeſti, Georgius Staffordus, & quadraginta plus minus alii, natalibus clari. Horumque convictio & proſcriptio proximo Parlamento confirmata. Reliquis qui fundos non habuerunt, & è regno non profugerant, noxa erat remiſſa. Ita hujus rebellionis flamma brevi tempore exſtincta eſt; Chapino Vitellio, qui conſcius, ut dixi, apud Reginam & Proceres palam demirante; tacite vero indignante, tam ſubito & tam facile exſtinctam fuiſſe, ejuſque *in* Angliam adventum irritum cecidiſſe.

Nova rebellio.

Ex obruto hujus rebellionis incendio novus quaſi de cineribus igniculus *Naworthi* in Cumbria juxta * *Vallum Severi* prorupit, à Leonardo Dacreo, Guilielmi Baronis

* Picts Wall.

ronis Dacrei *Gilleſlandii* filio ſecundo-genito, accenſus. 1569.
Hic (quum Baro Dacreus, nepos è fratre natu majore adoleſcentulus, ut dixi, exſpiraſſet) iniquiſſimo animo tulit, opimum patrimonium neptibus, quas Norfolcius ſocer ſuis filiis deſponderat, ex lege obveniſſe: litem contra neptes intenderat, quæ, quum ex voto non procederet, clam cum rebellibus conſilia ſociavit, & Scotorum Reginam cuſtodia eripere fruſtra tentavit. Quum autem illi rebellionis ſigna ſuſtuliſſent, priuſquam putaret, & patriæ hoſtes declarati, dum ille in aula, ad Reginam ſalutandam admiſſus, omnem operam contra rebelles detulit; eoque nomine domum remiſſus. In itinere (ut poſtea deprehenſum eſt) conſilia cum illis per internuncios impertiit, animumque addidit, multa à Legatis exterorum Principum pollicitus, & inter alia ſe (collectis Reginæ nomine militibus) Baronem Scropum, Limitis Occidui præfectum, Epiſcopumque Carliolenſem è medio ſublaturum. Quod quum efficere non poſſet, fugientes Comites litteris commendatitiis ad Scotos perſecutus, Caſtrum *Greiſtochum*, aliaſque Dacreorum ædes occupavit, Caſtrum *Naworthum* tanquam ſui juris communivit; contraxitque obtentu ſua defendendi, & rebellibus obſiſtendi, tria millia limitaneorum prædonum, & alios, qui Dacreorum nomini eo tractu longe clariſſimo erant devotiſſimi.

Contra hos Baro Hunſdonius cum Veteranis præſidiariis Berwici ſigna movet: Illi, munimentis non confiſi, obviam procedunt, & triquetra acie equitibus circumpoſitis ad *Geltum* fluviolum excipiunt. Pugnatum ſane utrinque acriter, & Leonardus (gibboſus licet) nihil non fecit quod in duce fortiſſimo requiratur, ſed, plurimis ſuorum cæſis, victoriam haudquaquam lætam Hunſdonio reliquit, & in Scotiam proximam ſe recepit. Unde brevi in Belgium tranſmiſit, & Lovanii diem ſupremum

Pugna fuſi.

1569. premum inops obiit: Ut pater, qui moriens ei triſtia propter inobedientiam imprecatus erat, non falſus videatur. Hunſdonius caſtra recepta Norfolcii famulis cuſtodienda commiſit, & Regina multitudini, quam in rebellionem excitarat, criminis gratiam publicato edicto fecit.

*Elizabetha reformatis in Gallia auxiliatur.*

Quamvis illa hac rebellione domi implicata, Proteſtantibus tamen Galliæ non defuit, rebus eorum jam prope deploratis. Principes enim ejuſdem profeſſionis ad communem cauſſam tutandam hortata, pecuniam, Navarreæ Reginæ monilibus pignori acceptis, ſuppeditavit, permiſitque Henrico Champernouno (cujus patruelis Gawinus Comitis Montgomerii filiam in uxorem ceperat) in Galliam turmam centum equitum volonum nobilium ducere, qui vexillo inſcripſit, FINEM DET MIHI VIRTUS. Inter quos erant Philippus Butſhidus, Franciſcus Barcleius, & Walterus Raleighus, admodum adoleſcens jam primum fatis monſtratus. Hæc Gallum non latuerunt, qui ut Angliæ opes in Proteſtantium ſubſidium redundantes vel exhauriret, vel ſaltem aliorſum derivaret, ſtatuit novum belli incendium contra Angliam in Scotia excitare, ſublevando Scotos qui pro Scotorum Regina Dunbritonium arcem tenuerunt. Et ad hoc Sebaſtianum Martiguium, bellica laude florentem, deſtinavit, ſed illo in obſidione *S. Joannis d' Angeli* ſclopeti ictu exſtincto, hoc conſilium prorſus evanuit.

Rebellio in Hibernia.

Nec Hibernia hoc tempore rebellionibus vacavit. Edmundus enim & Petrus *Boteleri*, Comitis Ormondiæ fratres, qui vicinos in Momonia injurioſius tractaverant, legibus parere recuſarunt, deprædationibus & incendiis bonos cives infeſtarunt, & cum Jacobo *Fitz-Moris* è familia Deſmonia, *Mac-Arti-More*, *Fitz-Edmundo* Seneſchallo Imokelliæ, & aliis qui cum P. P. Romano & Hiſpano de aſſerenda religione & deturbanda Elizabetha

tha Hiberniæ regno ſategerant, fœdus inierunt. Unde 1569. perduelles denunciati, & Petrus *Carew* ſenior eos varia fortuna velitationibus exercuit. Nihilominus contractis perditorum numeris Kilkenniam obſederunt, civeſque uxorem Warrhami *S. Legeri* in manus tradere juſſerunt, ſed à præſidiariis erumpentibus repulſi, miſere regionem circumquaque devaſtarunt. Ad hanc ſeditionem inflammandam, venit occulte ab Hiſpano Joannes Mendoza, & ex Anglia ad exſtinguendam Comes Ormondiæ, qui perſuaſit fratribus ut ſe ſubmitterent. Illi tamen in carcerem conjecti, verum ne judicio ſiſterentur, quod eorum ſcelera efflagitarunt, impetravit apud Reginam aſſidua Comitis interceſſio, qui ægerrime tulit, ejuſmodi maculam per eos nobiliſſimæ familiæ eſſe aſperſam, & ſanguinis etiam neceſſitudo inter eos & Reginam, quæ ſubinde illibatam hujus familiæ nobilitatem in ſuam gloriam trahere gaudebat. Rebellionis autem reliquias Prorex per Humfredum Gilbertum acriter perſecutus, brevi diſſipavit.

Sedatur.

In Ultonia etiam tumultuatum Turlogho *Leinigh* modo in bellum, modo in pacem pro ſua levitate, & adminiſtrorum lubidine, præcipite. Verum eum in officio continuerunt non tam Angli præſidiarii, quam Hebridiani ſubinde ex macris illis Inſulis in ejus agros effuſi. Contra quorum in illa parte incurſiones magna vis pecuniæ ad oram maritimam communiendam ex Anglia ſubinde mittebatur: ſed fruſtra, ex infelicitate quadam tam Angliæ quam Hiberniæ communi, ubi ad publica opera ejuſmodi homines plerumque ſe ingerunt, & admittuntur, qui publica privatis ſordide poſtponunt.

Hiberniæ infelicitas.

*Finis Voluminis primi.*